Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium benedictinum - Cod. St. Blasien 19 bis 23

4

urn:nbn:de:bsz:31-48908

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

L. Blasien 22

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

In die Sancto Pentecostes.

Solemnitas I. classis.

Cum octava maiore privilegiata.

ad I. Vesperas antiphonæ.

1. Spiritus meus erit in medio vestrum: * nolite timere, dicit Dominus exercituum, alleluia. Ag. 2.

2. Dabo vobis cor novum, * et Spiritum meum ponam in medio vestri, alleluia. Ezech. 36.

3. Ille me clarificabit, * quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis, alleluia. Jo. 16.

℣. Veni Spiritus, et insuffla super interfectos, * et revivíscant, alleluia. Ez. 37.

Lectio act. 2.

Erit in novissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri, et filiæ vestræ: et juvenes vestri visiones videbunt, et seniores vestri somnia somniabunt.

℟. Emittes Spiritum tuum, et creabuntur: * alleluia, alleluia.

℣. Et renovabis faciem terræ. Ps. 103.

Hymnus ex Rom. corr.

ad primam strophan genuflectitur.

1. Veni creator Spiritus,
Mentes tuorum visita: *
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora.

2. Qui Paraclitus diceris,
Donum Patris altissimi, *
Fons vivus, ignis, charitas,
Et Spiritalis unctio.

3. Tu septiformis munere,
Dextræ Paternæ digitus, *
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.

G.H. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

4. Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus: ✱
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
5. Hostem repellas longius,
Pacemque dones mentibus: ✱
Ductore sic te previo
Vitemus omne noxium.
6. Per te sciamus, da, Patrem,
Noscamus atque Filium, ✱
Te utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.
7. Sit laus Patri, laus Filio,
Tibique sancte Spiritus: ✱
Afflante quo mentes sacris
Lucent, et ardent ignibus. amen.

Hac clausula dicitur in fine hymnorum per octavam.

℣. Pluviam voluntariam segregabis Deus, allel.
℟. Hereditati tuæ, alleluia. Ps. 67.

ad Magnif. ant. Si quis sitit, veniat ad me, et bibat, et flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ: ✱ hoc autem dixit (Jesus) de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, alleluia. Joan. 7.

Oratio San. Greg.

Sancti Spiritus, Domine, corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per Dominum ... unitate eiusdem.

Ad Vigilias Nocturnas.

Invit. alleluia. Spiritum veritatis, qui a Patre procedit: ✱ venite adoremus, alleluia. Jo. 15.

Hymnus ex brev. Rom.

1. Jam Christus astra ascenderat,
Deique dextram sederat: ✱
Suis paterno munere
Sanctum daturus Spiritum.

2. Dies solemnis fulserat,
Olim Deus qua patribus *
Coruscus inter fulgura
In monte legem tulerat.

3. Legem daturus nunc novam,
Apostolis orantibus, *
Tonante cœlo nuntiat,
Venisse Sanctum Spiritum.

4. De patris ergo sedibus
Divinus ignis ádvenit; *
Qui fida Christi pectora
Amoris igne repleat.

5. Impleta gaudent pectora
Incensa Sancto Spiritu, *
Linguis loquuntur variis,
Fantur Dei magnalia.

6. Te nunc Deus piissime
Vultu precamur cernuo: *
Illapsa nobis cœlitus
Largire dona Spiritus.

7. Sit laus Patri, laus Filio,
Tibique Sancte Spiritus: *
Afflante quo mentes sacris
Lucent et ardent ignibus. amen.

Hic genuflectitur.

In I. Nocturno, antiphona.

1. Jam nunc veniam in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem, * et credat in perpetuum, alleluia. Exod. 19.

2. Vade ad populum, et sanctifica eos; * et sint parati, alleluia. ib.

3. Descendet Dominus coram omni plebe * Super montem Sinai, alleluia. ibid.

4. Ceperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, * et nubes densissima operire montem, alleluia. ibid.

5. Descendit Dominus super Sinai in igne, * eratque omnis mons terribilis alleluia. ibid.

6. Ad montem Sinai descendisti, * et dedisti eis judicia recta, et legem veritatis, alleluia. 2. Esd. 9.

4.

℣. Terra mota est, alleluia:

℟. Coli distillaverunt a facie Dei Sinai, alleluia. Ps. 67.

Lectio I.

De libro Deuteronomii. cap. 5.

Vocavit Moyses omnem Israelem, et dixit ad eum: audi, Israel, cæremonias atque judicia, quæ ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea, et opere complete. Dominus Deus noster pepigit nobiscum fœdus in Horeb. Non cum patribus nostris iniit pactum sed nobiscum, qui in præsentiarum sumus et vivimus. Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis. Ego sequester et medius fui inter Dominum et vos in tempore illo, ut annuntiarem vobis verba ejus. Et scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi.

℟. Numerabitis vobis ab altero die sabbati a- Lymorum quinquaginta dies, et offeretis Sacrificium novum Domino: ✠ et ✠ vocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum, alleluia, alleluia. ℣. Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco, et repleti sunt Spiritu sancto. ✠ vocabitis. Levit. 23. ant. 2.

Lectio II.

Vos autem postquam audistis vocem de medio tenebrarum, et montem ardere vidistis, accessistis ad me omnes principes tribuum et majores natu, atque dixistis: ecce ostendit nobis Dominus Deus noster majestatem et magnitudinem suam: vocem ejus audivimus de medio ignis, et probavimus hodie, quod loquente Deo cum homine vixerit homo. Cur ergo moriemur, et devorabit nos ignis sic nos imus? Si enim audierimus ultra vocem Domini Dei nostri, moriemur. Quid est omnis caro, ut audiat vocem Dei viventis, qui de medio ignis loquitur,

sicut nos audivimus, et posset vivere? Tu magis accede, et audi cuncta, quæ dixerit Dominus Deus noster tibi: loqueris ad nos, et nos audientes faciemus ea.

℟. Dominus de Sinai venit, et in dextera eius ignea lex ✠ et ℣. qui adpropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius, allelúia.

℣. Accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos. ℣. qui. Deut. 33. ad. j.

Lectio III.

De actibus Apostolorum. cap. 2.

Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: et factus est repente de cælo sonus tamquam advenientis Spiritus vehementis, et replevit totam domum, ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite linguæ tamquam ignis, sedítque supra singulos eorum: et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Jerusalem habitantes Judæi, viri religiosi, ex omni natione, quæ sub cælo est.

℟. Ecce dies veniunt, et faciam domui Israel fœdus novum: ✠ dabo legem meam in visceribus eorum, alleluia. ℣. Cum venerit Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. ✠ dabo. Jer. 31. Joan. 16.

Lectio IV.

Facta autem hac voce convénit multitudo, et mente confusa est, quoniam audiébat unusquisque linguas ipsos loquentes. Stupebant autem omnes, et mirabantur, dicentes: nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt? et quomodo nos audivimus unusquisque linguam nostram, in qua nati sumus?.. Stupebant autem omnes

et mirabantur ad invicem dicentes: quid nam hoc vult esse? alii autem irridebant dicebant, quia musto pleni sunt isti.
℟. Non accessistis ad ignem et tumbinem: sed accessistis ad novi testamenti mediatorem Jesum: * videte, ne recusetis loquentem, alleluia. ℣. Ecce proferam vobis Spiritum meum, et ostendam vobis verba mea. * videte. ℣. gloria. * videte. Hebr. 12. Prov. 1.

In II. Nocturno antiphonæ.

1. Si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: * si autem abiero, mittam eum ad vos, alleluia. Jo. 16.
2. Cum venerit ille, arguet mundum de peccato, * et de justitia, et de judicio, alleluia. ibid.
3. Spiritum veritatis mundus non potest accipere: * quia non videt eum, nec scit eum, alleluia. Jo. 14.
4. Vos autem cognoscetis eum: * quia apud vos manebit, et in vobis erit, alleluia. Jb.
5. Ego mitto promissum Patris mei in vos: * alleluia, alleluia. Luc. 24.
6. Sedete in civitate * quoadusque induamini virtute ex alto, alleluia. ibid.
℣. Dominus virtutem populo suo dabit, allel.
℟. Dominus benedicet populo suo in pace, alleluia. Ps. 28.

Lectio V.

Sermo sancti Augustini Episcopi. Serm. 155. de verb. apost.

Celebratum est Pascha in veteri populo, non dum in luce fulgente, sed in umbra significante celebratum est: et post quinquagesima dies a celebratione Paschæ datur lex in monte

iterum in timore. Jam ergo non in timore, sed in dilectione, ut non servi, sed filii simus. Qui enim adhuc ideo bene agit, quia pœnam timet, Deum non amat, nondum est interfectus. Timor servus est, charitas libera est, et, ut sic dicamus, timor est servus charitatis. Ne possideat diabolus cor tuum, procedat servus in corde tuo, et servet Domino venturo secum. Fac, fac vel timore pœnæ si nondum potes amore justitiæ. Veniet Domina, et servus abscedet: quia consummata charitas foras mittit timorem. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore. Novum testamentum est, non vetus. Vetera transierunt, et ecce nova facta sunt omnia: omnia autem ex Deo.

℟. Quicumque Spiritu Dei aguntur, ipsi sunt filii Dei: non enim accepistis Spiritum servitutis iterum in timore; ✠ sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, alleluia. ℣. quoniam estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra. ✠ accep. ℣. gloria. ✠ accepistis. Rom. 8. Gal. 4.

In III. Nocturno.

Ant. Filii Sion exultate et laetamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem justitiæ; ✠ et descendere faciet ad vos imbrem matutinum et serotinum sicut in principio, alleluia, alleluia. Joel. 2.

Canticum I. Judith 16.

Hymnum cantemus Domino; ✠ hymnum novum cantemus Deo nostro.

Adonai Domine, magnus es tu, et præclarus in virtute tua, ✠ et quem superare nemo potest.

Tibi serviat omnis creatura tua; ✠ quia dixisti, et facta sunt:

Misisti Spiritum tuum, et creata sunt; ✠ et non est, qui resistat voci tuo.

montem Sinai, alleluia. ℣. Factus est repente de cœlo sonus, tanquam advenientis Spiritus vehementis. ✠ descen. Exod. 19. ad. 2.

Lectio VII.

Lex ergo Spiritus vitæ scripta in corde, non in lapide, in Christo Jesu, in quo celebratum est verissimum Pascha, liberavit te a lege peccati et mortis. Nam ut noveris ipsam esse distantiam evidentissimam veteris et novi testamenti: unde et dicit apostolus: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus: Dominus apud Prophetam dicit: ecce dies veniunt, et consummabo super domum Jacob testamentum novum, non secundum testamentum, quod constitui patribus eorum, in die, qua apprehendi manum eorum, et eduxi eos de terra Ægypti. Deinde ipsam differentiam evidenter ostendens, dans, inquit, leges meas in cordibus eorum; in cordibus, inquit, eorum superscribam eas. Si ergo scribatur lex Dei in corde tuo, non foris terreat, sed intus mulceat: hæc lex Spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit te a lege peccati et mortis.

℟. Melioris testamenti mediator est Christus, ✠ quod in melioribus promissionibus sanctum est, alleluia. ℣. Venient, et apponentur ad Dominum fœdere sempiterno, quod nulla oblivione delebitur. ✠ quod. Hebr. 8. Jer. 50.

Lectio VIII.

Forte dicturi eratis: et lex sufficit nobis. Lex timorem dedit; et videte, quid huic subjunxit apostolus, cum diceret: quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei: quia cum Spiritu Dei agantur, charitate aguntur; Deus dilexit: non enim accepistis spiritum servitutis

iterum in timore. Jam ergo non in timore, sed in dilectione, ut non servi, sed filii simus. Qui enim adhuc ideo bene agit, quia pœnam timet, Deum non amat, nondum est interficios. Timor servus est, charitas libera est, et, ut sic dicamus, timor est servus charitatis. Ne possideat diabolus cor tuum, procedat servus in corde tuo, et serviet domino venturo secum. Fac, fac vel timore pœne, si nondum noles amore justitiæ. Veniet domina, et servus abscedet: quia consummata charitas foras mittit timorem. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore. Novum testamentum est, non vetus. Vetera transierunt, et ecce nova facta sunt omnia: omnia autem ex Deo.

℟. Quicumque Spiritu Dei aguntur, ipsi sunt filii Dei: non enim accepistis Spiritum servitutis iterum in timore; ✠ sed ✠ accepistis Spiritum adoptionis filiorum, alleluia. ℣. quoniam estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra. ✠ accep. ℣. gloria. ✠ accepistis. Rom. 8. Gal. 4.

In III. Nocturno.

Ant. Filii Sion exultate et lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem justitiæ; ✠ et descendere faciet ad vos imbrem matutinum et serotinum sicut in principio, alleluia, alleluia. Joel. 2.

Canticum I. Judith 16.

Hymnum cantemus Domino; ✠ hymnum novum cantemus Deo nostro.

Adonai Domine, magnus es tu, et præclarus in virtute tua, ✠ et quem superare nemo potest.

Tibi serviat omnis creatura tua; ✠ quia dixisti, et facta sunt:

Misisti Spiritum tuum, et creata sunt; ✠ et non est, qui resistat voci tuæ.

Montes a fundamentis movebuntur cum aquis: *
petra ficuicera liquescent ante faciem tuam.
Qui autem timent te, * magni erunt apud te per
omnia.

Canticum II. Isa. 59.

Timebunt, qui ab occidente, nomen Domini, * et
qui ab ortu solis, gloriam eius:
Cum venerit quasi fluvius violentus, * quem
Spiritus Domini cogit:
Et venerit Sion redemptor, * et eis, qui redeunt ab
iniquitate in Jacob, dicit Dominus.
Hoc foedus meum cum eis, * dicit Dominus:
Spiritus meus, qui est in te, et verba mea, quae
posui in ore tuo, * non recedent de ore tuo,
et de ore seminis tui,
Et de ore seminis seminis tui, * amodo et usque
in sempiternum.

Canticum III. Ezech. 36. et 37.

Tollam vos de gentibus, et congregabo vos de uni-
versis terris: * et adducam vos in terram
vestram:
Et effundam super vos aquam mundam, et mun-
dabimini ab omnibus inquinamentis vestris: *
et ab universis idolis vestris mundabo vos.
Et dabo vobis cor novum, et Spiritum meum
ponam in medio vestri; * et auferam cor lapi-
deum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum.
Et Spiritum meum ponam in medio vestri: et
faciam, ut in praeceptis meis ambuletis, et
judicia mea custodiatis, et operemini.
Et habitabitis in terra, quam dedi patribus ves-
tris; * et eritis mihi in populum, et ego ero
vobis in Deum.
Et scietis, quia ego Dominus, * cum dedero spiri-
tum meum in vobis, et vixeritis.
Ant. Filii Sion exultate et laetamini in Domi-
no Deo vestro, quia dedit vobis doctorem justitiae; *
et descendere faciet ad vos imbrem matutinum et
serotinum sicut in principio, alleluia, alleluia. Joel 2.

℣. Verbo Domini cœli firmati sunt, alleluia:
℟. Et Spiritu oris eius omnis virtus eorum, alleluia. Ps. 32.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. cap. 8.

Nihil nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulant. Lex enim Spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati et mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne, ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum Spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui vero secundum Spiritum sunt, quæ sunt Spiritus sapiunt.

℟. Nunc soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita ut serviamus in novitate spiritus, et non in vetustate litteræ, alleluia.
℣. Vetera transierunt; ecce facta sunt omnia nova. ℟ ut. Rom. 7. 2. Cor. 5.

Lectio X.

Nam prudentia carnis mors est, prudentia autem Spiritus vita et pax: quoniam sapientia carnis inimica est Deo; legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in Spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vivit propter justificationem. Quod si Spiritus eius, qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora

Montes a fundamentis movebuntur cum aquis: *
petra sicut cera liquescent a facie fortitudinis tuæ.
Qui autem timent te, * magni erunt apud te per
omnia.

Canticum II. Isa. 59.

Timebunt, qui ab occidente, nomen Domini, * et
qui ab ortu solis, gloriam ejus:
Cum venerit quasi fluvius violentus, * quem
Spiritus Domini cogit:
Et venerit Sion redemptor, * his, qui redeunt ab
iniquitate in Jacob, dicit Dominus.
Hoc fœdus mecum cum eis, * dicit Dominus:
Spiritus meus, qui est in te, et verba mea, quæ
posui in ore tuo, * non recedent de ore tuo,
et de ore seminis tui,
Et de ore seminis seminis tui, * amodo usque
in sempiternum.

Canticum III. Ezech. 36. et 37.

Tollam vos de gentibus, et congregabo vos de uni-
versis terris: * et adducam vos in terram
vestram:
Et effundam super vos aquam mundam, et mun-
dabimini ab omnibus inquinamentis vestris, *
et ab universis idolis vestris mundabo vos.
Et dabo vobis cor novum, et Spiritum meum
ponam in medio vestri, * et auferam cor lapi-
deum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum.
Et Spiritum meum ponam in medio vestri, * et
faciam, ut in præceptis meis ambuletis, et
judicia mea custodiatis, et operemini.
Et habitabitis in terra, quam dedi patribus ves-
tris, * et eritis mihi in populum, et ego ero
vobis in Deum.
Et scietis, quia ego Dominus, * cum dedero Spiri-
tum meum in vobis, et vivetis.
Ant. Filii Sion exultate et lætamini in Domi-
no Deo vestro, quia dedit vobis doctorem justitiæ; *
et descendere faciet ad vos imbrem matutinum et
serotinum, sicut in principio, Alleluia, allel. Gadz.

℣. Verbo Domini cœli firmati sunt, alleluia:
℟. Et Spiritu oris eius omnis virtus eorum,
alleluia. Ps. 32.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Romanos. cap. 8.

Nihil nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo
Iesu, qui non secundum carnem ambulant.
Lex enim Spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit
me a lege peccati et mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem:
Deus Filium suum mittens in similitudinem
carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum
in carne, ut justificatio legis impleretur in
nobis, qui non secundum carnem ambulamus,
sed secundum Spiritum. Qui enim secundum
carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui vero
secundum Spiritum sunt, quæ sunt Spiritus
sapiunt.

℟. Nunc soluti sumus a lege mortis, in qua
detinebamur, * ita ut serviamus in novitate
spiritus, et non in vetustate litteræ, alleluia.
℣. Vetera transierunt; ecce facta sunt omnia
nova. ℟ ut. Rom. 7. 2. Cor. 5.

Lectio X.

Nam prudentia carnis mors est, prudentia autem Spiritus vita et pax: quoniam sapientia
carnis inimica est Deo; legi enim Dei non est
subiecta, nec enim potest. Qui autem in carne
sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in
carne non estis, sed in Spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si
autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero
vivit propter justificationem. Quod si Spiritus eius, qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Jesum Christum
a mortuis, vivificabit et mortalia corpora

vestra propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.
℟. Signati estis Spiritu promissionis sancto, * qui est pignus hereditatis nostræ, alleluia.
℣. Unxit nos Deus, qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. * qui. Eph. 1. 2. Cor. 1.

Lectio XI.

Ergo, fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, morieniini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: abba, Pater. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, et heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur, ut et conglorificemur.
℟. Effudit in nos Deus Spiritum sanctum abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum: * ut justificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æternæ, alleluia. ℣. Non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est. * ut. Tit. 3. 1. Cor. 2.

Lectio XII.

Scimus, quod omnis creatura ingemiscit, et pârturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed et nos ipsi primitias Spiritus habentes, et ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei exspectantes, redemptionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem, quæ videtur, non est spes: nam

quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam exspectamus. Similiter autem et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram: nam quid oremus sicut oportet, nescimus; sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda scit, quid desideret Spiritus: quia secundum Deum postulat pro Sanctis.

℟. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, * qui datus est nobis, alleluia, alleluia. ℣. Quam bonus, et suavis est, Domine, Spiritus tuus in omnibus. * qui. ℣. gloria. * qui. Rom. 8. Sap. 12.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. cap. 14.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis, non est meus, sed ejus, qui misit me, Patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis, quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem: quia Pater major me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis. Jam non

multa loquar vobiscum: venit enim
princeps mundi huius, et in me non ha-
bet quidquam. Sed ut cognoscat mundus,
quia diligo Patrem, et sicut mandatum
dedit mihi Pater, sic facio.

Ad Laudes Matutinas et Horas

antiphonæ.

1. Cum complerentur dies Pentecostes, * erant omnes discipuli pariter in eodem loco, alleluia. ad. 2.

2. Factus est repente de cœlo sonus tanquam advenientis spiritus vehementis, * et replevit totam domum, alleluia. ibid.

3. Apparuerunt illis dispertita lingua tanquam ignis, * sedit que supra singulos eorum, alleluia. ibid.

4. ad Laudes. Cantemus Deo nostro, quia dixisti (Domine) et facta sunt: * misisti Spiritum tuum, et creata sunt, alleluia, alleluia. Judith 16.

5. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, * et cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis, alleluia. ad. 2.

Lectio Ephes. 4.

Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi; propter quod dicit: ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus.

℟. br. Deus dedit vocem suam, mota est terra, * alleluia, alleluia.

℣. Dominus virtutum nobiscum.
Ps. 45.

Hymnus ex Rom. corr.

1. Beata nobis gaudia,
anni reduxit orbita: *
Cum septiformis Spiritus
illapsus est apostolis.

2. Ignis micante lumine
Lingua figuram detulit: *
Verbis ut esset profluii,
Et charitate fervidi.

3. Stupente turba gentium,
Linguis loquuntur omnium: *
Vatum sonant oracula,
Quidquid profantur, ignis est.

4. Patrata sunt hoc mystice
Paschæ peracto tempore: *
Sacro dierum circulo,
Quo lege fit remissio.

Hic genuflectitur.

5. Te nunc Deus piissime,
Vultu precamur cernuo: *
Delapsa nobis cœlitus
Largire dona Spiritus.

6. Dudum sacrata pectora
Tua replesti gratia: *
Dimitte nostra crimina,
Et da quieta tempora.

7. Sit laus Patri, laus Filio,
Tibique sancte Spiritus: *
Afflante quo mentes sacris
Lucent et ardent ignibus. amen.

℣. Ecce dabit Dominus vocisno vocem virtutis, alleluia:
℟. Date gloriam Deo, alleluia. Ps. 67.

Ad Bened. ant. Paracletus Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia; * et suggeret vobis omnia, quecumque dixero vobis, allel. Joan. 14.

16. Oratio Sanct. Greg.

Deus, qui hodierna die corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de eius semper consolatione gaudere. Per Dominum... in unitate eiusdem.

Ad Tertiam.

Hymnus hodie et per octavam: Veni creator Spiritus. ex I. Vesperis.

Lectio 2. Cor. 3.

Si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius: quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria?

℣. Intonuit de cœlo Dominus, alleluia:

℟. Altissimus dedit vocem suam, allel. Ps. 17.

Ad Sextam. Lectio Eccli. 1.

Creavit Deus sapientiam in Spiritu sancto, et effudit illam super omnem carnem secundum datum suum, et probavit illam diligentibus se.

℣. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, alleluia:

℟. Perfecisti eis, qui te speraverunt, allel. Ps. 30.

Ad Nonam. Lectio 1. Cor. 12.

Unicuique datur manifestatio Spiritus ad utilitatem: alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis, prout vult.

℣. Non sunt loquelæ, neque sermones, alleluia:

℟. quorum non audiantur voces eorum, allel. Ps. 18.

Ad II. Vesperas antiphonæ.

1. Dextera Dei exaltatus Jesus, et promissione Spiritus sancti a Patre, effudit hunc, quem vos videtis et auditis, alleluia. Act. 2.

℣. Sanctificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi; ✱ et in Spiritu Dei nostri, alleluia. 1. Cor. 6.

℣. Nolite contristare Spiritum sanctum Dei; ✱ in quo signati estis in diem redemtionis, alleluia. Eph. 4.

℣. Implemini Spiritu sancto ✱ gratias agentes semper pro omnibus Deo et Patri, alleluia. Eph. 5.

Lectio Tit. 3.

Deus secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum: ut justificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æternæ.

℟. br. Spiritus Domini replevit orbem terrarum: ✱ alleluia, alleluia.

℣. Hic, qui continet omnia, scientiam habet vocis. Sap. 1.

Hymnus: Veni Creator. ex I. Vesperis.

℣. Manda Deus virtuti tuæ, alleluia:

℟. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, alleluia. Ps. 33.

℣. Magnif. ant. Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum: ✱ et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus: alleluia, alleluia. Joan. 14.

Feria II. Pentecostes.

Solemnitas I. classis. sine Lect.

Totum officium sub duobus diebus, ut in die Pentecostes, exceptis quæ sequuntur.

In I. Nocturno.

Lectio I.

De actibus apostolorum. cap. 2.

Stans Petrus cum undecim, levavit vocem suam, et locutus est eis: viri Judæi, et qui habitatis Jerusalem universi, hoc vobis notum

18.

℣. Auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia. Sed hoc est, quod dictum est per prophetam Joel: Erit in novissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ: & juvenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt.

℟. Petrus (adjudeos) pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum: ✠ & accipietis donum Spiritus Sancti, alleluia. ℣. convertimini ad correptionem meam; en proferam vobis Spiritum meum, & ostendam vobis verba mea. ✠ et. act. 2. Brev. i.

Lectio II.

Et quidem super servos meos & super ancillas meas, in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt. Et dabo prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & manifestus. Et erit: omnis, qui invocaverit nomen Domini, salvus erit.

℟. Loquente Petro, cecidit Spiritus Sanctus super omnes, qui audiebant verbum, & obstupuerunt ex circumcisione fideles: ✠ quia & in nationes gratia Spiritus Sancti effusa est, alleluia. ℣. Omnibus (est) repromissio, & qui longe sunt, quoscumque advocaverit Dominus Deus noster. ✠ quia. act. 10. 42.

Lectio III.

De apocalypsi beati Joannis apostoli.

cap. 18.

1 Audivi aliam vocem de cœlo dicentem:
2 exite de (Babylone) populus meus: ut ne

participes filis delictorum eius, et de plagis
eius non accipiatis. quoniam pervenerunt
peccata eius usque ad coelum, et recordatus
est Dominus iniquitatum eius. Reddite illi,
sicut et ipsa reddidit vobis: et duplicate duplicia secundum opera eius: in poculo, quo
miscuit, miscete illi duplum. Quantum
glorificavit se, et in deliciis fuit, tantum
date illi tormentum et luctum; quia
in corde suo dicit: sedeo regina, et vidua non sum, et luctum non videbo: ideo
in una die venient plagae eius, mors, et luctus,
et fames; et igne comburetur: quia fortis
est Deus, qui iudicabit illam.

℟. Nescitis, quoniam membra vestra
templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis
est? * glorificate, et portate Deum in
corpore vestro, alleluia. ℣. Non vocavit
nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem; qui etiam dedit Spiritum
suum sanctum in nobis. * glorificate.
i. Cor. 6. j. Thes. 4.

Lectio IV.

Et sustulit unus angelus fortis lapidem
quasi molarem magnum, et misit in mare
dicens: hoc impetu mittetur Babylon
civitas illa magna, et ultra iam non invenietur. Et vox citharoedorum, et musicorum, et tibia canentium, et tuba non
audietur in te amplius: et omnis artifex
omnis artis non invenietur in te amplius:
et vox molae non audietur in te amplius;
et lux lucernae non lucebit in te amplius: et
vox sponsi et sponsae non audietur adhuc
in te: quia mercatores tui erant principes
terrae, quia in veneficiis tuis erraverunt omnes
gentes. Et in ea sanguis prophetarum et sanctorum inventus est, et omnium, qui interfecti
sunt in terra.

℟. Si Spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis: * quicumque enim Spiritu Dei agumtur, ii sunt filii Dei, alleluia. ℣. Spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis. * quicumque. ℣. gloria. * quicumque. Rom. 8. Gal. 5.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Leonis Papæ.
Serm. 1. de Pentec.

Repleti sunt omnes Spiritu sancto, et cœperunt loqui aliis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. O quam velox est sermo Sapientiæ! Ubi Deus magister est, quam cito discitur, quod docetur! Non est adhibita interpretatio ad audiendum, non consuetudo ad usum, non tempus ad studium: sed spirante ubi voluit Spiritu veritatis, propriæ singularum gentium voces, factæ sunt in cœlesti ore communes.

℟. Ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum: omnes cognoscent me * a minimo eorum usque ad maximum, alleluia. ℣. Non docebit unusquisque proximum suum, dicens: cognosce Dominum; quoniam omnes scient me. * a minimo. Jer. 30. Hebr. 8.

Lectio VI.

Ab hoc igitur die tuba evangelicæ prædicationis intonuit: ab hoc die imbres charismatum, flumina benedictionum, omne deserti et aridam rigaverunt: quoniam ad renovandam faciem terræ Spiritus Dei ferebatur super aquas; et ad veteres tenebras abigendas novæ lucis fulgura coruscabant, cum micantium splendore linguarum et verbum Domini lucidum, et eloquium concipiebatur ignitum: cui ad credendum intellectum, consumendumque peccatum

et efficacia illuminandi, et vis inspi-
randi.
℟. Qui de futura in vobis gratia prophe-
verunt, revelatum est, quia non sibimet
ipsis, vobis autem ministrabant ea, * quæ
nunc nuntiata sunt per eos, qui evangeli-
zaverunt, Spiritu sancto misso de cœlo, al-
leluia. ℣. Oculus non vidit, Deus, absque
te, quæ præparasti exspectantibus te, * quæ.
1. Petr. 1. ℣. 64.

Lectio VII.

Quamvis autem, dilectissimi, valde fuerit
ipsa rei gestæ forma mirabilis, nec dubium sit,
in illo omnium humanarum vocum exultante
adventu majestatem Spiritus sancti fuisse pro-
fitentem; nemo tamen in eis, quæ corporeis visa
sunt oculis, divinam ejus putet adparuisse
substantiam. Natura enim invisibilis, et
cum Patre et cum Filio communis, qualitatem
muneris atque operis sui, qua voluit, significa-
tione monstravit; proprietatem vero specialis
sui in sua deitate continuit: quia sicut nec
Patrem nec Filium, ita nec Spiritum sanctum
humanus potest visus attingere. In Trinitate
enim divina nihil dissimile, nihil impar est:
et omnia, quæ de illa possunt substantia capi-
tari, nec virtute, nec gloria, nec æternitate
discreta sunt.
℟. Quæ Dei sunt, nemo cognovit nisi Spiritus
Dei: * nos autem non spiritum hujus mun-
di accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est,
ut sciamus, quæ a Deo donata sunt nobis,
alleluia. ℣. Animalis homo non percipit ea
quæ sunt Spiritus Dei; stultitia enim illi
est, et non potest intelligere. * nos. 1. Cor. 2.

Lectio VIII.

Sicut ergo detestamur Arianos, qui inter Pa-
trem et Filium aliquam voluntatis distantiam,

Ita etiam Macedonianos pariter detestamur, qui licet Patri et Filio tribuant aqualitatem, Spiritum tamen sanctum inferioris putant esse nature: non considerantes, eam blasphemiam se incidere, quo neque in presenti seculo, neque in futuro sit remittenda indicio, dicente Domino: quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro.

℟. Nolite contristare Spiritum sanctum Dei: * in quo signati estis in diem redemptionis, alleluia. ℣. Semper gaudete, in omnibus gratias agite, Spiritum nolite extinguere. * in quo. ℣. gloria. * in quo.

Eph. 4. 1. Thes. 5.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 12.

De spiritualibus nolo vos ignorare, fratres. Scitis, quoniam cum gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto. Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus: et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus: et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.

℟. Unctionem, quam accepistis, maneat in vobis; * et non necesse habetis, ut aliquis doceat vos; sed unctio eius docet vos de omnibus, alleluia. ℣. Exultate et latamini in Domino Deo vestro: qui dedit vobis doctorem iustitie. * et non. 1. Joan. 2. Joel 2.

Lectio X.

Unicuique autem datur manifestatio Spiritus

ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur
sermo sapientiæ; alii autem sermo scientiæ se-
cundum eundem Spiritum; alteri fides in
eodem Spiritu; alii gratia sanitatum in uno
Spiritu: alii operatio virtutum, alii prophetia,
alii discretio Spirituum, alii genera linguarum,
alii interpretatio sermonum. Hæc autem omnia
operatur unus atque idem Spiritus, dividens
singulis prout vult. Sicut enim corpus unum
est, et membra habet multa; omnia autem
membra corporis, cum sint multa, unum
tamen corpus sunt: ita et Christus.

℟. Quid oremus sicut oportet, nescimus; *
sed ✝ ipse Spiritus postulat pro nobis gemi-
tibus inenarrabilibus, alleluia. ℣. In die
illa, dicit Dominus, effundam super domum
David et super habitatores Jerusalem, Spiri-
tum gratiæ et precum. ✝. ipse. Rom. 8.
Zach. 12.

Lectio XI.

Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum
corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive
gentiles, sive servi sive liberi: et omnes in
uno Spiritu potati sumus. Nam et corpus
non est unum membrum, sed multa. Si di-
xerit pes: quoniam non sum manus, non
sum de corpore; num ideo non est de corpore?
Si totum corpus oculus, ubi auditus?
Si totum auditus, ubi odoratus? Nunc
autem posuit Deus membra, unumquod-
que eorum in corpore sicut voluit. quod si
essent omnia unum membrum, ubi cor-
pus? Nunc autem multa quidem membra,
unum autem corpus.

℟. In Christo sorte vocati sumus prædesti-
nati, secundum propositum eius, * qui
operatur omnia secundum consilium
voluntatis suæ, alleluia. ℣. Spiritus

testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. * qui. Eph. 5. Rom. 8.

Lectio XII.

Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, et membra de membro. Quos dam quidem posuit Deus in ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Numquid omnes Apostoli? numquid omnes prophetae? numquid omnes doctores? numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur? Aemulamini autem charismata meliora.

℟. Digne ambulate vocatione, qua vocati estis, * sollicite servare unitatem spiritus in vinculo pacis, alleluia. ℣. Unum corpus et unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae. * sollicite. ℣. Gloria. * sollicite. Eph. 4.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. cap. 3.

In illo tempore: Dixit Jesus Nicodemo: amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est, et quod natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris, quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat, et vocem eius audis: sed nescis unde veniat aut quo vadat. Sic est omnis, qui natus est ex Spiritu. Sic (autem) Deus dilexit mundum, ut

Filium suum unigenitum dare: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non judicatur: qui autem non credit jam judicatus est, quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei. Hoc est autem judicium: quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem; erant enim eorum mala opera. Omnis enim, qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus: qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta.

℣. Benedicamus. ant. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, ✱ non potest introire in regnum Dei, alleluia. Joan. 3.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui apostolis tuis sanctum dedisti Spiritum: concede plebibus pio petitionis effectum; ut quibus dedisti fidem, largiaris et pacem. Per Dominum... in unitate ejusdem.

℣. Magnif. ant. Spiritus, ubi vult, spirat, et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat. ✱ Sic est omnis, qui natus est ex Spiritu, alleluia. Joan. 3.

Feria III. Pentecostes.

Solem. I. classis minor. 12. lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

De apocalypsi beati Joannis apostoli cap. 19.

Audivi quasi vocem turbarum multarum in cœlo dicentium: alleluia: salus, et gloria, et virtus Deo nostro est: quia vera et justa

iudicâ sunt eius, qui iudicavit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione sua, et vindicavit sanguinem servorum suorum de manibus eius. Et iterum dixerunt: alleluia. Et fumus eius ascendit in sæcula sæculorum. Et ceciderunt seniores viginti quatuor, et quatuor animalia, et adoraverunt Deum sedentem super thronum, dicentes: amen: alleluia.

℟. Unus ex vobis manducabit me, qui in illo manet ipse in eo: ✠ in hoc scimus, quoniam manet in nobis de Spiritu, quem dedit nobis, alleluia. ℣. Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. ✠ in hoc. 1. Joan. 3. Joan. 14.

Lectio II.

Et vox de throno exivit dicens: laudem dicite Deo nostro omnes servi eius, et qui timetis eum, pusilli et magni. Et audivi quasi vocem turbæ magnæ, et sicut vocem aquarum multarum, et sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium: alleluia: quoniam regnavit Dominus Deus noster Omnipotens. Gaudeamus, et exultemus, et demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, et uxor eius præparavit se. Et datum est illi, ut cooperiat se byssino splendenti et candido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum.

℟. In Christo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino ✠ in quo et vos ædificamini in habitaculum Dei in Spiritu, alleluia. ℣. Jam estis cives et domestici Dei, superædificati super fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu. ✠ in quo. Ephes. 2.

Lectio III.

Et dixit mihi: scribe: beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. Et dicit mihi:

hoc verba Dei vera sunt. Et cecidi ante pedes
eius, ut adorarem eum. Et dicit mihi: vide
ne feceris, conservus tuus sum, et fratrum
tuorum habentium testimonium Jesu:
Deum adora. Testimonium enim Jesu est
spiritus prophetiæ.

℟. Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam
vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre
procedit, * ille testimonium perhibebit de
me, alleluia. ℣. Nemo potest dicere, Domi-
nus Jesus, nisi in Spiritu sancto. * ille Jo. 15.
1. Cor. 12.

Lectio IV.

Et vidi cœlum apertum, et ecce agnus albus;
et qui sedebat super eum, vocabatur fidelis et
verax, et cum justitia judicat et pugnat. Oculi
autem eius sicut flamma ignis, et in capite eius
diademata multa, habens nomen scriptum, quod
nemo novit, nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa
sanguine: et vocatur nomen eius Verbum Dei.
Et exercitus, qui sunt in cœlo, sequebantur eum
in equis albis, vestiti byssino albo et mundo.
Et de ore eius procedit gladius ex utraque parte
acutus, ut in ipso percutiat gentes. Et ipse reget
eas in virga ferrea, et ipse calcat torcular vini
furoris iræ Dei omnipotentis. Et habet in
vestimento et in femore suo scriptum: Rex
regum, et Dominus dominantium.

℟. Quæ præparavit Deus iis, qui diligunt
illum, nobis revelavit per Spiritum suum: *
Spiritus enim omnia scrutatur, etiam pro-
funda Dei, alleluia. ℣. Sapientia et fortitu-
do ipsius sunt; ipse revelat profunda et abscon-
dita. * Spiritus. ℣. gloriæ. * Spiritus.
1. Cor. 2. Dan. 2.

In II. Nocturno.

Lectio V.

De sermone sancti Leonis Papæ.
Serm. 1. de Pent.

Qui dixerit Verbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei in hoc seculo, neque in futuro. Permanens itaque in hac impietate sine venia est, quia ex cujus reatu se, per quem poterat confiteri; nec umquam perveniet ad indulgentiæ remedium, qui patrocinaturum sibi non habet advocatum. Abyssus enim est invocatio Patris, abyssus sunt lacrymæ pœnitentium, ab ipso sunt genitus supplicantium: et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto, cujus æqualem cum Patre et Filio omnipotentiam unamque deitatem evidentissime prædicat apostolus dicens: Divisiones quidem gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus. Et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.

℟. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum: * quoniam in malevolam animam non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, alleluia. ℣. Dixit Deus: non permanebit Spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. * quoniam. Sap. 1. Gen. 6.

Lectio VI.

His, dilectissimi! aliisque documentis, quibus innumerabiliter divinorum eloquiorum coruscat auctoritas, ad venerationem Paracleti unanimiter incitemur, exultantes in honorem sancti Spiritus, per quem omnis ecclesia catholica sanctificatur, omnis anima rationalis imbuitur: qui inspirator fidei, dator scientiæ, fons dilectionis, signaculum castitatis, et origo est causa virtutis.

℟. Benignus est Spiritus sapientiæ, sanctus, unicus, multiplex, amans bonum: * omnem habens virtutem, omnia prospiciens, alleluia. ℣. O quam bonus et suavis est, Domine, Spiritus tuus in omnibus.

* omnem. Sap. j. 8. 12.

Lectio VII.

Gaudeant fidelium mentes, quod in toto mundo unus Deus, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus omnium linguarum confessione laudatur, quodque illa significatio, qua in specie ignis apparuit, et opere perseverat et munere. Ipse enim Spiritus veritatis facit donum gloriosum luminis, sui nitore fulgere, et in templo suo nec tenebrosum aliquid vultusve nec lepidum. De qua ope atque doctrina etiam ieiuniorum nobis atque eleemosynarum est collata purgatio.

℟. Vos estis templum Dei vivi: * et Spiritus Dei habitat in vobis, alleluia. ℣. Si quis templum Domini violaverit, disperdet illum Deus: templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. * et Spir. 2. Cor. 6. j. Cor. 3.

Lectio VIII.

Nam hunc venerabilem diem sequitur saluberrima observantia consuetudo, quam utilissimam sibi omnes sancti semper experti sunt, et ad quam sedulo celebrandam pastorali vos sollicitudine cohortamur: ut si quid nostrarum proximis diebus negligentia nostra contraxit, id et ieiunii censura castiget, et devotio pietatis emendet. quarta igitur et sexta feria ieiunemus, sabbato autem in idipsum consueta devotione vigilias celebremus, per Christum Dominum nostrum, amen.

℟. In me gratia omnis vie et veritatis, in me omnis spes vite et virtutis: * Spiritus enim meus super mel dulcis, alleluia.

℣. Convertimini ad correptionem meam: en proferam vobis spiritum meum.

* Spiritus. ℣ Psal. 24. Prov. j.

℣ ℣. Gloria. * Spiritus.

30.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Pauli Apostoli ad Corinthios. cap. 3.

Incipimus iterum nos metipsos commendare? aut numquid egemus sicut quidam commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur et legitur ab omnibus hominibus: manifestati, quod epistola estis Christi ministrata a nobis, et scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

℟. ex III. Nocturno Dominica Pentecost.

Lectio X.

Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum: non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros novi Testamenti, non litteræ, sed Spiritu; littera enim occidit, Spiritus autem vivificat. quod si ministratio mortis, litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut non possent filii Israel intendere in faciem Moysis propter gloriam vultus eius, quæ evacuatur, quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria.

Lectio XI.

Nam si ministratio damnationis gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est, quod clarum est in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod evacuatur, per gloriam est: multo magis quod manet, in gloria est. Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur: et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem eius, quod evacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum.

Lectio XII.

usque in hodiernum enim diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non revelatum, quoniam in Christo evacuatur; sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Cum autem conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem Spiritus est; ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tamquam a Domini Spiritu.

℟. Recordatus est Dominus populi sui, sedavit eos cum pastoribus gregis sui: * posuit in medio eius Spiritum sanctum sui, alleluia. ℣. Ipse dedit pastores et doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi. * posuit. ℣. gloria. * posuit. Ps. 65. Eph. 4.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. cap. 10.

In illo tempore: dixit Jesus Pharisaeis: amen, amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro. qui autem intrat per ostium, pastor est ovium. Huic ostiarius aperit, et oves vocem eius audiunt, et proprias oves vocat nominatim et educit eas. Et cum proprias oves emiserit, ante eas vadit, et oves illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum. Hoc proverbium dixit illis Jesus: illi autem non cognoverunt, quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Jesus: amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ovium. Omnes, quotquot venerunt, fures sunt et latrones, et non audierunt eos oves. Ego sum ostium.

Per me si quis introierit, salvabitur: et ingredietur et egredietur, et pascua inveniet. Fur non venit, nisi ut furetur, et mactet, et perdat. Ego veni, ut vitam habeant, et abundantius habeant.

Ad Bened. ant. Qui intrat per ostium, pastor est ovium: * huic ostiarius aperit, et oves vocem eius audiunt, alleluia. Joan. 10.

Oratio Sac. Leon.

Adsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti: quæ corda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur adversis. Per Dominum... in unitate eiusdem.

Ad Magnif. ant. Per me si quis introierit, salvabitur: * et ingredietur, et egredietur, et pascua inveniet, alleluia. Joan. 10.

Feria IV. Quatuor Temporum.

De octava Pentecostes.

Duplex 3. lect.

Hodie a sequentibus tribus diebus officium totum fit, ut in festo, exceptis antiphonis nocturnorum, quæ dicuntur de psalterio; exceptis quoque, quæ singulis diebus proprium.

In I. Nocturno.

℣. Terra mota est, alleluia:
℟. Coeli distillaverunt a facie Dei Sinai, alleluia. Ps. 67.

Lectio I.

De Apocalypsi beati Joannis Apostoli.

cap. 20.

Vidi thronum magnum candidum, et sedentem super eum, a cuius conspectu fugit terra, et coelum, et locus non est inventus eis. Et vidi mortuos magnos et pusillos, stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt: et alius liber apertus est, qui est vitæ: et iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera

forum. Et dedit mare mortuos, qui in eo erant:
mors et infernus dederunt mortuos suos, qui in
eis erant: et iudicatum est de singulis secundum
opera ipsorum. Et infernus et mors missi sunt in stag-
num ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inventus
est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.
℣. Est scriptum in prophetis: ℟ Et erunt omnes doc-
biles Dei: omnis qui audivit a Patre, et didicit, venit
ad me, alleluia. ℣. Dicit Dominus: ponam univer-
sos filios tuos doctos a Domino. ℟ Et erunt. Joan. 6.
Isa. 54.

Lectio II. cap. 21.

Et dixit mihi, qui sedebat in throno: Ego sum al-
pha et omega, initium et finis. Ego sitienti dabo
de fonte aquæ vitæ gratis. Qui vicerit, possidebit
hæc, et ero illi Deus, et ille erit mihi filius. Timidis
autem et incredulis, et execratis, et homicidis, et
fornicatoribus, et veneficis, et idolólatris, et
omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno
ardenti igne et sulphure, quod est mors secunda.
℟. Si spiritu. pag. 20.

Lectio III.

De sermone sancti Leonis Papæ.
Serm. 1. de jejun. Pent.

Hodiernam, dilectissimi, festivitatem descensione
sancti Spiritus consecratam sequitur, ut nostis,
solemne jejunium, quod animis corporibusque
curandis salubriter institutum, devota a nobis
est observantia celebrandum. Repletis namque
apostolis virtute promissa, et in corda eorum
spiritu veritatis ingresso, non ambigimus, inter
cœlestis sacramenta doctrinæ, hanc spiritalis
continentiæ disciplinam de Paracleti magiste-
rio primitus fuisse conceptam, ut sanctifica-
to jejunio mentes conferendis sibi charisma-
tibus fierent aptiores. Igitur post sanctæ
diem Sabbati, quos in honorem Dominicæ mor-
tuis resurgentis, ac deinde in cœlos ascenden-
tis exegimus, postque perceptum sancti
spiritus donum, salubriter et necessarie

consuetudo est ordinata ieiunii; nisi forte si quid inter ipsa festivitatum gaudia negligens libertas et licentia inordinata presumpsit, hoc religiose abstinentie censura castiget: quo etiam hodie studiosius exequenda est, ut illa in nobis, quo hac die Ecclesie divinitus fundi collata, permaneant. Templum enim facti Spiritus sancti, et maiore quam unquam copia divini fluminis irrigati, nullis debemus concupiscentiis vinci, nullis vitiis possideri, ut virtutis habitaculum nulla sit contaminatione pollutum.

℟. Nescitis. pag. 19.

In II. Nocturno.

Lectio 5.

Fructus Spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. adversus huiusmodi non est lex. qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum concupiscentiis. Si Spiritu vivimus, Spiritu et ambulemus.

℣. Redde mihi letitiam salutaris tui, alleluia:
℟. Spiritu principali confirma me, allel. Ps. 50.

ad Bened. ant. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. ✠ Et ego resuscitabo eum in novissimo die, alleluia. Joan. 6.

Oratio Sac. Gelas.

Mentes nostras, quesumus Domine: Paraclitus, qui a te procedit, illuminet, et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem. Qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem.

ad Magnif. ant. Amen, amen dico vobis: ✠ qui credit in me, habet vitam eternam, alleluia. Jo. 6.

Feria V.

De octava Pentecostes.

Duplex 3. cl.

In I. Nocturno.

℣. Dominus virtutem populo suo dabit, alleluia:
℟. Dominus benedicet populo suo in pace, alleluia. Ps. 28.

Lectio I.

De Apocalypsi beati Joannis apostoli.

cap. 21.

Venit unus ad me de septem angelis, et locutus est mecum dicens: veni et ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum et altum, et ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem descendentem de coelo a Deo, habentem claritatem Dei: et lumen eius simile lapidi pretioso tanquam lapidi iaspidis, sicut chrystallum. Et habebat murum magnum et altum, habentem portas duodecim, et in portis angelos duodecim, et nomina inscripta, quae sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel. Ab oriente portae tres, et ab aquilone portae tres, et ab austro portae tres, et ab occasu portae tres. Et murus civitatis habens fundamenta duodecim, et in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum agni.

℟. Quae Dei sunt. pag. 21.

Lectio II.

Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, et agnus. Et civitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminavit eam, et lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius, et reges terrae afferent gloriam suam et honorem in illam. Et portae eius non claudentur per

diem; nox enim non erit illi: Et afferent gloriam et honorem gentium in illam. Non intrabit in ~~eam~~ eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, et mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitae agni.

Rr. Ero eis. pag. 20.

Fabio III.

Sermo sancti Gregorii Nazianzeni. orat. 44. in Bened.

Primum Spiritus sanctus in angelicis et coelestibus virtutibus vim suam exercebat; deinde in patribus et prophetis, quorum alii Deum per imaginem viderunt aut cognoverunt, alii autem etiam res futuras praeviderunt: tum in Christi discipulisque tripartiam, prout ipsorum captus ferebat, tribusque temporibus; nempe antequam Christus per passionem glorificatus esset, postquam post resurrectionem glorificatus fuit, ac denique post eius ad coelos ascensionem. Hoc autem perfecte ostendit tum primum illemorborum principium que depulsio, quae scilicet non absque Spiritus numine fiebat. tum illa post confectum salutis nostrae negotium insufflatio, quae divinioris prorsus dubio inspirationis speciem habebat: tum postremo praesens haec igneorum linguarum divisio, quam etiam solemni festo celebramus. Verum primum quidem obscure secundo expressius, nunc vero perfectius, utpote qui non iam operatione sola praesens sit ut prius, sed essentialiter, ut sic loquar, modo adsit, simulque versetur. Quemadmodum Filius corpoream nobiscum consuetudinem habuisset, Spiritum quoque corporeo modo cerni commiebat. Cur autem in linguis igneis? ubinam propter purgationem? Ignis enim purgantis Scriptura meminit. An vero propter essentiam?

Deus autem noster ignis est, et quidem ignis improbitatem absumens. atque ni differtis linguis apparet, ob gratiarum diversitatem; sedentibus autem, propter regiæ dignitatis excellentiam, eiusque super sanctos requietem.

℟. Cui de futura. pag. 21.

℣. Benedicant. Dedit Jesus apostolis virtutem et potestatem super omnia dæmonia, ✠ Aut languores curarent, alleluia. Luc. 9.

Oratio Sac. Greg.

Tange nos igne, quæsumus Domine, spiritus sanctus inflammet: quem Dominus noster Jesus Christus misit in terram, et voluit vehementer accendi: qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem.

℣. Magnificat. ant. Ignem veni mittere in terram: ✠ Quid volo, nisi ut accendatur? alleluia. Luc. 12.

Feria VI. Quatuor Temporum.

De octava Pentecostes.

Duplex 9. lect.

In I. Nocturno.

℣. Emittes Spiritum tuum, et creabuntur, allel.

℟. Et renovabis faciem terræ, alleluia. Ps. 103.

Lectio I.

De Apocalypsi beati Joannis apostoli.

cap. 22.

Ostendit mihi unum de septem angelis fluvium aquæ vitæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei et Agni. In medio platea eius, et ex utraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, et folia ligni ad sanitatem gentium. Et omne maledictum non erit amplius, sed sedes Dei et Agni in illa erunt, et servi eius servient illi. Et videbunt faciem eius, et nomen eius in frontibus eorum. Et nox ultra non erit, et non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, et

regnabunt in secula seculorum.

℟. Deus preparavit. pag. 27.

Lectio II.

Et dixit mihi: hæc verba fidelissima sunt et vera. Et Dominus Deus spirituum prophetarum misit angelum suum ostendere servis suis, quæ oportet fieri cito. Et ecce venio velociter. Beatus, qui custodit verba prophetiæ libri hujus. Et ego Joannes, qui audivi et vidi hæc. Et postquam audissem et vidissem, cecidi ut adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat; et dixit mihi: vide ne feceris; conservus enim tuus sum, et fratrum tuorum prophetarum, et eorum, qui servant verba prophetiæ libri hujus: Deum adora.

℟. In Christo. pag. 26.

Lectio III.

Sermo Sancti Bernardi abbatis.

Serm. 3. de Pent.

Vere multiplex Spiritus, qui tam multipliciter filiis hominum inspiratur, ut non sit qui se abscondat a calore ejus; siquidem concedatur eis ad usum, ad miraculum, ad salutem, ad auxilium, ad solatium, ad fervorem. Ad usum quidem vite bonis et malis, dignis pariter et indignis communia bona abundantissime tribuens. Ingratus est, qui in his quoque beneficium Spiritus non agnoscit. Ad miraculum, in signis et prodigiis in variis virtutibus, quas per quorum libet manus operatur. Ipse est tam signa miracula suscitans, ut ex præsentibus fidem astruat præteritorum. Sed quia non nullis hanc quoque gratiam sine propria utilitate largitur, sed dispensatur ad salutem, cum in tuto corde nostro reverberatur ad Dominum Deum nostrum. Porro ad auxilium datur, cum in omni collaudatione adjuvat nos in mitatem nostram. Idemque testimonium perhibet spiritui nostro, quod filii

Dei summus, ea inspiratio est ad consolationem. Datur etiam ad fervorem, cum in cordibus perfectorum vehementius spirans validum ignem charitatis accendit, ut non solum in spe filiorum Dei sed etiam in tribulationibus glorientur, contumeliam gloriam reputantes, opprobrium gaudium, despectionem exaltationem. Omnibus nobis ni fallor, datus est Spiritus ad salutem, ad fervorem novita. Pauci enim sunt, qui hoc Spiritu repleantur: pauci, qui studeant emulari. Oremus, fratres, ut compleantur in nobis dies Pentecostes, dies remissionis, dies exultationis, dies veri jubilei: donec nos semper Spiritus sanctus omnes propter presentiam corporalem, pariter propter cordium unitatem, in eodem loco per promissam stabilitatem, ad laudem et gloriam sponsi Ecclesiæ Jesu Christi Domini nostri, qui est super omnia Deus benedictus in secula: amen.

℣. Deus confirmavit nos in Christo, et unxit nos; ℟ qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris, alleluia. ℣. Dominus Deus noster despondit nobis cum fœdus. ℟ qui. ℣. gloria. ℟ qui.

2. Cor. 1. Deut. 8.

Ad Benedictus ant. Virtus Domini ℟ erat ad sanandum eos; alleluia. Luc. 5.

Oratio Sac. Greg.

Da, quæsumus, cælestis tue, misericors Deus: ut sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur. Per Dominum... in unitate ejusdem.

Ad Magnif. ant. Magnificabant Deum, et repleti sunt timore dicentes: ℟ quia vidimus mirabilia hodie, alleluia. Luc. 5.

Sabbato Quatuor Temporum.

De octava Pentecostes.

Duplex 3. lect.

In I. Nocturno.

℣. Manda Deus virtuti tuæ, alleluia:

℟. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, alleluia. Ps. 67.

Lectio I.

De apocalypsi beati Joannis apostoli.

cap. 22.

Dicit Angelus mihi: ne signaveris verba prophetiæ libri hujus; tempus enim prope est. Qui nocet, noceat adhuc: et qui in sordibus est, sordescat adhuc: et qui justus est, justificetur adhuc: et sanctus sanctificetur adhuc. Ecce venio cito, et merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua. Ego sum alpha et omega, primus et novissimus, principium et finis. Beati qui lavant stolas suas in sanguine agni: ut sit potestas eorum in ligno vitæ, et per portas intrent in civitatem. Foris canes, et venefici, et impudici, et homicidæ, et idolis servientes, et omnis, qui amat et facit mendacium.

℟. Digne ambulate. pag. 24.

Lectio II.

Ego Jesus misi angelum meum, testificari vobis hæc in ecclesiis. Ego sum radix et genus David, stella splendida et matutina. Et Spiritus et sponsa dicunt: veni. Et qui audit dicat: veni. Et qui sitit veniat; et qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri hujus: si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus de libro vitæ, et de civitate sancta, et de his, quæ scripta sunt in libro isto. Dicit, qui testimonium perhibet istorum: etiam venio cito: amen. Veni, Domine Jesu. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. amen.

℟. Unctionem. pag. 22.

Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Serm. 269. nov. ed.

Habetis baptismum Christi: venite, ut habeatis et Spiritum Christi. Timete quod scriptum est:

uis quis autem Spiritum Christi non habet,
ic non est eius. Induistis Christum forma sacra-
enti: induite imitatione exempli, quoniam
hristus pro nobis passus est, relinquens nobis
xemplum, ut sequamur vestigia eius. Solite
he habentes formam pietatis, virtutem autem
ius abnegantes. quo autem maior est virtus
ietatis, quam charitas unitatis? Videmini
obis dicere: Dominus Jesus. Sforte non intel-
igentes attenditis ad id, quod apostolus ait:
emo dicit, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto.
d hoc quod ait, dicit, signate positum est pro-
rio quodam modo. Nemo enim dicit, Dominus
esus, nisi in Spiritu sancto; sed si dicit factis, non
ulis verbis. Nam possunt dicere, Dominus Jesus,
uam de quibus ait: non omnis, qui dicit mihi
Domine Domine, introibit in regnum coelorum.
ed, nemo dicit Dominus Jesus, nisi in Spiritu
ancto: nemo plane, sed eo modo, quo dictum
st, id est, factis. Unde secutus adiunxit: sed is,
ui facit voluntatem Patris mei, qui in coelis
st, ipse introibit in regnum coelorum. Tunc
ergo vos sanctum Spiritum habere cognoscite,
uando mentem vestram per sinceram chari-
atem unitati consentientes inhaerere.

℣. Charitas Dei. pag. 15.

℟ Benedict. Non abscondam ultra faciem
meam ab eis: ✠ eo quod effuderim Spiritum
meum super omnem domum Israel, ait
Dominus Deus, alleluia. Ezech. 39.

Oratio Sac. Greg.

Mentibus nostris, quaesumus Domine, Spiri-
tum sanctum benignus infunde: animas et
sapientia conditi sumus, et providentia guberna-
mur. Per Dominum... in unitate eiusdem.

Post Nonam, celebrata Missa, termi-
natur tempus Paschale.

In Festo SS. Trinitatis.

Solemnitas II. classis.

ad 1. Vesperas.

Antiphonæ ex Nativitatis.

Lectio Rom. ii.

O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia eius, & investigabiles viæ eius!

℟. br. Magnus Dominus noster, * & magna virtus eius:

℣. & sapientiæ eius non est numerus. Ps. 146.

Hymnus Cum.

1. Ter sancte, ter potens Deus,
Incomprehensa Trinitas! *
O lux perennis! proprius
O ter beata gaudiis!

2. O vera semper unitas,
O una semper veritas! *
O sancta semper, quæ bonum
Diffundis omne, caritas!

3. Te densa circum nubila,
Te circum inaccessum iubar; *
Quod intus ardent angeli
Circum trementes cernere.

4. Te confitebur in tuo
Et plebs renata nomine; *
Firmaque prælibat fide,
Amor quod ambit, præmium.

5. Da pace, quod nubes Petor,
Da sæne, Fili, quod doces: *
Fac corde toto Spiritus,
Vos velle, quod probas, bonum. Amen.

℣. Magnus Dominus, & laudabilis nimis:

℟. & magnitudinis eius non est finis. Ps. 144.

Ad Magnif. ant. Domine Deus, magnificum nomen tuum in sempiternum: * quia non est similis tui, neque est Deus extra te. 2. Reg. 7.

Oratio Sac. Greg.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti

mulis tuis in confessione vere fidei, eterne
rinitatis gloriam agnoscere, et in potentia maie-
tatis adorare Unitatem: quesumus, ut ejusdem
dei firmitate ab omnibus semper muniamur
dversis. Per Dominum.

De commemoratione Dominica I. post Pentecost.

nt. Loquere Domine, * quia audit servus
tuus. 1. Reg. 3.

. Beneplacitum est Domino in populo suo:
. Et exaltabit mansuetos in salutem. Ps. 149.

Oratio Sac. Greg.

eus in te sperantium fortitudo, adesto propitius
invocationibus nostris: et quia sine te nihil po-
est mortalis infirmitas, presta auxilium gra-
ie tue, ut in exequendis mandatis tuis et vo-
luntate tibi et actione placeamus. Per Dominum.

Ad Vigilias Nocturnas.

nvit. Deum unum, Patrem, et Filium et
piritum sanctum, * venite adoremus. Matth. 28.

Hymnus Paris.

: Sublime Numen ter potens, ter maximum,
Incomprehensum luis immense iubar: *
Simplex et unus, et tribus constans Deus,
Te res creata laude digi concinant.

. Tu Trinitatis fons mexhaustus, Pater,
Filique nascens Patris eterno sinu: *
Ac sancte manans e duobus Spiritus,
Nil vos in una dividit substantia.

3. Persona triplex: una tamen unitas,
In Patre semper natus, in nato Pater, *
Utrique sacro semper est in Spiritu,
In Patre semper, inque nato Spiritus.

4. Sed nullus horum quemlibet vincit, gradu
Vel maior estat, vel prior potentia: *
Equale regnum, parque maiestas trium;
Trigo nulli dignius confert bonum.

5. Rerum creator, laus tibi vivens Pater:
Laus equa, mundum qui redemit, Filio: *

Quo nos supernis ignibus inuerdimur,
Compar in eternum Flamini sit gloria. amen.

In I. Nocturno antiphona.

1. Dixit Deus ad Moysen: ego sum, qui sum; ✠ hoc nomen mihi est in aeternum. Exod. 3.
2. Audi Israel: ✠ Dominus Deus noster, Dominus unus est. Deut. 6.
3. Scito et cogitato in corde tuo; ✠ quod Dominus ipse sit Deus in coelo sursum, et in terra deorsum, et non sit alius. Deut. 4.
4. Ipse est Deus deorum, et Dominus dominantium ✠ Deus magnus et potens. ib. 10.
5. Deus excelsus et sublimis, habitans aeternitatem; ✠ et sanctum nomen eius in excelso. Is. 57.
6. Tu fecisti coelum et terram, et quidquid coeli ambitu continetur: ✠ Dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuae. Esther 13.

℣. Quam magnificata sunt opera tua Domine:
℟. Omnia in sapientia fecisti. Ps. 103.

Lectio I.

De libro primo Regum.

cap. 3.

Puer Samuel ministrabat coram Heli, et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta. Factum est ergo in die quadam: Heli iacebat in loco suo, et oculi eius caligaverant, nec poterat videre: lucerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei. Et vocavit Dominus Samuel; qui respondens ait: ecce ego. Et cucurrit ad Heli, et dixit: ecce ego; vocasti enim me. Qui dixit: non vocavi; revertere et dormi. Et abiit. Iterum Dominus rursum vocare Samuelem. Consurgens que Samuel abiit ad Heli, et dixit: ecce ego, quia vocasti me. Qui respondit: non vocavi te, fili mi; revertere et dormi.

℟. Ego Dominus, hoc est nomen meum, * gloriam meam alteri non dabo. ℣. Ego sum, qui sum, hoc nomen mihi est in æternum. * gloriam. Isa. 42. Exod. 2.

Lectio II.

Porro Samuel necdum sciebat Dominum, neque revelatus fuerat ei sermo Domini. Et addidit Dominus et vocavit adhuc Samuelem tertio. qui consurgens abiit ad Heli, et ait: ecce ego; quia vocasti me. Intellexit ergo Heli, quia Dominus vocaret puerum, et ait ad Samuelem: vade et dormi; et si denceps vocaverit te, dices: loquere, Domine, quia audit servus tuus. Abiit ergo Samuel, et dormivit in loco suo. Et venit Dominus, et stetit, et vocavit, sicut vocaverat secundo, Samuel, Samuel. Et ait Samuel: loquere Domine, quia audit servus tuus.

℟. In principio creavit Deus cælum et terram. * Spiritus Dei ferebatur super aquas. ℣. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. * et Spiritus. Genes. 1. Joan. 1.

Lectio III.

Et dixit Dominus ad Samuelem: ecce ego facio verbum in Israel, quod quicumque audierit, tinniant ambæ aures ejus. In die illa suscitabo adversum Heli omnia, quæ locutus sum super domum ejus; incipiam, et complebo. Prædixi enim ei, quod judicaturus essem domum ejus in æternum, propter iniquitatem, eo quod noverat indigne agere filios suos, et non corripuerit eos. Idcirco juravi domui Heli, quod non expietur iniquitas domus ejus victimis et muneribus usque in æternum. Dormivit autem Samuel usque mane, aperuitque ostia domus Domini. Et Samuel timebat indicare visionem Heli.

℟. Ego sum Deus, et non est ultra Deus, nec est

Similis mei: * consilium meum stabit, et omnis voluntas mea fiet. ℣. Ipse solus est, et nemo avertere potest cogitationem eius, quodcumque voluit, hoc fecit. * consilium.

Lectio IV.

Vocavit ergo Heli Samuelem, et dixit: Samuel fili mi! qui respondens ait: prosto sum. Et interrogavit eum: quis est sermo, quem locutus est Dominus ad te? oro te, ne celaveris me: hoc faciat tibi Deus et addat, si absconderis a me sermonem ex omnibus verbis, quæ dicta sunt tibi. Judicavit itaque Samuel universos sermones, et non abscondit ab eo. Ille respondit: Dominus est; quod bonum est in oculis suis faciat. Crevit autem Samuel, et Dominus erat cum eo, et non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Et cognovit universus Israel a Dan usque Bersabée, quod fidelis Samuel esset propheta Domini.

℟. Non est similis tui, Domine: magnus es tu, et magnum nomen tuum in fortitudine: * quis non timebit te, o rex gentium? ℣. Magna et mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens: iuste et vere sunt vie tue, rex seculorum. * quis. ℣. gloria. * quis. Jer. 10. apoc. 15.

In II. Nocturno antiphonæ.

1. Nobis unus Deus Pater, ex quo omnia, * et nos in illum. 1. Cor. 8.
2. Unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, * et nos per ipsum. ibid.
3. Unus Spiritus, unus Dominus, * una fides, unum baptisma. Ephes. 4.
4. In uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, * omnes in uno Spiritu potati sumus. 1. Cor. 12.
5. Nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, * et cui voluerit Filius revelare. Matth. 11.
6. In Christo unxit nos Deus, et signavit nos: * et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. 2. Cor. 1.

℣. Verbo Domini coeli firmati sunt:
℟. Et Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ps. 32.

Lectio V.

Ex sancto Gregorio Thaumaturgo.
ex eius vita apud S. Greg. Nyss.

Unus est Deus Pater Verbi viventis, Sapientiæ subsistentis, et potentiæ, et figuræ æterno, perfecti perfecti genitor: Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo, Deus de Deo, figura et imago deitatis, Verbum efficax, Sapientia constitutionis earum universarum comprehensiva, et potentia totius creaturæ effectrix, Filius verus veri Patris. Æternus æterni. Unus Spiritus sanctus ex Deo ortum et existentiam habens: qui que per Filium apparuit, videlicet hominibus, imago Filii perfecti perfecta, vita viventium causa, fons sanctus, sanctitas sanctificationis suppeditatrix; per quem manifestatur Deus Pater, qui est super omnia, et in omnibus, et Dei Filius, qui per omnia permanet. Trinitas perfecta, quo gloria atque æternitate et regno non dividitur neque abalienatur. Ergo neque creatum quidquam aut servum in Trinitate est, neque adscititium quidquam et adventitium, ut quod prius quidem non esset nec supperesset, posterius autem introductum sit: neque vero deest unquam Filius in Patre, neque in Filio Spiritus: sed immutabilis et inalterabilis eadem semper Trinitas est.

℟. Apparuit Abrahæ Dominus in convalle Mambre, cumque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri: quos cum vidisset Abraham adoravit.
℣. Pater, Verbum et Spiritus sanctus, hi tres unum sunt. Gen. 18. 1. Joan. 5.

Lectio VI.

Ex libro sancti Fulgentii Episcopi
De fide, ad Petrum. cap. 1.

Fides, quam sancti Patriarchæ atque Prophetæ ante incarnationem Filii Dei divinitus acceperunt, quam etiam sancti apostoli ab ipso

Domino in carne posito audierunt, & Spiritus Sancti magisterio instructi non solum sermone prædicaverunt, verum etiam ad institutionem saluberrimam posterorum scriptis suis nobis reliquerunt, unum Deum prædicat Trinitatem, videl. Patrem, & Filium & Spiritum sanctum.

℟. Scimus, quoniam Filius Dei venit, ✠ & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum. ℣. Deum nemo vidit unquam: unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit. ✠ & dedit. 1. Joan. 5. Joan. 1.

Lectio VII.

Sed Trinitas vera non esset, si una eademque persona diceretur Pater, & Filius & Spiritus Sanctus. Sicenim sicut Patris & Filii & Spiritus Sancti una substantia sic esset una persona; nihil omnino esset, in quo veraciter Trinitas diceretur. Rursus Trinitas quidem vera esset, sed unus Deus Trinitas ipsa non esset, si, quemadmodum Pater & Filius & Spiritus Sanctus personarum sunt ab invicem proprietate distincti, sic essent naturarum quoque diversitate discreti. Sed quia in illo uno vero Deo Trinitate, non solum quod unus Deus est, sed etiam quod Trinitas est, naturaliter verum est: propterea ipse verus Deus in personis Trinitas est, & in una natura unus est.

℟. Sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, ✠ emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi. ℣. Cum venerit quasi fluvius violentus, quem Spiritus Domini cogit; & venerit Sion redemptor. ✠ emundabit. Hebr. 9. Isa. 59.

Lectio VIII.

Per hanc unitatem naturalem totus Pater in Filio & Spiritu Sancto est, totus Filius in Patre & Spiritu Sancto est, totusque Spiritus Sanctus

i Patre et Filio est. Nullus horum extra quem-
libet ipsorum est; quia nemo alium aut pro-
cedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut
superat potestate: quia nec Filio nec Spiritui
sancto, quantum ad naturæ divinitatem per-
tinet, aut anterior aut maior Pater est: nec Fi-
lii æternitas atque immensitas, vel ut anterior
aut maior, Spiritus sancti æternitatem immen-
sitatemque aut procedere aut excedere natu-
raliter potest.

℟. Benedictus Deus et Pater Domini nostri
Jesu Christi: * qui elegit nos in ipso, ut essemus
sancti et immaculati in conspectu eius. ℣. Re-
cordatus est Dominus populi sui: posuit in me-
dio eius Spiritum sanctum suum. * qui. ℣. gloria.
* qui. Eph. 1. Isa. 63.

In III. Nocturno.

Ant. Deum benedicite, et canbate illi; * et nar-
rate omnia mirabilia eius, alleluia. Tob. 12.

Cantica de Dominica, ultimi psalterio.

℣. Quis loquetur potentias Domini?
℟. Auditas faciet omnes laudes eius? Ps. 105.

Lectio IX.

De epistola prima beati Joannis apostoli.

cap. 5.

Omnis, qui credit, quoniam Jesus est Christus,
ex Deo natus est. Et omnis, qui diligit eum qui
genuit, diligit et eum, qui natus est ex eo. In
hoc cognoscimus, quoniam diligimus natos Dei,
cum Deum diligamus, et mandata eius fa-
ciamus. Hæc est enim charitas Dei, ut man-
data eius custodiamus; et mandata eius gra-
via non sunt. quoniam omne, quod natum
est ex Deo, vincit mundum: et hæc est victoria,
quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est,
qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam
Jesus est Filius Dei!

℟. Sublevatis Jesus oculis in cœlum dixit: *
Pater, hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum

Deum verum, & quem misisti Jesum Christum.
℣. Dispersit, Deus, consummata justitia est; et
fuit justitiam & virtutem tuam, radix est
immortalitatis. ℟. Qui. Joan. 17. Sap. 15.

Lectio X.

Hic est, qui venit per aquam & sanguinem,
Jesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua
& sanguine. Et Spiritus est, qui testificatur
quoniam Christus est veritas. quoniam tres
sunt, qui testimonium dant in cœlo: Pater,
Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum
sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in
terra: Spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres
unum sunt. Si testimonium hominum acci-
pimus, testimonium Dei majus est: quoniam
hoc est testimonium Dei, quod majus est, quo-
niam testificatus est de Filio suo.
℟. Jesu baptizato orante, descendit Spiri-
tus sanctus corporali specie sicut columba in
ipsum, & vox de cœlo facta est: ✱ Tu es Filius
meus dilectus, in te complacui mihi. ℣. Vox
Domini super aquas, Deus majestatis intonuit.
✱ Tu es. Luc. 3. Ps. 28.

Lectio XI.

Qui credit in Filium Dei, habet testimonium
Dei in se. qui non credit Filio, mendacem fa-
cit eum: quia non credit in testimonium,
quod testificatus est Deus de Filio suo. Et hoc
est testimonium, quoniam vitam æternam
dedit nobis Deus: & hæc vita in Filio ejus est.
Qui habet Filium, habet vitam: qui non
habet Filium, vitam non habet. Hæc scribo
vobis, ut sciatis, quoniam vitam habetis
æternam, qui creditis in nomine Filii Dei.
Et hæc est fiducia quam habemus ad eum:
quia quodcumque petierimus secundum
voluntatem ejus, audit nos. Et scimus,

quia audit nos, quid quid petierimus: Scimus, quoniam habemus petitiones, quas postulamus ab eo.

℣. Pater diligit Filium, et omnia dedit in manu eius: ✱ qui credit in Filium, habet vitam aeternam. ℣. Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio, habere vitam in semetipso. ✱ qui. Joan. 3. 35.

Lectio XII.

Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, et dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est: et est peccatum ad mortem. Scimus, quia omnis, qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio Dei conservat eum, et malignus non tangit eum. Scimus, quoniam ex Deo sumus: et mundus totus in maligno positus est. Et scimus, quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, et simus in vero Filio eius. Hic est verus Deus et vita aeterna. Filioli, custodite vos a simulacris. amen.

℟. Seraphim clamabant alter ad alterum: ✱ Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: ✝ plena est omnis terra gloria eius. ℣. Tres sunt, qui testimonium dant in coelo, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt. ✱ Sanctus. ℣. gloria. ✝ Plena. Isa. 6. 3. Joan. 5.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. cap. 28.

In illo tempore: dixit Jesus discipulis suis: Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti: docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi.

Ad Laudes Matutinas et Horas

antiphonæ.

1. Domine Deus fortissime, magne et potens, * Dominus exercituum nomen tibi. Jer. 22.
2. Unus Deus et Pater omnium, * qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis. Eph. 4.
3. Deus erat Verbum: in ipso vita erat, * et vita erat lux hominum. Joan. 1.

℣. ad Laudes. Spiritus intelligentiæ sanctus est * omnem habens virtutem, omnia prospiciens. Sap. 7.

℟. Benedicentes Dominum, exaltate illum, quantum potestis: * maior est enim omni laude. alleluia. Eccli. 43.

Lectio Rom. 11.

Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula. amen.

℟br. Benedictus es Deus * in firmamento cœli.
℣. Et laudabilis, et gloriosus in secula. Dan. 3.

Hymnus Clm.

1. O lux qua tua cates,
   Beata semper Trinitas: *
   Te confitemur, credimus,
   Bisque corde quærimus.
2. O sancte donorum Pater,
   O Vate de Deo Deus! *
   O charitatis vinculum,
   Jungens utrumque Spiritus.
3. Quos se videt Pater, Patri
   Æquale Verbum nascitur: *
   Amorque, quos se diligunt,
   Et ipse procedit Deus.

℣. Et totus in Patre Pater,
Et in Patre totus Filius, ✱
Et Patque plenus ac Patre
Et est utrique Spiritus.
℣. Quod Natus est, hoc Spiritus,
Hoc est utrique, quod Pater: ✱
Tres una summa veritas,
Tres una summa charitas.
℣. Aterna Patri gloria,
Et Patque Filio cum Spiritu: ✱
Qui vivit et regnat Deus
In sæculorum sæcula. amen.
℣. Confitebimur tibi Deus:
℟. Confitebimur, et invocabimus nomen tuum. Psl. 74.

ad Bened. ant. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens: ✱ qui erat, et qui est, et qui venturus est. apoc. 4.

Oratio ex I. Vesperis.

Pro commemoratione Dominico.

ant. Nolite condemnare, et non condemnabimini: ✱ eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. Luc. 6.
℣. Mane adstabo tibi Domine, et videbo:
℟. Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Psl. 5.

Oratio ut in I. Vesperis.

ad Primam dicitur Symbolum Quicumque.

Ad Tertiam. Lectio Ephes. 3.

Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur: ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ corroborari per Spiritum eius in interiorem hominem, Christum habitare per fidem in cordibus vestris.
℣. Justus Dominus in omnibus viis suis:
℟. Et Sanctus in omnibus operibus suis. Psl. 144.

Ad Sextam. Lectio Hebr. 1.

Filium Deus constituit heredem universorum, per quem fecit et sæcula: qui cum sit splendor gloriæ et figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.

℣. Tu Dominus altissimus super omnem terram:
℟. Nimis exaltatus es super omnes deos. Ps. 96.

Ad Nonam. Lectio Eph. 5.

Implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino; gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo et Patri.

℣. Exaltate Dominum Deum nostrum:
℟. Quoniam sanctus Dominus. Ps. 98.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Epist. Jude.

Charissimi, superædificantes vos metipsos sanctissimo vestro fidei, in Spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione Dei servate, exspectantes misericordiam Domini nostri Jesu Christi in vitam æternam.

℟. b. Hymnus ex I. Vesperis.

℣. Magnus es tu Domine, et faciens mirabilia:
℟. Tu es Deus solus. Ps. 85.

Ad Magnif. ant. Domini Deitui cœlum est, et cœlum cœli, terra, et omnia, quæ in ea sunt: et tibi soli servies, ipsi adhærebis: ipse est laus tua, et Deus tuus. Deut. 10.

Pro commemoratione Dominica.

Ant. Non est discipulus super magistrum: et perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Luc. 6.

℣. In Deo laudabimur tota die:
℟. Et in nomine tuo confitebimur in sæculum. Ps. 43.

Oratio ut in I. Vesperis.

Feria II.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 4.

Nisit populus in Silo, et tulerunt inde arcam
ederis Domini exercituum sedentis super Cherubim;
runtque duo filii Heli cum arca foederis Dei, Oph-
i et Phinees. Cumque venisset arca foederis Domini
in castra, vociferatus est omnis Israel clamore
randi, et personuit terra. Pugnaverunt ergo Phi-
listhiim, et cæsus est Israel, et fugit unusquisque
in tabernaculum suum: et facta est plaga magna
nimis, et ceciderunt de Israel triginta millia pedi-
um. * Arca Dei capta est: duoque filii
Heli mortui sunt, Ophni et Phinees. Currens
autem vir de Beniamin ex acie, venit in Silo
in die illa scissa veste, et conspersus pulvere ca-
put. Cumque ille venisset, Heli sedebat super
sellam contra viam speculans: erat enim cor ejus
pavens pro arca Dei. 9. Vir autem ille post-
quam ingressus est, nuntiavit urbi, et ululavit
omnis civitas. Audivit Heli sonitum clamoris,
dixitque: quis est hic sonitus tumultus hujus?
Ille festinavit, et venit, et nuntiavit Heli.
Heli autem erat nonaginta et octo annorum,
et oculi ejus caligaverunt, et videre non po-
terat. * Et dixit ad Heli: ego sum, qui veni
de prælio, et ego, qui de acie fugi hodie. Cui ille
ait: quid actum est fili mi? Respondens autem
ille, qui nuntiabat: Fugit, inquit, Israel
coram Philisthiim, et ruina magna facta est
in populo: insuper et duo filii tui mortui sunt,
Ophni et Phinees: et arca Dei capta est. Cum-
que ille nominasset arcam Dei, cecidit de
sella retrorsum juxta ostium, et fractis cer-
vicibus mortuus est.

℣. ℟. ex I. Nocturno Dominico præcedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papæ.
Prolem. in l. 1. Reg.

Historia Regum, quia co spiritu condita, quo
cætera Scripturæ sanctæ volumina cog-
noscuntur, non debet credi esse minor sa-
cramentis, quibus non est inferior titulo auto-
ritatis. Nam omnes Scriptores eius propheto
fuisse referuntur: qui cum historica narrant,
spiritualia figurant: exteriora loquuntur,
et intima innuunt: terrena proponunt,
ut cœlestia exequantur. Nos autem de tanto
pondere pro modo pusillitatis nostræ assumi-
mus ferenda, quæ possimus. Nam cum tra-
vis sit in superficie litteræ, altior in typis
allegoriæ, moribus instruendis; in commen-
tum singulis et historica asserere, et typica
proferre, et conferre moralia, et proponere
exempla refugio: quamquam alia sub uno
intellectu, adiuvante Domino, simi exposi-
turus, alia vero sub pluribus. Maxime cum
his temporibus scribendi operam dare con-
fuerim, in quibus duris cordibus quorum-
dam ecclesiasticorum virorum vetus sollici-
tudo mundano intentionis immergitur,
nova scribendi studia eo esse superflua in-
dicant, quo et doctorum venerabilium abun-
dare vetera non ignorant. qui minimum
ratione convincendi erant, nisi signum calum-
nio expositæ fronte protenderent. Nam qui
nova velut nova contemnunt; illa quo probant
vetera, curarum secularium saburitate fasti-
diunt. quos sane plures sub unius denotatione
Scripturæ exponit dicens: anima saturata cal-
cabit favum.

Feria III.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 5.

Philisthiim autem tulerunt arcam Dei, et
apportaverunt eam a Lapide adiutorii in Azotum.

Tulerunt que Philisthiim arcam Dei, et intule-
runt eam in templum Dagon, et statuerunt eam
iuxta Dagon. Cumque surrexissent diluculo azoti
altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante
arcam Domini: Tulerunt Dagon, et restitue-
runt eum in locum suum. ℣. Rursumque mane
die altera consurgentes, invenerunt Dagon ia-
centem super faciem suam in terra coram arca
Domini: caput autem Dagon et duo palme
manuum eius abscisso erant super limen: porro
Dagon solus truncus remanserat in loco suo.
Aggravata est autem manus Domini super azo-
tios, et demolitus est eos, et percussit in secretiori
parte azotum et fines eius. ℟. Ebullierunt
villae et agri in medio regionis illius, et nati sunt
mures, et facta est confusio mortis magna in
civitate. ℣. Videntes autem viri azotii huius-
cemodi plagam, dixerunt: non maneat arca
Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus
eius super nos, et super Dagon deum nostrum.
Et mittentes congregaverunt omnes satrapas
Philisthinorum ad se, et dixerunt: quid faciemus
de arca Dei Israel? Responderunt que gethei:
circumducatur arca Dei Israel. Et circumduxe-
runt arcam Dei Israel. ℣. Misserunt ergo arcam
Dei in Accaron. Cumque venisset arca Dei in Accaron,
exclamaverunt Accaronitae, dicentes: adduxerunt
ad nos arcam Dei Israel, ut interficiat nos et popu-
lum nostrum. ℟. Misserunt itaque et congrega-
verunt omnes satrapas Philisthinorum, qui
dixerunt: dimittite arcam Dei Israel, et revertatur
in locum suum, et non interficiat nos
cum populo nostro.

℟. R. ex II. Nocturno Dominico precedentis.

Lectio II.

De Expositione sancti Gregorii Papae.

Feria VI.

De octava Eucharistiæ

Duplex 3. lect.

Per hanc octavam officium fit, ut in festo, præter ea, quæ singulis diebus habentur propriè. antiphonæ nocturnorum de Sacrario.

In I. Nocturno.

℣. A fructu frumenti, vini, & olei sui,
℟. Multiplicati sunt. Ps. 4.

Lectio I.

Incipit Malachias Propheta.

cap. j.

Onus verbi Domini ad Israel in manu Malachiæ. Dilexi vos, dicit Dominus; & dixistis: in quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau Jacob, dicit Dominus; & dilexi Jacob, Esau autem odio habui? & posui montes eius in solitudinem, & hereditatem eius in dracones deserti. quod si dixerit Idumæa: destructi sumus, sed revertentes ædificabimus quæ destructa sunt; hæc dicit Dominus exercituum: isti ædificabunt, & ego destruam, & vocabuntur termini impietatis, & populus, cui iratus est Dominus usque in æternum. Et oculi vestri videbunt, & vos dicetis: magnificetur Dominus super terminum Israel. Filius honorat patrem, & servus dominum suum: si ergo Pater ego sum ubi est honor meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus? dicit Dominus exercituum. ad vos o Sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis: in quo despeximus nomen tuum? offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: in quo polluimus te? in eo, quod dicitis: mensa Domini despecta est. Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? & si offeratis claudum & [illegible]

sanguinem, nonne malum est? offer illud
Domino, si placuerit ei, aut si susceperit faciem
tuam, dicit Dominus exercituum.
R. R. ex 1. Nocturno Festi.

Lectio II.

Ex libro quinto sancti Irenæi Episcopi et
Martyris contra hæreses. cap. 2.

Si non salvetur caro, videlicet nec Dominus
sanguine suo redemit nos, neque calix Eucharistiæ
communicatio sanguinis ejus est, neque panis,
quem frangimus, communicatio corporis ejus
est. Sanguis enim non est, nisi a venis et carnibus,
et a reliqua, quæ est secundum hominem, sub-
stantia, qua vere factum est Verbum Dei. San-
guine suo redemit nos. Et quoniam membra
ejus sumus, et per creaturam nutrimur;
creaturam autem ipse nobis præstat, solem
suum oriri faciens, et pluens quemadmodum
voluit, eum calicem, qui est creatura, suum sangui-
nem qui effusus est, ex quo auget nostrum san-
guinem, et eum panem, qui est a creatura,
suum corpus confirmavit, ex quo nostra auget
corpora. Quando ergo et mixtus calix, et factus
panis percipit verbum Dei, et fit Eucharistia san-
guinis et corporis Christi, ex quibus augetur et
consistit carnis nostræ substantia; quomodo car-
nem negant capacem esse donationis Dei, quæ
est vita æterna, quæ sanguine et corpore Christi
nutritur, et membrum ejus est?

Lectio III.

Quemadmodum et beatus apostolus ait
in ea, quæ est ad Ephesios, epistola: quoniam
membra sumus corporis ejus, de carne ejus,
et de ossibus ejus: non de spirituali aliquo
et invisibili homine dicens hoc; spiritus
enim neque ossa, neque carnes habet; sed
de ea dispositione, quæ est secundum veram
hominem, quæ ex carnibus et nervis et ossibus

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papæ.
l. 3. cap. 4.

Qui sunt, qui sacerdotes dei divinos consulunt, nisi fideles sancto ecclesiæ, qui eterne salutis viam sine errore tenere concupiscunt? Et qui sacerdotes dei divini, nisi sancte ecclesiæ prædicatores intelliguntur? Sacerdotes quippe sunt ob oblationem sacramenti: divini vero ministerio prædicationis. Nam duo ista in pastoris persona conveniunt, si ei adsit et sanctitas vitæ et eruditio sapientiæ: quia ad purganda peccata subditorum constitutus est, ad errorum caliginem prædicationis luce depellendam. Pastor ergo sancte ecclesiæ, qui vitæ sanctitatem habet, et divino prædicationis virtutem non habet, sacerdos quidem, at non divinus est. Item si verbi facundiam retinet, sine vitæ sanctitate, et si divinus esse cernitur, sacerdotii honore nequaquam decoratur: quia quod sublimiter prædicat, terrena actione conculcat. Qui autem de arca loco, et de remittenda arca Dei interrogant, et sacerdotes et divinos vocant: quia nimirum ii, qui de cognitione divinæ prædicationis venturo vitæ gaudia diligunt, ad salutis consilium nec carnales sapientes, nec multum simplices religiosos pastores quærunt. Sacerdotes itaque et divinos vocant: quia eis se committunt, qui et superni retributionem itineris demonstrant sublimitate scientiæ, et pro subditis omnipotenti Deo idonei intercessores sunt per puritatem vitæ.

In Festo

S. Corporis et Sanguinis Domini.

Solemnitas 1. classis.

Cum octava maiore.

Ad I. Vesperas antiphonæ.

1. Redemit Dominus Jacob, & liberavit eum: ✠ & venient, & laudabunt in monte Sion; & confluent ad bona Domini super frumento & vino. Jer. 31.
2. Consolabor eos, & lætificabo a dolore suo: ✠ & inebriabo animam Sacerdotum pinguedine, ait Dominus. Jer. 31.
3. Erit anima eorum quasi hortus irriguus, & ultra non esurient: ✠ & populus meus bonis meis adimplebitur. Jer. 31.
1. Audite audientes me, & comedite bonum: ✠ & deferiam vobiscum pactum sempiternum. Is. 55.

Lectio. Euli. 24.

Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & a generationibus meis implemini: Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & favum, memoria mea in generationes seculorum: qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient, & qui audiunt me, vitam æternam habebunt.

℟. br. Gustate & videte: ✠ quoniam suavis est Dominus:
℣. Non est inopia timentibus eum. Ps. 33.

Hymnus S. Thomæ Aq.

1. Pange lingua gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi: ✠
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generosi
Rex effudit gentium.
2. Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine; ✠
Et in mundo conversatus
Sparso verbi semine, ✠
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.

3. Jn supremo nocte cœno
Recumbens cum fratribus, *
Observata lege plene,
Cibis in legalibus, *
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.

4. Verbum caro panem verum
Verbo carnem efficit: *
Fitque sanguis Christi merum,
Etsi sensus deficit: *
Ad firmandum cor sincerum
Sola fides sufficit.
Hic genu flectitur.

5. Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui: *
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui: *
Prostet fides supplementum
Sensuum defectui.

6. Genitori Genitoque
Laus et jubilatio: *
Salus, honor, virtus quoque,
Sit et benedictio: *
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. amen.

℣. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine!
℟. Quam abscondisti timentibus te. Ps. 30.

ad Magnif. ant. Omnes sitientes venite ad aquas, properate, et comedite: * et venite ad me, et vivet anima vestra. Isa. 55.

Oratio Brev. Rom.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue, quæsumus, ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Clausula hymnorum per octavam.

Jesu tibi sit gloria *
Qui carne, quam de Virgine
Immaculatam sumseras,
Nos pascis, atque sanguine. amen.

Ad Vigilias Nocturnas.

Invit. Panem vite Jesum Christum Dominum
nostrum: * venite adoremus. Joan. 6.

Hymnus S. Thomæ Aq.

1. Sacris solemniis iuncta sint gaudia,
Et ex precordiis sonent preconia: *
Recedant vetera, nova sint omnia,
Corda voces et opera.

2. Nocte recolitur cena novissima,
Qua Christus creditur agnum et azyma
Dedisse fratribus, * iuxta legitima
Priscis indulta patribus.

3. Post agnum, typicum expletis epulis,
Corpus Dominicum datum discipulis, *
Sic totum omnibus, quod totum singulis,
Cuius fatemur manibus.

4. Dedit fragilibus corporis ferculum,
Dedit et tristibus sanguinis poculum: *
Dicens: accipite, quod trado vasculum,
Omnes ex eo bibite.

5. Sic sacrificium istud instituit,
Cuius officium committi voluit
Solis Presbyteris: * quibus sic congruit,
Ut sumant, et dent ceteris.

6. Panis angelicus fit panis hominum,
Dat panis coelicus figuris terminum: *
O res mirabilis! manducat Dominum
Pauper servus et humilis.

7. Te Trina Deitas, unaque poscimus,
Sic nos tu visita, sicut te colimus: *
Per tuas semitas duc nos, quo tendimus,
Ad lucem, quam inhabitas. amen.

In I. Nocturno antiphonæ:

1. Melchisedech sacerdos Dei altissimi, * protulit panem & vinum. gen. 14.
2. Omnis oblatio, quæ offertur Domino, * absque fermento fiet. Levit. 2.
3. Vinum et libamentum offeret sacerdos, * in odorem suavitatis Domino. Num. 15.
4. Sacerdotes sancti erunt, quia consecrati sunt Deo suo: * & panes propositionis offerunt. Lev. 21.
5. Comedant eos in loco sancto, * quia sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini. Lev. 24.
6. Triticum comedent, * & vinum libent in atriis sanctis meis. Ps. 62.

℣. a fructu frumenti, vini & olei sui,

℟. Multiplicati sunt. Ps. 4.

Lectio I.

De libro Exodi. cap. 12.

Dixit Dominus ad Moysen & Aaron in terra Ægypti: loquimini ad universum cœtum filiorum Israel, & dicite eis: decima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias & domos suas. Erit autem agnus absque macula, masculus, anniculus: juxta quem ritum tolletis & hœdum. Et servabitis eum usque ad quartam decimam diem mensis hujus: immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam. Et sument de sanguine ejus, ac ponent super utrumque postem, et in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus.

℟. Immolabit agnum multitudo filiorum Israel ad vesperam paschæ, & edent carnes, & azymos panes: * quicumque

Figura
I. de sacrificio in manducato.

II. decruento, aliisque figuris.

comederit fermentatum, peribit. V. Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur in azymis sinceritatis et veritatis. Quicumque. Exod. 12. 1. Cor. 5.

Lectio II. cap. 16.

Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: audivi murmurationes filiorum Israel; loquere ad eos: vespere comedetis carnes, et mane saturabimini panibus; scietisque, quod ego sum Dominus Deus vester. Factum est ergo vespere, et ascendens coturnix cooperuit castra: mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum. Cumque operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minutum, et quasi pilo tusum, huic similitudinem pruinæ super terram. Quod cum vidissent filii Israel, dixerunt ad invicem: man hu; quod significat: quid est hoc? ignorabant enim, quid esset. Quibus ait Moyses: iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum.

℟. Comedetis carnes, et saturabimini panibus: * iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum. ℣. Non Moyses dedit vobis panem de cælo: sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. * iste. Exod. 16. Joan. 6.

Lectio III. cap. 24.

Venit Moyses, et narravit plebi omnia verba Domini atque iudicia; responditque omnis populus una voce: omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus. Scripsit autem Moyses universos sermones Domini, et mane consurgens ædificavit altare ad radicem montis, et duodecim titulos per duodecim tribus Israel. Misitque iuvenes

de filiis Israel, et obtulerunt holocausta, immolaverunt que victimas pacificas Domino, vitulos. Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis, et misit in crateras: partem autem residuam fudit super altare. Assumensque volumen foederis, legit audiente populo, qui dixerunt: omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, et erimus obedientes. Ille vero sumptum sanguinem respersit in populum, et ait: Hic est sanguis foederis, quod pepigit Dominus vobis cum super cunctis sermonibus his.

℟. Accipiens Moyses sanguinem, omnem populum aspersit dicens: hic sanguis testamenti, * quod mandavit ad vos Deus. ℣. Jesus accepto calice gratias agens dedit discipulis suis, et ait: hic est sanguis meus novi testamenti. * quod. Hebr. 9. Marc. 14.

Lectio IV.

De libro tertio Regum. cap. 19.

Venit Elias in Bersabee Juda, et dimisit ibi puerum suum, et pertransit in desertum viam unius diei. Cumque venisset et sederet subter unam juniperum, petivit animæ suæ, ut moreretur, et ait: sufficit mihi Domine, tolle animam meam; neque enim melior sum, quam patres mei. Projecitque se, et obdormivit in umbra juniperi. Ecce angelus Domini tetigit eum, et dixit illi: surge et comede. Respexit, et ecce ad caput ejus subcinericius panis, et vas aquæ: comedit ergo et bibit, et rursum obdormivit. Revertensque est angelus Domini secundo, et tetigit eum, dixitque illi: surge, comede; grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit, et bibit, et ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Horeb.

℟. Hic est panis de cœlo descendens, ut si

quis ex ipso manducet, non moriatur: * qui manducat hunc panem, vivet in æternum.
℣. Comedit Elias et bibit, et ambulavit in fortitudine cibi illius usque ad montem Dei. * qui.
℣. gloria. * qui. Jo. 6. 3. Reg. 19.

In II. Nocturno antiphonæ.

figurabum.

1. Melchisedech assimilatus Filio Dei * manet sacerdos in perpetuum. Hebr. 7.
2. Jesus eo quod maneat in æternum, * sempiternum habet sacerdotium. ib.
3. Una oblatione * consummavit in æternum sanctificatos. Hebr. 10.
4. Desiderio desideravit Jesus, et duodecim apostolis eo, et ait illis: * desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum. Luc. 22.
5. Accepto pane gratias egit et fregit, et dedit eis dicens: * hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. ib.
6. Hic est calix novum testamentum in sanguine meo: * qui pro vobis fundetur. ib.

℣. Tu es sacerdos in æternum;
℟. Secundum ordinem Melchisedech. Ps. 109.

Lectio V.

Ex epistola sancti Ignatii Episcopi et Martyris ad Smyrnæos.

Fides ecclesiæ circa Eucharistiam II. seculo.

Considerate eos, qui alienam opinionem inveniunt contra gratiam Jesu Christi, quæ ad nos venit, quomodo adversantur sententiis Dei. Ab Eucharistia et oratione abstinent, eo quod non confiteantur Eucharistiam carnem esse Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ pro peccatis nostris passa est, quam Pater sua benignitate suscitavit. Qui ergo contradicunt huic dono Dei, pereuntes morientur. Utile autem est ipsis diligere, id est, Agapen celebrare, et Eucharistiæ ac cœnæ Domini participes fieri, ut et resurgerent.

℟. Dixit Jesus Judæis: panis, quem ego

Dabo, caro mea est pro mundi vita. ℟. Litigabant ergo dicentes ad invicem: quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? ℣. Obliti sunt beneficiorum eius, et mirabilium eius, quæ ostendit eis. ℟. Litigabant. Jo. 6. Ps. 77.

Lectio VI.

Ex apologia sancti Justini Martyris. apol. 1. ad Antonin. Pium Imp.

Ei, qui fratribus præest, panis offertur, et poculum aquæ et vini: quibus ille acceptis, laudem et gloriam universorum Patri per nomen Filii et Spiritus sancti emittit; et Eucharistiam fieri gratiarum actionem pro his ab illo acceptis donis prolixe exequitur. Postquam preces et Eucharistiam absolvit, populus omnis acclamat: amen. Amen autem Hebræa lingua idem valet ac Fiat. Postquam vero is, qui præest, preces absolvit, et populus omnis acclamavit, qui apud nos dicuntur Diaconi, panem et vinum et aquam, in quibus gratiæ actæ sunt, unicuique præsentium participanda distribuunt, et ad absentes perferunt.

℟. Cœnantibus discipulis accepit Jesus panem, et benedixit ac fregit, deditque eis, et ait: ℟. accipite et comedite, hoc est corpus meum. ℣. Dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius, ut saturemur? ℟. accipite. Matth. 26. Job. 31.

Lectio VII.

Atque hoc alimentum apud nos vocatur Eucharistia, cuius nemini alii licet esse participi, nisi qui credat vera esse, quæ docemus, atque illo ad remissionem peccatorum et regenerationem lavacro ablutus, quemadmodum Christus tradidit. Neque enim ut communem panem, neque ut communem potum ista sumimus; sed quemadmodum per

Verbum Dei caro factus Jesus christus Salvator noster et carnem et sanguinem habuit nostre salutis causa; si etiam illam, in qua per precem ipsius verba continentem gratie acte sunt, oblationem, ex qua sanguis et carnes nostre per mutationem aluntur, incarnati illius Jesu et carnem et sanguinem esse edoctisumus. Nam apostoli in commentariis suis, que vocantur Evangelia, ita sibi mandasse Jesum tradiderunt: cum scilicet accepto pane, cum gratias egisset, dixisse: hoc facite in meam commemorationem; hoc est corpus meum: et poculo similiter accepto, actisque gratiis dixisse: hic est sanguis meus; ipsisque solis tradidisse. Ex illo tempore hoc semper nobis incumbit ut memoriam revocemus, atque in omnibus oblationibus laudamus Creatorem omnium per Filium eius Jesum Christum, et per Spiritum sanctum.

℟. Accipiens Jesus calicem, gratias egit, et dedit illis dicens: * bibite ex hoc omnes; hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. ℣. Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum. * bibite. Matth. 26. Exod. 24.

Lectio VIII.

Ex Dialogo Eiusdem cum Tryphone.

n. 41.

Sacrificium verum.

Similis oblatio pro iis, qui a lepra purgabantur, prescripta, figura erat panis Eucharistie, quem Dominus noster Jesus christus in recordationem passionis, pro his, qui ab omni pravitate purgantur, suscepto, fieri precepit, ut et simul gratias agamus Deo, tum quod mundum et omnia, quo in eo sunt, propter hominem creaverit; tum quod nos a nequitia, in qua fuimus, liberaverit, et principatus et potestates funditus profligaverit per eum, qui de eius voluntate passioni factus

est obnoxius. Hinc de sacrificiis quidem, quo huno (apud eis) offerebantur, sic Deus per Malachiam, unum ex duodecim (prophetis) loquitur: non est voluntas mea in vobis, dicit Dominus, et sacrificium non suscipiam de manibus vestris: propterea quod ab ortu solis usque ad occasum nomen meum glorificatum est in gentibus, et in omni loco offertur incensum nomini meo, et victima pura, quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus: vos autem illud profanatis. De iis autem, quæ in omni loco a nobis gentibus offeruntur ei, sacrificiis, hoc est de pane Eucharistiæ, et de calice similiter Eucharistiæ, iam tum prædixit, illud etiam addens, nomen suum a nobis glorificari.

℟. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus: ✠ escam dedit timentibus se: memor erit in sæculum testamenti sui. ℣. Jesus, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. ✠ escam. ℣. gloria. ✠ escam. Ps. 110. Joan. 13.

In III. Nocturno.

Ant. Angelorum esca nutrivisti populum tuum Domine: ✠ et panem de cælo præstitisti illis, omne delectamentum in habentem, alleluia. Sap. 16.

Canticum I. Prov. 9.

Sapientia ædificavit sibi domum, ✠ excidit columnas septem:
Immolavit victimas suas, ✠ miscuit vinum, et proposuit mensam suam.
Misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, ✠ et ad mœnia civitatis,
Si quis est parvulus, veniat ad me, ✠ et insipientibus locuta est:
Venite comedite panem meum, ✠ et bibite vinum, quod miscui vobis.

Per me enim multiplicabuntur dies tui; * et
adendur tibi anni vitæ.

Canticum II. Sap. 16.

Angelorum esca nutrivisti populum tuum: *
et paratum panem de cœlo præstitisti illis
sine labore,
omne delectamentum in se habentem, * et
omnis saporis suavitatem.
Substantia enim tua dulcedinem tuam, * quam
in filios habes, ostendebat:
deserviens uniuscujusque voluntati, * ad
quod quisque volebat, convertebatur:
et scirent filii tui, quos dilexisti Domine, quo-
niam non nativitatis fructus pascunt
homines; * sed sermo tuus hos, qui in te cre-
diderint, confirmat.

Canticum III. Jer. 31.

Audite verbum Domini gentes, * et annun-
tiate in insulis, quæ procul sunt, et dicite:
Qui dispersit Israel congregabit eum: * et custo-
diet eum, quasi pastor gregem suum.
Redemit enim Dominus Jacob; * et liberavit
eum de manu potentioris.
Et venient, et laudabunt in monte Sion: *
et confluent ad bona Domini,
super frumento et vino et oleo: * et super
pecorum et armentorum:
et erit anima eorum quasi hortus irriguus; *
et ultra non esurient.
Tunc lætabitur virgo in choro, * juvenes et
senes simul:
et convertam luctum eorum in gau-
dium, * et consolabor eos, et lætificabo
eos a dolore suo.
Inebriabo animam sacerdotum pinguedine: *
et populus meus de bonis meis adimple-
bitur, ait Dominus.

Ant. Angelorum esca nutrivisti populum tuum Domine: * et panem de celo prestitisti illis, omne delectamentum in se habentem: alleluia. Sap. 16.

℣. Educas panem de terra, et vinum letificet cor hominis:

℟. De fructu operum tuorum satiabitur terra. Ps. 103.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 11.

Convenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, et ex parte credo. Nam oportet et hereses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Convenientibus ergo vobis in unum, iam non est dominicam cenam manducare. Unusquisque enim suam cenam præsumit ad manducandum: et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? aut ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis eos, qui non habent? quid dicam vobis? laudo vos? in hoc non laudo.

℟. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, * in me manet, et ego in illo. ℣. Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos adpropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. * in me. Joan. 7. Deut. 4.

Lectio X.

Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis: quoniam Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agens, fregit et dixit: accipite et manducate; hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam

enavit dicens: hic calix novum testamentum
st in meo sanguine: hoc facite, quotiescumque
bibetis in meam commemorationem. quotiès-
unque enim manducabitis panem hunc,
calicem bibetis, mortem Domini annuntia-
bis, donec veniat.

℟. Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo
ropter Patrem: * Et qui manducat me,
ipse vivet propter me. ℣. Ecce servi mei
omedent, ecce servi mei bibent: * Exultabo
gaudebo in populo meo. * Et qui. Joan. 6.
f. 65.

Lectio XI.

Itaque quicumque manducaverit panem
hunc, vel biberit calicem Domini indigne,
reus erit corporis et sanguinis Domini. Pro-
bet autem se ipsum homo, sic de pane illo
edat, et de calice bibat. qui enim man-
ducat et bibit indigne, judicium sibi man-
ducat et bibit, non dijudicans corpus Domi-
ni. Ideo inter vos multi infirmi et im-
becilles, et dormiunt multi. quodsi nos-
metipsos dijudicaremus, non utique ju-
dicaremur. Dum judicamur autem, a
Domino corripimur, ut non cum hoc mun-
do damnemur.

℟. Patres nostri manducaverunt manna
in deserto, sicut scriptum est: * panem de
celo dedit eis manducare. ℣. Panis Dei
est, qui de coelo descendit, et dat vitam mundo.
* panem. Joan. 6.

Lectio XII.

Expositio sancti Cyrilli Episcopi Hiero-
solymitani. catech. myst. 4.

Hoc sola beati Pauli institutio abunde suffi-
ciens est, ut certam vobis de divinis mysteriis
fidem faciat: quibus digni habiti, concorporei
et consanguinei Christi facti estis. Ille enim modo

da mabat, quod in ea nocte, qua tradebatur Dominus noster Jesus Christus, sumto pane et gratias actis, fregit et dedit suis discipulis, dicens: accipite, manducate, hoc est corpus meum. Et sumto calice, ac gratias actis dixit: accipite, bibite, hic est sanguis meus. Cum igitur ipse pronuntiaverit et dixerit de pane: hoc corpus est meum; quis audebit deinceps ambigere? Et cum ipse asseveraverit et dixerit: hic meus est sanguis; quis unquam dubitaverit, aliens non esse eius sanguinem? Aqueam olim in vinum, quod sanguini affine est, in Cana Galilaeae transmutavit: et eum parum dignum existimabimus, cui credamus, cum vinum in sanguinem transmutavit? Quare cum omni persuasione tanquam corpus et sanguinem Christi illa sumamus. Etenim in figura panis datur tibi corpus, et in figura vini datur tibi sanguis: ut cum sumseris corpus et sanguinem Christi, concorporeus et consanguis ipsi efficiaris.

℟. Unus panis, et unum corpus multi sumus, * omnes de uno pane, et de uno calice participamus. ℣. Parasti in suavedine tua pauperi Deus, qui habitare facis unanimes in domo. * omnes. ℣. gloria. * omnes. 1. Cor. 10. Ps. 67.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. cap. 6.

In illo tempore: Dixit Jesus turbis Judaeorum: caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo. Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: et qui manducat me, et ipse vivet propter me. Hic est panis, qui de coelo descendit. Non

sicut manducaverunt patres vestri manna, et mortui sunt. qui manducat hunc panem, vivet in æternum.

Ad Laudes Matutinas et Horas.

antiphonæ.

1. Sapientia ædificavit sibi domum, * miscuit vinum, et posuit mensam. Prov. ix.

2. Venite, comedite panem meum, * et bibite vinum, quod miscui vobis. ibid.

3. Ego sum panis vitæ, qui venit ad me non esuriet: * et qui credit in me, non sitiet unquam. Joan. 6.

Ad Laudes. Exulta, et lauda habitatio Sion, * quia magnus in medio tui sanctus Israel. Alleluia. Ps. 12.

Canticum Confitebor tibi. ex Feria II.

Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam; * et ego resuscitabo eum in novissimo die. Joan. 6.

Lectio Malach. i.

A ortu solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda; quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum.

R. br. A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini:

℣. Excelsus super omnes gentes Dominus. Ps. 112.

Hymnus S. Thomæ Aq.

1. Verbum supernum prodiens,
Nec Patris linquens dexteram, *
Ad opus suum exiens
Venit ad vitæ vesperam.

2. In mortem a discipulo
Suis tradendus æmulis, *
Prius in vitæ ferculo
Se tradidit discipulis.

℣. Quibus sub bina specie
Carnem dedit et sanguinem: ✱
Ut duplicis substantiæ
Totum cibaret hominem.

℣. Se nascens dedit socium,
Convescens in edulium: ✱
Se moriens in pretium,
Se regnans dat in præmium.
Hii genu flectitur.

℣. O salutaris hostia,
Quæ cœli pandis ostium: ✱
Bella premunt hostilia,
Da robur, fer auxilium.

℣. Uni Trinoque Domino
Sit sempiterna gloria: ✱
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria. amen.

℣. Lauda Jerusalem Dominum:
℟. Quoniam confortavit seras portarum
tuarum. Ps. 147.

Ad Benedict. Ecce Deus salvator meus, fiducialiter agam, et non timebo: ✱ quia fortitudo mea et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem. Isa. 12.

Oratio ut in I. Vesperis.

Ad Tertiam. Lectio Ezech. 39.

Hæc dicit Dominus Deus: Convenite, properate, concurrite undique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel: ut comedatis carnem et bibatis sanguinem.

℣. Replebimur in bonis domus tuæ Domine:
℟. Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum. Ps. 64.

Ad Sextam. Lectio 1. Cor. 10.

Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? et

panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus.

℣. Parasti in conspectu meo mensam;
℟. Adversus eos, qui tribulant me. Ps. 22.

Ad Nonam. Lectio Zach. 9.

Dominus exercituum proteget eos, et ipsi devorabunt, et subjicient lapides fundarum, et bibent, et inebriabuntur quasi a vino, et implebuntur quasi cornua altaris: quid enim bonum ejus est, et quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, et vinum germinans virgines?

℣. Panem coeli dedit eis:
℟. Panem angelorum manducavit homo. Ps. 77.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex I. Vesperis.

Lectio apoc. 3.

Ecce sto ad ostium et pulso: si quis audierit vocem meam, et aperuerit mihi januam, introibo ad illum, et cenabo cum illo, et ipse mecum.

℟. br. Edent pauperes, et saturabuntur: * et laudabunt Dominum.
℣. Vivent corda eorum in seculum seculi. Ps. 21.

Hymnus Pange lingua. ex I. Vesperis.

℣. Justi epulentur et exultent in conspectu Dei.
℟. Et delectentur in lætitia. Ps. 67.

Ad Magnif. ant. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum: * ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Luc. 22.

Infra hanc octavam non fit de festo, nisi de S. Joanne Baptista, aut S. Petro et Paulo, si occurrant. Cetera festa 2. lectionum transferuntur post octavam, de minoribus vero fit tantum commemoratio.

Feria VI.

De octava Eucharistiæ
Duplex 3. lect.

Per hanc octavam officium fit, ut in festo, præter ea, quæ singulis diebus habentur propria. antiphonæ nocturnorum de Psalterio.

In 1. Nocturno.

℣. A fructu frumenti, vini, et olei sui,
℟. Multiplicati sunt. Ps. 4.

Lectio 1.

Incipit Malachias Propheta.
cap. j.

Onus verbi Domini ad Israel in manu Malachiæ. Dilexi vos, dicit Dominus; et dixistis: in quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau Jacob, dicit Dominus; et dilexi Jacob, Esau autem odio habui? et posui montes eius in solitudinem, et hereditatem eius in dracones deserti. quod si dixerit Idumæa: destructi sumus, sed revertentes ædificabimus quæ destructa sunt; hæc dicit Dominus exercituum: isti ædificabunt, et ego destruam, et vocabuntur termini impietatis, et populus, cui iratus est Dominus usque in æternum. Et oculi vestri videbunt, et vos dicetis: magnificetur Dominus super terminum Israel. Filius honorat patrem, et servus dominum suum: si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus? et si Dominus ego sum, ubi est timor meus? dicit Dominus exercituum. ad vos o sacerdotes, qui despicitis nomen meum, et dixistis: in quo despeximus nomen tuum? offertis super altare meum panem pollutum, et dicitis: in quo polluimus te? in eo, quod dicitis: mensa Domini despecta est. Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? et si offeratis claudum et

sanguinem, nonne malum est? offer illud
Domino, si placuerit ei, aut si susceperit faciem
tuam, dicit Dominus exercituum.
R. R. ex 1. Vulturno Festi.

Lectio II.

Ex libro quinto sancti Irenæi Episcopi et
Martyris contra hæreses. cap. 2.

Si non salvetur caro, videlicet nec Dominus
sanguine suo redemit nos, neque calix Eucharistiæ
communicatio sanguinis ejus est, neque panis,
quem frangimus, communicatio corporis ejus
est. Sanguis enim non est, nisi a venis et carnibus,
et a reliqua, quæ est secundum hominem, sub-
stantia, qua vere factum est Verbum Dei. San-
guine suo redemit nos. Et quoniam membra
ejus sumus, et per creaturam nutrimur;
creaturam autem ipse nobis præstat, solem
suum oriri faciens, et pluens quemadmodum
vult; eum calicem, qui est creatura, suum sangui-
nem qui effusus est, ex quo auget nostrum san-
guinem, et eum panem, qui est a creatura,
suum corpus confirmavit, ex quo nostra auget
corpora. Quando ergo et mixtus calix, et factus
panis percipit verbum Dei, et fit Eucharistia san-
guinis et corporis Christi, ex quibus augetur et
consistit carnis nostræ substantia; quomodo car-
nem negant capacem esse donationis Dei, quæ
est vita æterna, quæ sanguine et Corpore Christi
nutritur, et membrum ejus est?

Lectio III.

Quemadmodum et beatus apostolus ait
in ea, quæ est ad Ephesios, epistola: quoniam
membra sumus Corporis ejus, de carne ejus,
et de ossibus ejus: non de spirituali aliquo
et invisibili homine dicens hoc; spiritus
enim neque ossa, neque carnes habet; sed
de ea dispositione, quæ est secundum veram
hominem, quæ ex carnibus et nervis et ossibus

confistit; quo de calice, qui est Sanguis eius, nutritur, et de pane, quod est Corpus eius augetur. Et quemadmodum lignum vitis depositum in terram suo fructificat tempore, et granum tritici decidens in terram et dissolutum multiplex surgit per spiritum Dei, qui continet omnia: quo deinde per sapientiam in usum hominis veniunt, et percipientia verbum Dei, Eucharistia fiunt, quod est Corpus et Sanguis Christi: sic et nostra corpora ex nutrita, et reposita in terram, et resoluta in ea, resurgent in suo tempore, Verbo Dei resurrectionem eis donante in gloriam Dei Patris: qui hunc mortali immortalitatem circumdat, et corruptibili incorruptelam gratuito donat.

In II. Nocturno.

Lectio. j. Cor. 5.

Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi; etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et nequitiæ, sed in azymis sinceritatis et veritatis.

℣. Lavabo inter innocentes manus meas:
℟. Et circumdabo altare tuum Domine. Ps. 25.

Hoc lectio cum suo ℣. dicitur infra octavam in II. Nocturno.

Ad Bened. ant. Dixit Jesus: Panis Dei est, qui de cœlo descendit, et dat vitam mundo. Joan. 6.

Oratio Sac. Gelas.

Clementiam tuam Domine, suppliciter exoramus: ut Filius tuus Dominus noster Jesus Christus, qui se usque ad finem sæculi suis promisit fidelibus ad futurum, et præsentia corporeis mysteriis non deseras, quos redemisti, et maiestatis suæ beneficiis non relinquas. Qui tecum.

Et dicitur ad omnes horas huius diei.

ad Magnif. ant. Hic est panis de cœlo descendens: * ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur. Joan. 6.

Sabbato

Infra octavam Eucharistiæ.

Duplex 3. lect.

In I. Nocturno.

℣. Introibo ad altare Dei;
℟. ad Deum, qui lætificat juventutem meam.
Ps. 42.

Lectio I.

De Malachia Propheta. cap. j.

Et nunc deprecamini vultum Dei, ut misereatur vestri, de manu enim vestra factum est hoc; si quo modo suscipiat faciem vestram, dicit Dominus exercituum. Quis est in vobis, qui claudat ostia, et incendat altare meum gratuito? Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum. Et vos polluistis illud in eo, quod dicitis: mensa Domini contaminata est; et quod superponitur, contemptibile est, cum igne qui illud devorat. Et dixistis: ecce de labore, et exsufflastis illud, dicit Dominus exercituum, et intulistis de rapinis claudum et languidum, et intulistis munus: numquid suscipiam illud de manu vestra, dicit Dominus? Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, et votum faciens immolat debile Domino: quia rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, et nomen meum horribile in gentibus.

℟. ex II. Nocturno Festi.

Lectio II.

Ex libro quarto sancti Irenæi Episcopi
& Martyris adversus hæreses. c. 17. 18.

Christus cum, qui ex creatura panis est, accepit
& gratias egit, dicens: hoc est meum corpus.
Et calicem similiter, qui est ex ea creatura,
quo est secundum nos, suum sanguinem con-
fessus est, & novi testamenti novam docuit
oblationem; quam ecclesia ab apostolis acci-
piens, in universo mundo offert Deo, ei qui
alimenta nobis præstat, primitias suorum
munerum in novo testamento, de quo in
duodecim prophetis Malachias præsignifica-
vit. quomodo autem constabit eis, cum panem,
in quo gratiæ actæ sunt, corpus esse Domini
sui, & calicem sanguinis eius, si non ipsum
Fabricatoris mundi Filium dicant, id est,
Verbum eius? quomodo autem rursus di-
cunt, carnem in corruptionem devenire,
& non percipere vitam, quæ corpore Domini
& sanguine alitur? Ergo aut sententiam
mutent, aut abstineant offerendo, quæ præ-
dicta sunt. Nostra autem consonans est sen-
tentia Eucharistiæ, & Eucharistia rursus con-
firmat sententiam nostram. Quemadmodum
enim qui est a terra panis, percipiens invo-
cationem Dei, iam non communis panis est,
sed Eucharistia ex duabus rebus constans,
terrena & cœlesti; sic & corpora nostra per-
cipientia Eucharistiam iam non sunt corrup-
tibilia, spem resurrectionis habentia.

Lectio III.

De catechesibus sancti Cyrilli Episcopi
Hierosolymitani. cat. 32.

Olim Christus cum Judæis differens aiebat:
nisi manducaveritis meam carnem & bibe-
ritis meum sanguinem, non habebitis in vo-

in vobis ipsis. Cum autem illi ea, quæ dicebantur, non spiritualiter acciperent, offensi sunt retro, existimantes, quod eos ad manducandas carnes hortaretur. Erant etenim antiquo fœdere panes propositionis: verum illi cum ad vetus testamentum attinerent, finem nequiverunt. In novo vero testamento panis est cœlestis, et proculum salutaris, animam et corpus sanctificandi. quemadmodum enim panis corpori conveniens est, ita et verbum animo consentaneum. quamobrem ne tanquam rudis et communibus elementis, pane et vino Eucharisticis attende. Sunt enim corpus et sanguis Christi, secundum Domini asseverationem. Nam etiamsi illud tibi suggerat sensus, fides tamen te certum et firmum efficiat. Ne judices rem ex gustu, sed ex fide citra ullam dubitationem certus esto, te corporis et sanguinis Christi dono dignatum fuisse.

Ad Bened. ant. Panis Dei est, qui de cœlo descendit, † Dat vitam mundo. Joan. 6.

Oratio Rom. Thomas.

Supplices te rogamus, Domine Deus noster: ut sicut nos Filii tui corporis et sanguinis sacrosancti pascis alimonia; ita nos Divino nature eius facias esse consortes. qui tecum vivit.

Ad Vesperas.

Antiphona ex 1. Vesperis Festi.

Lectio 2. Esd. 9.

Panem de cœlo dedisti eis Domine in fame eorum et aquam de petra eduxisti eis sitientibus; et dixisti eis, ut ingrederentur, et possiderent terram, super quam levasti manum tuam, ut traderes eis.

R. br. Confiteantur Domino misericordiæ eius: † quia satiavit animam inanem:

℣. Et animam ejus inebriabit satiavit bonis. Ps. 106.

Hymnus Pange lingua. ex I. Vesp. Festi.

℣. Cibavit eos Dominus ex adipe frumenti:

℟. Et de petra melle saturavit eos. Ps. 80.

Ad Magnif. ant. Jacit Dominus omnibus populis convivium pinguium, & convivium vindemiæ, pinguium medullatorum. Isa. 25.

Oratio Sac. Greg.

Sancti nominis tui, Domine, timorem pariter & amorem, fac nos habere perpetuum: quia numquam tua gubernatione destituis; quos in soliditate tuæ dilectionis instituis. Per Dominum.

Pro commemoratione octavæ.

ant. Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam ejus in vobis. Joan. 6.

℣. Posuit fines tuos pacem:

℟. Et adipe frumenti satiat te. Ps. 14.

Oratio Supplices te rogamus. ex matutinis.

Dominica infra octavam.

II. post Pentecosten.

Duplex majus. 12. lect.

Totum officium fit ut in festo, exceptis, quæ habentur propria.

In I. Nocturno.

Lectio 1.

De Malachia propheta. cap. 2.

Et nunc ad vos mandatum hoc, o sacerdotes! Si nolueritis audire, et si nolueritis ponere super cor vestrum dare gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum, mittam in vos egestatem, et maledicam benedictionibus vestris, et maledicam illis, quoniam non posuistis super cor. Ecce ego projiciam vobis brachium, et dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum, et assumet vos secum.

℟. ℟. ex Festo.

Lectio II.

Ut scietis, quia misi ad vos mandatum istud, ut esset pactum meum cum Levi, dicit Dominus exercituum. Pactum meum fuit cum eo vitæ et pacis: et dedi ei timorem, et timuit me, et a facie nominis mei pavebat. Lex veritatis fuit in ore ejus, et iniquitas non est inventa in labiis ejus: in pace, et in æquitate ambulavit mecum, et multos avertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus; quia angelus Domini exercituum est.

Lectio III.

Vos autem recessistis de via, et scandalizastis plurimos in lege: irritum fecistis pactum Levi, dicit Dominus exercituum. Propterea et ego dedi vos contemptibiles, et humiles omnibus populis: sicut non servastis vias meas, et accepistis faciem in lege. Et numquid non pater unus omnium nostrum? numquid non Deus unus creavit nos? quare ergo deficit unusquisque nostrum fratrem suum, violans pactum patrum nostrorum?

Lectio IV.

Transgressus est Juda, et abominata facta est [illegible] in Israel, et in Jerusalem: quia contaminavit Judas sanctificationem Domini, quam dilexit; et habuit filiam dei alieni. Disperdet Dominus virum, qui fecerit hoc, magistrum et discipulum de tabernaculis Jacob, et offerentem munus Domino exercituum.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex libro octavo sancti Hilarii Episcopi de Trinitate. n. 14. f.

Non est humano, aut seculi sensu in Dei rebus loquendum. quæ scripta sunt, legamus,

A quo legerimus, intelligamus: et hunc perfecte fidei officio fungemur. De naturali enim in nobis Christi veritate quæ dicimus, nisi ab eo dicimus, stulte atque impie dicimus. Ipse enim ait: caro mea vere est esca, et sanguis meus vere est potus. qui edit carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eo. De veritate carnis et sanguinis non est relictus ambigendi locus. Nunc enim et ipsius Domini professione, et fide nostra vere caro est, et vere sanguis est. Et hoc accepta atque hausta ~~sed~~ id efficiunt, ut et nos in Christo, et Christus in nobis sit. an ne hoc verilas non est? Contingat plane his, verum non esse, qui Christum Jesum verum ese Deum deneganl.

R. R. ex III. Nocturno Festi.

Lectio VI.

Et ergo in nobis ipse per carnem, et nos in eo, dum secum hoc, quod nos sumus, in deo est. quam autem in eo per sacramentum communicato carnis et sanguinis simus, ipse testatur dicens. Et hic mundus me iam non videt; vos autem me videbitis, quoniam ego vivo, et vos vivetis: quoniam ego in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. Si voluntatis tantum unitatem intelligi vellet, cur gradum quendam atque ordinem consummando unitatis exposuit? nisi tamen ille in Patre per naturam divinitatis esset, nos contra in eo per corporalem eius nativitatem, ille rursum in nobis per sacramentorum mysterium crederetur: ac sic perfecta per Mediatorem unitas doceretur, cum nobis in se manentibus ipse maneret in Patre, et in Patre manens maneret in nobis; sic ita ad unitatem Patris proficeremus, qui in eo naturaliter secundum nativita-

dem in est, nos quoque in eo naturaliter in-
gremus, ipse in nobis naturaliter permanente.

Lectio VII.

Quam autem naturalis in nobis hoc unitas
sit, ipse ita testatus est: qui edit carnem
meam, et bibit sanguinem meum, in me
manet, et ego in eo. Non enim quis in eo
erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tantum
se assumtam habens carnem, qui suam
sumserit. Perfecte autem huius ~~veritatis~~ unitatis
sacramentum superius iam docuerat, dicens:
Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo per
Patrem, et qui manducaverit meam carnem,
et ipse vivet per me. Vivit ergo per Patrem:
et quomodo per Patrem vivit, eodem modo
nos per carnem eius vivimus. Omnis enim
comparatio ad intelligentiæ formam pro-
sumitur, non id, de quo agitur, secundum pro-
positum exemplum adæquatur.

Lectio VIII.

Hoc ergo vitio nostro causa est, quod in nobis
carnalibus manentem per carnem Christum
habemus: victuris nobis per eum ea conditio-
ne, qua vivit ille per Patrem. Si ergo nos
naturaliter secundum carnem per eum vivi-
mus, id est, naturam carnis suo adepti: quo-
modo non naturaliter secundum spiritum
in se Patrem habeat, cum vivat ipse per Patrem?
Per Patrem autem vivit, dum nativitas non
alienam ei intulit diversamque naturam;
dum quod est, ex eo est, nec tamen ab eo
per aliquam incidentem naturæ dissimilitu-
dinem separatur; dum in se per nativitatem
habet Patrem in virtute naturæ. Hæc autem
idcirco a nobis commemorata sunt, quia volun-
tatis tantum inter Patrem et Filium unitatem

hæretici mentientes, imitatis nostro ad Deum utebantur exemplo, tamquam nobis ad Filium, et per Filium ad Patrem, obsequio tantum ac voluntate religionis uniti, nulla per sacramentum carnis et sanguinis naturalis communionis proprietas indulgeretur: cum et per honorem nobis datum Filii, et per manentem in nobis carnaliter Filium, et in eo nobis corporaliter et inseparabiliter unitis, mysterium vero et naturalis unitatis sit prædicandum.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

Incipit epistola prima beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses. capi.

Paulus, et Silvanus et Timotheus, ecclesiæ Thessalonicensium, in Deo Patre, et Domino Jesu Christo, gratia vobis et pax. Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestræ, et laboris, et charitatis, et sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum: scientes fratres, dilecti a Deo, electionem vestram: quia evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed et in virtute, et in Spiritu sancto, et in plenitudine multa, sicut scitis, quales fuerimus in vobis propter vos.

℟. Homo quidam fecit cenam magnam, et misit servum suum hora cœnæ, dicere invitatis, ut venirent: ✠ quia parata sunt omnia. ℣. Venite, comedite panem meum et bibite vinum, quod miscui vobis. ✠ quia. Luc. 14. Prov. 9.

Lectio X.

Et vos imitatores nostri facti estis et Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum

gaudio Spiritus sancti: ita ut facti sitis forma
mnibus credentibus in Macedonia, et in Achaia.
a vobis enim diffamatus est sermo Domini non
in Macedonia et in Achaia, sed et in omni loco fides
estra, quæ est ad Deum, profecta est, ita ut non
it nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de
obis annuntiant, qualem introitum habue-
imus ad vos: et quomodo conversi estis ad
eum a simulacris, servire Deo vivo et vero,
et exspectare Filium eius de cœlis, quem suscita-
it ex mortuis, Jesum, qui eripuit nos ab ira
entura.

℣. Cœperunt simul omnes excusare; ✠ primus
ixit: villam emi, et necesse habeo videre il-
am; rogo te habe me excusatum. ℟. Non au-
dierunt, sed abierunt in voluntatibus suis in
ravitate cordis sui mali; factique sunt retro-
um. ✠ primus. Luc. 14. Ger. 7.

Lectio XI. cap. 2.

Nam ipsi scitis fratres introitum nostrum
d vos, quia non inanis fuit: sed ante passi et
ontumeliis affecti, sicut scitis, in Philippis,
iduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad vos
vangelium Dei in multa sollicitudine. Ex-
hortatio enim nostra non de errore, neque de
immunditia, neque in dolo; sed sicut probati
umus a Deo, ut crederetur nobis Evangelium,
ita loquimur, non quasi hominibus pla-
entes, sed Deo, qui probat corda nostra. Ne-
que enim aliquando fuimus in sermone adu-
lationis, sicut scitis: neque in occasione avari-
iæ, Deus testis est; nec quærentes ab hominibus
loriam, neque a vobis, neque ab aliis.

℟. Alter dixit: iuga boum emi quinque,
eo probare illa: rogo te, habe me excusatum:
t alius dixit: ✠ uxorem duxi, et ideo non possum
enire. ℣. Animalis homo non percipit ea, quæ
unt Spiritus Dei. ✠ uxorem. Luc. 14. 1. Cor. 2.

Lectio XII.

Cum possemus vobis oneri esse, ut Christi apostoli; sed facti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foveat filios suos. Ita desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras; quoniam charissimi nobis facti estis. Memores enim estis fratres laboris nostri et fatigationis; nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaremus, prædicavimus in vobis Evangelium Dei. Vos testes estis et Deus, quam sancte et iuste et sine querela vobis, qui credidistis, fuimus: sicut scitis, qualiter unumquemque vestrum, sicut pater filios suos, deprecantes vos et consolantes testificati sumus, ut ambularetis digne Deo, qui vocavit vos in suum regnum et gloriam.

℟. Gratus pater familias dixit servo suo: exi cito in plateas et vicos civitatis: ✠ et pauperes ac debiles, et cæcos et claudos introduc huc. ℣. Edent pauperes, et saturabuntur, et laudabunt Dominum, qui requirunt eum. ✠ pauperes. ℣. gloriâ. ✠ pauperes.

Luc. 14. vf. 21.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 14.

In illo tempore: dixit Jesus pharisæis parabolam hanc: homo quidam fecit cenam magnam, et vocavit multos. Et misit servum suum hora cenæ dicere invitatis, ut venirent, quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: villam emi, et necesse habeo exire, et videre illam: rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: iuga boum emi quinque, et eo probare illa: rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: uxorem duxi, et ideo non possum venire. Et reversus servus nuntiavit

hoc domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo: exi cito in plateas et vicos civitatis: et pauperes ac debiles, et cæcos et claudos introduc huc. Et ait servus: Domine, factum est, ut imperasti, et adhuc locus est. Et ait dominus servo: exi in vias et sepes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

Ad Laudes Matutinas et horas.

antiphona ut in Festo.

Lectio Apoc. 19.

Regnavit Dominus Deus noster omnipotens: lætemur, et exultemus, et demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni, et uxor ejus præparavit se. Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt.

℟. br. Justi epulentur, * et exultent in conspectu Dei:

℣. Et delectentur in lætitia. Ps. 67.

Hymnus: Verbum. ex Festo.

℣. Pluviam voluntariam segregabis hereditati tuæ:

℟. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Ps. 67.

℣. Benedicamus. Ait Dominus servo: exi in vias et sepes, et compelle intrare; * ut impleatur domus mea. Luc. 14.

Oratio ut in I. Vesperis.

Ad Commemoratio octavæ, ut in Festo.

Ad Primam non dicitur Symbolum.

Ad Tertiam. Lectio 1. Cor. 11.

Quotiescumque manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.

℣. Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors et miserator Dominus,

℟. Escam dedit timentibus se. Ps. 110.

Ad Sextam. Lectio 1. Cor. 11.

Quicumque manducaverit panem hunc,

vel biberit calicem Domini indigne, reus
erit corporis et Sanguinis Domini.
℣. Non habitabit iuxta te malignus:
℟. quoniam non Deus volens iniquitatem
tu es. Ps. 5.

Ad Nonam. Lectio 1. Cor. 11.

Probet se ipsum homo, et sic de pane illo edat,
et de calice bibat: qui enim manducat et bi-
bit indigne, iudicium sibi manducat et bibit,
non diiudicans corpus Domini.
℣. Lavabo inter innocentes manus meas,
℟. et circumdabo altare tuum Domine. Ps. 25.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex I. Vesperis Festi.

Lectio Apoc. 22.

Beati, qui lavant stolas suas in sanguine
Agni: ut sit potestas eorum in ligno vitæ, et
per portas intrent in civitatem. Foris canes,
et venefici, et impudici, et omnis, qui amat
et facit mendacium.
℟. br. In multitudine misericordiæ tuæ, ✠
introibo in domum tuam:
℣. Adorabo ad templum sanctum tuum in
timore tuo. Ps. 5.

Hymnus Pange lingua ex I. Voſp.

℣. Dixit et exierunt et furierunt:
℟. Inquirentes autem Dominum non mi-
nuentur omni bono. Ps. 33.

Ad Magnif. ant. Dico vobis, quod nemo virorum
illorum, qui vocati sunt, ✠ gustabit cœnam
meam. Luc. 14.

Et fit commemoratio octavæ, ut in Festo.

Feria II.

De Octava Eucharistiæ.
Duplex 1. cl.
In I. Nocturno.

℣. Transibo in locum tabernaculi admirabilis,
℟. usque ad domum Dei. Ps. 41.

Lectio I.

De Malachia propheta. cap. 2.

Hoc rursum fecistis: operiebatis lacrymis altare Domini, fletu et mugitu, ita ut non respiciam ultra ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu vestra. Et dixistis: quam ob causam? quia Dominus testificatus est inter te et uxorem pubertatis tuæ, quam tu despexisti: et hæc particeps tua, et uxor fœderis tui. Nonne unus fecit, et residuum spiritus eius est? Et quid unus quærit, nisi semen Dei? custodite ergo spiritum vestrum. Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris, et dixistis: in quo eum fecimus laborare? in eo quod dicitis: omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, et tales ei placent: aut certe, ubi est Deus iudicii!

℟. ex III. Nocturno Festi.

Lectio II.

Ex libro sancti Ambrosii Episcopi
De Mysteriis. cap. 9.

Forte dicas: aliud video, quomodo tu mihi asseris, quod Christi corpus accipiam? Probemus non hoc esse, quod natura formavit, et quod benedictio consecravit, maiorem que vim esse benedictionis, quam naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. Virgam tenebat Moyses, proiecit eam, et facta est serpens. Rursus prehendit caudam serpentis, et in virgæ naturam revertit. Videsigitur prophetica gratia bis mutata esse naturam, et serpentis et virgæ. quod si tantum valuit humana benedictio, ut naturam converteret; quid dicimus de ipsa consecratione divina, ubi verba ipsa Domini Salvatoris operantur? Nam sacramentum illud, quod accipis, Christi sermone conficitur. Quod si tantum valuit sermo Elię, ut ignem

de cœlo deponeret, non valebit Christi sermo, ut species mutet elementorum? De cunctis nam di operibus legisti: quia ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt. Sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea, quæ sunt, in id mutare, quod non erant? Non enim minus est novas rebus dare, quam mutare naturas.

Lectio III.

Sed quid argumentis utimur? Suis utamur exemplis, incarnationisque exemplo astruamus mysterii veritatem. Numquid naturæ ordo processit, cum Jesus Dominus ex Maria nasceretur? Liquet, quod præter naturæ ordinem virgo generavit. Et hoc, quod confitemur, corpus ex virgine est: quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse Dominus Jesus partus ex virgine? Vera utique caro Christi, quæ crucifixa est, quæ sepulta est: vere ergo carnis illius sacramentum est. Ipse clamat Dominus Jesus: hoc est corpus meum. Ante benedictionem cœlestium aliæ species nominantur, post consecrationem corpus significatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem alium dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur. Et tu dicis, amen, hoc est, verum est. Quod os loquitur, mens interna fateatur: quod sermo sonat, affectus sentiat.

Ad Bened. ant. Omnis, qui habuerit maculas, non audeat hostias offerre Domino, * nec panes Deo suo. Levit. 21.

Oratio Dom. Thom.

Quæsumus, omnipotens Deus: ut inter eius numeremur membra, cuius corpori communicamus et sanguini, qui tecum vivit.

Ad Magnif. ant. Immundus non vescetur his, quæ sanctificata sunt, * sed mundatus vescetur

e sanctificatis, quia cibus illius est. Lev. 22.

Feria III.

De octava Eucharistiæ.

Duplex 3. lect.

In I. Nocturno.

℣. Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum:

℟. quoniam ita est præparatio eius. Psal. 64.

Lectio I.

De Malachia propheta. cap. 3.

Ecce ego mitto angelum meum, et præparabit viam ante faciem meam. Statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quæritis, et angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem adventus eius, et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum: et sedebit conflans et emundans argentum, et purgabit filios Levi, et colabit eos quasi aurum, et quasi argentum, et erunt Domino offerentes sacrificia in justitia. Et placebit Domino sacrificium Juda et Jerusalem sicut dies sæculi, et sicut anni antiqui.

℟. ex I. Nocturno Festi.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Nyseni. orat. catech. cap. 37.

Corpus Dei Verbi in habitatione, ad divinam transmutatum est dignitatem. Recte igitur nunc quoque Dei verbo sanctificatum panem in Dei verbi corpus credo transmutari. Etenim panis erat potestate illud corpus: fuit vero sanctificatus habitatione verbi, quod in carne habitavit. Unde igitur in illo corpore transmutatus panis transiit in divinam virtutem, nunc quoque perficitur similiter fit. Nam cibus verbi munus sanctum reddebat corpus, cui ex pane

consistentia ac vitæ robur erat; ipsumque adeo panis quodammodo erat: hi quoque similiter, panis, sicut dicit apostolus, sanctificatur per verbum Dei & orationem, non ea ratione, ut ejus potuque in Verbi corpus eundat, sed ut statim per verbum in corpus transmutetur, sicut dictum est a verbo, hoc est corpus meum.

Lectio III.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 82. in Matth.

Cuique fidelium per hoc mysterium Christus se conjungit; & quos genuit, per se nutrit, & neque aliis tradit: hoque tibi modo probat, se carnem accepisse tuam. Ne itaque segnes simus, tanta dignati charitate & tanto honore. Non sunt humanæ virtutis hæc opera. Ipse, qui tunc in illa cœna hæc confecit, & nunc etiam operatur. Nos ministrorum habemus ordinem: qui vero illa sanctificat & transmutat, ipse est. Nullus ergo Judas adsit, nullus avarus: si quis discipulus non est, recedat: non recipit hæc mensa eos, qui tales non sunt. Cum discipulis, inquit, meis faciam pascha. Homo inhumanus accedat, nemo crudelis & immisericors, nemo impurus. Hoc vobis, qui communicatis dico, nec non vobis, qui ministratis. Nam necesse est vos alloqui, ut cum multa diligentia hæc dona distribuatis. Non parvum vobis supplicium deputatum est, si quem impurum vobis notum ad hujus mensæ participationem admittatis. Sanguis ejus exquiretur de manibus vestris. Quamvis dux quispiam sit, quamvis præfectus, sive is ipse, qui diademate redimitur, si indigne accedat, cohibe, majorem tu, quam ille, potestatem habes. Hæc vestra dignitas est, hæc securitas, hæc corona, non illa alba splendorque lineæ indutis circumcæsis.

ad Bened. ant. Quanto putatis mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit: * et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est? Hebr. 10.

Oratio Sac. Leon.

Majestatem tuam, Domine, supplices deprecamur: ut sicut nos Corporis et Sanguinis unigeniti pascis alimento; ita divino nos uno facias esse consortes. Per eundem Dominum.

Ad Magnif. ant. Participes Christi effecti sumus. * videte, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi a Deo vivo. Hebr. 3.

Feria IV.

De octava Eucharistiæ.

Duplex 3. lect.

In I. Nocturno.

℣. Tollite hostias, et introite in atria ejus: ℟. adorate Dominum in atrio sancto ejus. Ps. 95.

Lectio I.

De Malachia propheta. cap. 3.

Accedam ad vos in judicio, et ero testis velox maleficis, et adulteris, et perjuris, et qui calumniantur mercedem mercenarii, viduas et pupillos; et opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum. Ego enim Dominus, et non mutor: et vos filii Jacob non estis consumpti. A diebus enim patrum vestrorum recessistis a legitimis meis, et non custodistis. Revertimini ad me, et revertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et dixistis: in quo revertemur? Si affiget homo Deum, quia vos configitis me? Et dixistis: in quo configimus te? in decimis et in primitiis. Et in penuria vos maledicti estis, et me vos configitis gens tota. Inferte omnem decimam in horreum, et sit cibus in domo mea, et probate me super hoc, dicit Dominus: si

non aperuero vobis cataractas coeli, et effudero vobis benedictionem usque adabundantiam; et increpabo pro vobis devorantem, et non corrumpet fructum terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum. Et beati vos dicent omnes gentes, eritis enim vos terra desiderabilis, dicit Dominus exercituum.

R. R. ex III. et Saturno Festi.

Lectio II.

Sermo sancti Cyrilli Alexandrini. lib. 4. adversus Nestor.

Qui manducat me, inquit Christus, et ille vivet. Manducamus autem nos, non quod ipsam divinitatem consumamus; apage abissa impietate! sed illam propriam Verbi carnem iam vivificam effectam, quia eius facta est, qui propter Patrem vivit. Et certe non dicimus, extrinseca participatione et adventitia vivificari Verbum a Patre; sed vitam potius per naturam esse affirmamus: genitus est enim de Patre tanquam de vita. Quemadmodum vero vivificum est illud ipsius Verbi corpus, quod sibi proprium fecit per veram unionem, quæ et intelligentiam et sermonem superat: sic nos quoque, qui illius sancto carnis et sanguinis eius participatione fruimur, omnino vivificamur; cum in nobis maneat Verbum, non solum divino modo per sanctum Spiritum, verum etiam humano per sanctam illam carnem pretiosumque eius sanguinem. Hoc, quod dixi, vera esse beatus Paulus suo suffragio confirmat, si scribens ad eos, qui Corinthi in Dominum nostrum Jesum Christum crediderant: Tanquam prudentibus dico, judicate vos quod dico: calix benedictionis, cui benedicimus, nonne

communicatio sanguinis Christi est? panis,
quem frangimus nonne communicatio corpo-
ris Christi est? quoniam unus panis, et unum
corpus multi sumus, omnes enim de uno
pane participamus.

Lectio III.

Participes namque Spiritus sancti effecti, et
ipsi omnium Salvatori Christo, et inter nos
nimur. Concorporales etiam hoc modo sumus, quo-
niam unus panis, unum corpus multi sumus: om-
nes enim de uno pane participamus. Colligat
nque nos ad unitatem corpus Christi, quod est
in nobis, neque est ullo modo divisum. Ac divi-
um quidem hoc est mysterium, participatio
nemque eius vivificam, et incrementa huius
ostiae vim longe illo legali cultu prostantio-
em, perfacile est videre, vel ab eo ipso, quod
lla priscis hominibus sanctita per Mosen umbra
iantur, Christus vero, eiusque omnia, Veritas
ppellantur. Ad eamque rem confirmandam
obis erit adjumento beatus Paulus, qui sic
cripsit: irritam quis faciens legem Mosi,
ine ulla miseratione duobus vel tribus
estibus moritur, quanto magis putatis
eteriora mereri supplicia, qui Filium
ei conculcaverit, et sanguinem testamenti
pollutum duxerit, in quo sanctificatus est,
et Spiritui gratiæ contumeliam fecerit?
quanto igitur res nostræ sunt excellentiores,
quibus ipsa veritas, id est, Christus illuxit,
tantumque suam carnem ad participandum
apposuit!

℟. Benedicam. Omnis homo, in quo est
immunditia, qui ausus erit ad ea, quæ con-
secrata sunt, et perrexit coram Domino.
Levit. 22.

℣. Congregate Domino sanctos eius:
℟. qui ordinant testamentum eius super sacri-
ficia. Psal. 49.

Munus populi tui, Domine, placatus ìtcade: quo non altaribus tuis ignis alienus, nec ìrra tionabilium error effundatur animantium; sed sancti Spiritus operante virtute sacrificium ràm nostrum Corpus et sanguis ipsius est Sacerdotis: qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem.

Feria V.

Octava SS. Corporis Christi,
et Festum Sacerdotii Eiusdem.

Duplex maius; 2. Lect.

Ad I. Vesperas.

Antiphonæ ex Matutinis.

Lectio Mal. j.

Non est mihi voluntas in vobis, et munus non suscipiam de manu vestra: ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda, dicit Dominus exercituum.

℟. br. Sacrificium et oblationem noluisti: * holocaustum non postulasti:
℣. Tunc dixi: ecce venio. Ps. 39.

Hymnus, Pange lingua. ex Festo.

℣. Non accipiam de domo tua vitulos:
℟. Immola Deo sacrificium laudis. Ps. 49.

Ad Magnif. ant. Ecce vir, oriens nomen eius, ipse ædificabit templum Domino, ipse portabit gloriam, * et sedebit, et dominabitur super solio suo, et erit sacerdos super solio suo. Zach. 6.

Oratio Munus, ut supra.

Ad vigilias nocturnas.

Invit. Pontificem magnum, Jesum Filium Dei, * venite adoremus. Hebr. 4.

Hymnus: Sacris solemniis, ut in festo.

Antiphonæ, et versus Nocturnorum, ac Lectiones, ut in Festo.

In 1. Nocturno.

Lectio 1.

De Malachia propheta. cap. 3.

Invaluerunt super me verba vestra, dicit Dominus. Et dixistis: quid locuti sumus contra te? Dixistis: vanus est, qui servit Deo, et quod emolumentum, quia custodivimus praecepta ejus, et quia ambulavimus tristes coram Domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes: siquidem aedificati sunt facientes impietatem, et tentaverunt Deum, et salvi facti sunt.

℟. ex II. Nocturno Festi.

Lectio II.

Tunc locuti sunt timentes Dominum, unusquisque cum proximo suo: et attendit Dominus et audivit: et scriptus est liber monumenti coram eo timentibus Dominum, et cogitantibus nomen ejus. Et erunt mihi, dicit Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium, et parcam eis, sicut parcit vir filio suo servienti sibi. Et convertemini vos, et videbitis, quid sit inter justum et impium, inter servientem Deo, et non servientem ei.

Lectio III. cap. 4.

Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus: et erunt omnes superbi, et omnes facientes impietatem, stipula: et inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quae non derelinquet eis radicem et germen. Orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiae, et sanitas in pennis ejus: et egredietis, et salietis sicut vituli de armento. Et calcabitis impios, cum fuerint cinis sub plantis pedum vestrorum, in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum.

Lectio IV.

Memento lege Moysi servi mei, quam mandavi ei in Horeb ad omnem Israel, praecepta et judicia. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis. Et convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniam, et percutiam terram anathemate.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex epistola sancti Cypriani Episcopi et Martyris ad Caecilium. epist. 63.

In sacerdote Melchisedech sacrificii Dominici sacramentum prefiguratum videmus, secundum quod Scriptura divina testatur, et dicit: Et Melchisedech rex Salem protulit panem et vinum. Fuit autem sacerdos Dei summi, et benedixit Abraham. Quod autem Melchisedech typum Christi portaret, declarat in psalmis Spiritus sanctus, ex persona Patris ad Filium dicens: ante luciferum genui te: tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. qui ordo utique hic est, de sacrificio illo veniens, et inde descendens, quod Melchisedech sacerdos Dei summi fuit, quod panem et vinum obtulit, quod Abraham benedixit. Nam quis magis sacerdos Dei summi, quam Dominus noster Jesus Christus, qui sacrificium Deo Patri obtulit, et obtulit hoc idem, quod Melchisedech obtulerat, panem et vinum, suum scilicet corpus et sanguinem?

℟. Melchisedech, qui interpretatur rex justitiae, deinde autem rex Salem, quod est rex pacis: * assimilatus Filio Dei manet sacerdos in perpetuum. ℣. Melchisedech rex Salem protulit panem et vinum; erat enim sacerdos Dei altissimi. * assimilatus. Hebr. 7. gen. 14.

Lectio VI.

Ut ergo in genesi per Melchisedech sacerdotem
benedictio circa Abraham posset rite celebrari,
precedit ante imago sacrificii christi, in pane et
vino scilicet constituta. quam rem perficiens
et adimplens Dominus, panem et calicem
mixtum vino obtulit; et qui est plenitudo,
veritatem prefigurate imaginis adimplevit.
Sed et per Salomonem spiritus sanctus typum
dominici sacrificii ante premonstrat, immolato
hostie, et panis et vini, sed et aliaris et apostolo-
rum faciens mentionem. Sapientia, inquit,
edificavit sibi domum, et subdidit columnas
septem, mactavit suas hostias, miscuit in crate-
re vinum suum, et paravit mensam suam:
et misit servos suos convocans cum excelsa pre-
dicatione ad craterem, dicens: qui est insipiens,
declinet ad me. Et egentibus sensu dixit: ve-
nite, edite de meis panibus, et bibite vinum,
quod miscui vobis. Vinum mixtum declarat,
quod est, calicem Domini aqua et vino mixtum
prophetica voce pronuntiat.

℟. Mecum sunt divitie et gloria, opes superbe
et justitia: ✠ melior est enim fructus meus auro,
et genimina mea argento electo, et deliciis meis,
esse cum filiis hominum. ℣. Dicite invitatis:
venite prandium meum paravi, venite ad nuptias.
✠ melior. Prov. 8. Matth. 22.

Lectio VII.

Sermo sancti augustinii Episcopi.

l. 3. contra adver. leg. cap. 20.

Ipse Jesus Christus Dominus et Deus noster ipse est
summus sacerdos Dei Patris, et sacrificium Patri
se ipsum primus obtulit, et hoc fieri in sui com-
memorationem precepit; utique ille sacerdos
vice Christi vere fungitur, qui id quod Christus
fecit, imitatur: et sacrificium verum et
plenum tunc offert in ecclesia deo Patri, si se
incipiat offerre, secundum quod ipsum Christum

videat obtulisse. Nam si sacerdotes Dei Altissimi sumus, non invenio, quem magis sequi, quam Jesum Christum debeamus; quando ipse in Evangelio maxime dicat: ego sum lumen seculi; qui me secutus fuerit, non ambulavit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Ut ergo in tenebris ambulemus, Christum sequi, et præcepta ejus observare debemus; ut cum in claritate ejus et majestate cœlesti venire coperit, inveniat nos tenere quod monuit, observare quod docuit, facere quod fecit.

℟. Erunt Domino offerentes sacrificia mundicia. ✠ Placebit Domino sacrificium Judæ et Jerusalem, sicut in annis antiquis. ℣. Venit hora, et nunc, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. ✠ Matth. 5. Joan. 4.

Lectio VIII.

Videruntne, qui legunt, quid protulerit Melchisedech, quando benedixit Abrahæ: Abram sunt participes ejus, videlicet tale sacrificium nunc offerri Deo toto orbe terrarum. Deinde non irratio, nec dubium est mirari, et quod Jesum non pœnituit, significatio est, quia hoc sacerdotium non mutabit. Mutavit quippe sacerdotium secundum ordinem Aaron: unde alius propheta dicit ad eum, qui canalis erat Israel: non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, et hostiam non accipiam de manibus vestris. Ecce! quod est secundum ordinem Aaron. Cur autem hoc non acceperit, addit et dicit: quia ab ortu solis usque ad occasum glorificatum est nomen meum in gentibus, et in omni loco incensum offertur nomini meo, et hostia pura, quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens. Ecce! quod est secundum ordinem Melchisedech.

℟. Deus mihi multitudinem cibinarum

ostrarum? Dicit Dominus; holocausta no-
lui: * ne offeratis altra sacrificium frustra.
℣. Secundum similitudinem Melchisedech
exurrexit alius sacerdos. * ne. ℣. gloria. * ne.
Ysa. j. Hebr. 7.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Hebreos.
cap. 4. ℣. 5.

Habentes pontificem magnum, qui pertransiit
celos, Jesum filium Dei, teneamus confessionem.
Non enim habemus pontificem, qui non possit
compati infirmitatibus nostris; tentatum autem
per omnia pro similitudine absque peccato. Ada-
mus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ,
ut misericordiam consequamur, et gratiam in-
veniamus in auxilio opportuno. Omnis nam-
que pontifex ex hominibus assumptus pro ho-
minibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum,
ut offerat dona et sacrificia pro peccatis; qui
condolere possit iis, qui ignorant et errant;
quoniam et ipse circumdatus est infirmitate,
et propterea debet, quemadmodum pro popu-
lo, ita etiam et pro semetipso offerre pro
peccatis.

℟. Lex constituit sacerdotes infirmitatem
habentes: * Sermo autem juris jurandi, qui
post legem est, (constituit) Filium in æter-
num perfectum. ℣. Juravit Dominus, et non
pœnitebit, tu es sacerdos in æternum. * Sermo.
Hebr. 7. Ps. 109.

Lectio X.

Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui voca-
tur a Deo tanquam Aaron. Sic et Christus non
semetipsum clarificavit, ut pontifex fieret; sed
qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie
genui te. quemadmodum et in alio loco dicit: tu es

Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchi-
sedech. qui in diebus carnis suæ preces supplica-
tionesque ad eum, qui posit illum salvum
facere a morte, cum clamore valido & lacry-
mis offerens, exauditus est pro sua reverentia.
Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex iis,
quæ passus est, obedientiam: & consummatus,
factus est omnibus obtemperantibus sibi causa
salutis æterne, appellatus a Deo pontifex
iuxta ordinem Melchisedech.

℟. Translato sacerdotio, secundum simili-
tudinem Melchisedech alius sacerdos ✠ non
secundum legem mandati carnalis factus
est, * sed secundum virtutem vitæ insolubi-
lis. ℣. Alii sine iure iurando sacerdotes facti
sunt, hic autem cum iure iurando. ✠ non se-
cundum. Hebr. 7. 16.

Lectio XI. cap. 8.

Talem habemus pontificem, qui consedit in
dextera sedis magnitudinis in cœlis, sancto-
rum minister & tabernaculi veri, quod fixit
Dominus, & non homo. Omnis enim pontifex
ad offerendum munera & hostias constitui-
tur: unde necesse est & hunc habere aliquid
quod offerat. Si ergo esset super terram, nec
esset sacerdos: cum essent, qui offerrent secun-
dum legem munera, qui exemplari & ⁊
umbræ deserviunt cœlestium. Sicut respon-
sum est Moysi, cum consummaret tabernacu-
lum: vide, inquit, omnia facito secundum
exemplar, quod tibi ostensum est in monte.
Nunc autem melius sortitus est ministerium,
quanto & melioris testamenti mediator
est, quod in melioribus repromissionibus
sanctum est.

℟. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & con-
summabo super domum Juda testamentum

novum; dicendo autem novum, veteravit
prius. ℣. Audi populus meus, & testificabor
tibi: non accipiam de domo tua vitulos, neque
de gregibus tuis hircos. ℟. consummabo. Hebr.
x. Ps. 49.

Lectio XII. cap. 9.

Christus assistens pontifex futurorum bono-
rum, per amplius et perfectius tabernaculum
non manufactum, id est, non hujus creatio-
nis; neque per sanguinem hircorum aut vi-
torum, sed per proprium sanguinem in-
travit semel in sancta, aeterna redemptione
inventa. Si enim sanguis hircorum et tau-
rorum, et cinis vitulae aspersus inquinatos
sanctificat ad emundationem carnis: quanto
magis sanguis Christi, qui per Spiritum san-
ctum semetipsum obtulit immaculatum
Deo, emundabit conscientiam nostram ab
operibus mortuis ad serviendum Deo vi-
venti? Et ideo novi testamenti mediator
est, ut morte intercedente in redemptionem
earum prevaricationum, quae erant sub
priori testamento, repromissionem accipiant,
qui vocati sunt aeterno hereditatis.

℟. Hoc erit pactum, quod feriam cum domo
Israel post dies illos: propitiabor iniquitati
eorum, et peccati eorum non memorabor
amplius. ℣. Hostiis nunquam possunt
auferre peccata; Jesus autem una oblatio-
ne consummavit in aeternum sanctificatos.
Spiritus. ℣. gloria. * propitiabor. Jer. 31.
Hebr. 10.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. cap. 4.

In illo tempore: Dixit Jesus mulieri de Sama-
ria: Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet.
qui autem biberit ex aqua, quam ego
dabo ei, non sitiet in aeternum: sed aqua,

quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Dicit ei mulier: Domine video, quia propheta es tu: patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis, quia Jerosolymis est locus, ubi adorare oportet. Dicit ei Jesus: mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Jerosolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis, quod nescitis: nos adoramus, quod scimus, quia salus ex Judæis est. Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu et veritate. Nam et Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est Deus, et eos, qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus: cum ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia. Dicit ei Jesus: ego sum, qui loquor tecum.

Ad Laudes Matutinas Horas.

antiphona.

1. Ab ortu solis usque ad occasum * sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda. Mal. 1.
2. Christus in consummatione seculorum, * ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit. Hebr. 9.
3. Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo, * in odorem suavitatis. Ephes. 5.
4. ad Laudes. Per ipsum offeramus hostiam laudis semper Deo * fructum labiorum confitentium nomini ejus. Hebr. 13.
5. Fecisti nos Domine Deo nostro regnum et sacerdotes * et regnabimus super terram. Apoc. 5.

Lectio apoc. j.

ratia vobis a Jesu Christo, qui dilexit nos, et
avit nos a peccatis nostris in sanguine suo, et
cit nos regnum et sacerdotes Deo et Patri suo:
ipsi gloria et imperium in secula seculorum:
men.

℣. Sacerdotes tui Domine, * induantur
justitiam:

℟. Et sancti tui exultent. Ps. 131.

Hymnus: Verbum supernum. ex Festo.

℣. Vos sacerdotes Dei vocabimini:

℟. Ministri Dei nostri dicetur vobis. Isa. 61.

Ad Bened. ant. Sacerdotes sancti erunt Deo
o, et non polluent nomen eius: * incen-
um enim Domini et panes Dei sui offerunt,
ideo sancti erunt. Lev. 21.

Oratio dum.

mnipotens sempiterne Deus, qui auctorem
alutis Pontificem nostrum, Jesum Christum,
er passionem consummari voluisti: concede
iam nostram, quæsumus, per eius sangui-
em ab operibus mortuis emunda, ut tibi
eo vivendi digne servire, ac nosmetipsos
ostiam vivam ac sanctam offerre merea-
ur. Per eundem Dominum.

Ad Tertiam. Lectio 2. Cor. 5.

ro Christo legatione fungimur, tamquam Deo
horante per nos: obsecramus pro Christo,
conciliamini Deo: eum, qui non noverat
ccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos ef-
iceremur justitia Dei in ipso.

℣. Salvum fecit Dominus Christum suum:

℟. Exaudiet illum de cœlo sancto suo. Ps. 19.

Ad Sextam. Lectio Heb. 10.

ostias et oblationes, et holocaustomata pro

peccato noluistis, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur; tunc dixi: ecce venio, ut faciam Deus voluntatem tuam: in qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Jesu Christi.

℣. Voluntarie sacrificabo tibi:

℟. Et confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est. Ps. 53.

Ad Nonam. Lectio j. Petr. 2.

Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus adquisitionis: ut virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum.

℣. Unxit te Deus oleo lætitiæ,

℟. Pro consortibus tuis. Ps. 44.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Hebr. 6.

Propositam spem sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, et incedentem usque ad interiora velaminis, ubi præcursor pro nobis introivit Jesus, secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum.

℟. br. ex matutinis. Hymnus: Pange lingua. ex Festo.

℣. Sacerdotes eius induam salutari:

℟. Et sancti eius exultatione exultabunt. Ps. 131.

Ad Magnif. ant. Habentes sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum vero corde, et ipsi sacerdotium sanctum: ✠ offerre spirituales hostias acceptabiles per Jesum Christum. Hebr. 10. j. Petr. 2.

Feria VI.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 6. 7.

Percussit Dominus de viris Bethsamitibus, eo quod vidissent arcam Domini: et percussit de populo septuaginta viros, et quinquaginta millia plebis. Luxitque populus, eo quod Dominus percussisset plebem plaga magna. Et dixerunt viri Bethsamite: quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? et ad quem ascendet a nobis? * Miseruntque nuntios ad habitatores Cariathiarim, dicentes: Reduxerunt Philistiim arcam Domini, descendite, et reducite eam ad vos. Venerunt ergo viri Cariathiarim, et reduxerunt arcam Domini, et intulerunt eam in domum Abinadab in gabaa: Eleazarum autem filium eius sanctificaverunt, ut custodiret arcam Domini. 9. Et factum est, ex quo die mansit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies, erat quippe iam annus vigesimus, et requievit omnis domus Israel post Dominum. Dixit autem Samuel ad universam domum Israel, dicens: si in toto corde vestro revertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio vestri, Baalim et Astaroth: et praeparate corda vestra Domino, et servite ei soli, et eruet vos de manu Philistiim. * Abstulerunt ergo filii Israel Baalim et Astaroth, et servierunt Domino soli. Dixit autem Samuel: congregate universum Israel in Maspha, et orabo pro vobis Dominum. Et convenerunt in Maspha, hauseruntque aquam, et effuderunt in conspectu Domini, et ieiunaverunt in die illa, atque dixerunt ibi: peccavimus Domino. Judicavitque Samuel filios Israel in Maspha.

℟. ex I. Nocturno Dominico sequentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papæ.

l. 3. cap. 5.

Quid est dicere: ad quem ascendet a nobis? nisi dignum doctorem quærere, qui sic divina prodicet, ut a via veritatis non erret? In quibus etiam verbis, si historicum sensum requirimus, aperte cognoscimus: quia qui deo mortui sunt, quia aciem domini viderunt, intelligimus nempe, quod eadem visione digni non fuerunt. Merito igitur, qui peracpos aspiciunt, dicunt: quis poterit stare in conspectu domini Dei sancti hujus? Nam si hi, qui indigni sunt, videndo moriuntur, contrectantesque modo vivunt? Bethsamite quidem in sancta ecclesia sunt mortui sacerdotes, et ministri sacri altaris reprobi: quia de domo quidem solis justitiæ sunt dignitate ministerii, non virtute et gratia sanctitatis. Bethsamite quidem sunt: quia per sacro oblationis officium conversantur in domo Dei, sed tanto sunt acriori damnatione perituri, quanto non solum videre audent sacra mysteria, sed contrectare: quanto non jam veteris testamenti aciem aspiciunt, sed quod omnia superat, indigne se corpori et sanguini ingerunt Redemtoris: quos peracpos insinuat Paulus dicens: qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit. Veri autem fideles dicunt: quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti hujus! Actitudi nam quippe tanta administrationis conspiciunt, et tanti sacramenti dignitatem formidant. Sed dum tanta rei subire officium metuunt, qui id exhibere valeant, dignores quærunt. Unde et sequitur: et ad quem ascendet a nobis? quasi ergo sacra mysteria humiliter fugientes, dicunt: quia nos in firma conversatione peragimus, ministri ex actiori vita quærendi sunt, quos dum in aciem imus

spiritum sanctificationem conversationis sublimis erigit, assistere Deo per officium sanctæ oblationis possint.

Sabbato.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 8.

Factum est autem, cum senuisset Samuel, posuit filios suos iudices Israel. Et non ambulaverunt filii illius in viis eius: sed declinaverunt post avaritiam, acceperunt que munera, et perverterunt iudicium. Congregati ergo universi maiores natu Israel, venerunt que ad Samuelem in Rámatha, dixerunt que ei: ecce tu senuisti, et filii tui non ambulant in viis tuis: constitue nobis regem, ut iudicet nos, sicut et universæ habent nationes. ✠ Displicuit sermo in oculis Samuelis, eo quod dixissent: da nobis regem, ut iudicet nos. Et oravit Samuel ad Dominum. Dixit autem Dominus ad Samuelem: audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi; non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. ℣. Iuxta omnia opera sua, quæ fecerunt a die, qua eduxi eos de Ægypto, usque ad diem hanc: sicut dereliquerunt me, et servierunt diis alienis; sic faciunt etiam tibi. ℟. Nunc ergo vocem eorum audi: verumtamen contestare eos, et prædic eis ius regis, qui regnaturus est super eos. Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum, qui petierat a se regem. ✠ Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt: nequaquam; sed erit super nos, et erimus nos quoque sicut omnes gentes: et iudicabit nos rex noster, et egredietur ante nos, et pugnabit bella nostra pro nobis. Et audivit Samuel omnia verba populi, et locutus est ea in auribus Domini.

℣. ex II. Nocturno Dominicæ sequentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Pape.

l. 4. cap. j.

Magno quidem temeritatis exitio contra dei voluntatem regem petere; magnæ duritiæ consilio prophete vinci non posse. Sed nos antiqua tempora reprehendimus, qui nostra videre non curamus. Quo nimirum tempora, quo senescente mundo vetustiora sunt, eo et in pluribus per temporis ac negligentie vitium remissiora. Jam quidem aperte cognoscimus, horum Israelitarum audaciam quæ divino indignationis indicia secuta sunt: et tamen contra voluntatem Dei, contra prolatorum sancto cælestique consilium agenda proponere non timemus. In malo quoque proposito reprehensi resistimus, et salubria maiorum consilia insuperabili malo pervicacie vincere conamur. Videmus, quanti mali incrementum sit, pereuntes aspicere, et sequi ad perditionem eorum vestigia non timere: penales laqueos mortis incurrentes cernere, et eisdem laqueis irretiri nequaquam metuere. Et illiquidem contra Domini voluntatem regem petierunt; sed a regia dignitate postea actum est, ut populus, qui Deum abiecerat, idola coleret, simulacra adoraret. Quam reverenda ergo sint maiorum consilia cernimus, si hoc sollicite consideramus: quia qui ea despicere ausi sunt, hoc se non providerunt agere, unde tam profundo erroris pelago demergi potuissent. Merito igitur se abiectum Dominus in regis petitione conqueritur, merito regiam dignitatem concessit indignatus. Tanta quidem erat iniquitas postulantium, ut eum illud peterent, per quod a Deo recederent, ex dei iudicio permitti posset, prohiberi non posset.

Ad Vesperas. Duplex.

℣. Magnif. ant. Dixisti Israel: Da mihi regem. ℟. Dabo tibi regem in furore meo, et auferam in indignatione mea. Ose. 13.

Oratio Sanct. Greg.

Protector in te sperantium Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam; ut te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus aeterna. Per Dominum.

Dominica III. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 9.

Erat vir de Beniamin, nomine Cis, et erat ei filius vocabulo Saul, electus et bonus: et non erat vir de filiis Israel melior illo: ab humero et sursum eminebat super omnem populum. Perierant autem asinae Cis patris Saul; et dixit Cis ad Saul filium suum: tolle tecum unum de pueris, et consurgens vade, et quaere asinas. Qui cum transissent per montem Ephraim, et per terram Salisa, et non invenissent; transierunt etiam per terram Salim, et non erant; sed et per terram Jemini, et minime reppererunt.

℟. Dilectus a Domino Deo suo Samuel propheta Domini, renovavit imperium, ✠ in lege Domini congregationem indicavit, et cognitus est in verbis fidelis, quia vidit Deum luce. ℟. Deus sorte distribuit patribus terram, et posthaec vidit Judices usque ad Samuel Prophetam ✠ in lege. Psal. 116. ant. 13.

Lectio II.

Cum autem venissent in terram Suph, dixit Saul ad puerum, qui erat cum eo: veni et

revertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas, et sollicitus sit pro nobis. Qui ait ei: Ecce vir Dei est in civitate hac, vir nobilis, omne quod loquitur, fit ne ambiguitate veniat. Nunc ergo eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra, propter quam venimus. Et ascenderunt in civitatem. Cumque illi ambularent in medio urbis, apparuit Samuel egrediens obviam eis, ut ascenderet in excelsum.

℟. Dixit Samuel ad universum Israel: nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, et non derelinquet Dominus populum suum: * quodsi perseveraveritis in malitia, peribitis. ℣. Nescitis, quoniam servi estis eius cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad iustitiam? * quodsi. 1. Reg. 12. Rom. 6.

Lectio III.

Dominus autem revelaverat auriculam Samuelis ante unam diem, quam veniret Saul, dicens: hac ipsa hora, quo nunc esperas mittam virum ad te de terra Beniamin, et unges eum ducem super populum meum Israel, et salvabit populum meum de manu Philisthinorum: quia respexi populum meum, venit enim clamor eorum ad me. Cumque aspexisset Samuel Saulem, Dominus dixit ei: ecce vir, quem dixeram tibi, iste dominabitur populo meo.

℟. Si in toto corde vestro revertimini ad Dominum, * auferte deos alienos de medio vestri, et præparate corda vestra Domino, et servite illi soli. ℣. Genus cum simus Dei, non debemus æstimare, auro aut argento aut lapidi divinum esse simile. * auferte. 1. Reg. 7. ad. 17.

Lectio IV.

Cumque mane surrexissent, et iam elucesceret, vocavit Samuel Saulem in solario dicens: surge,

et dimittam te. Et surrexit Saul, egressique
sunt ambo, ipse videlicet et Samuel. Cumque
descenderent in extrema parte civitatis, Samuel
dixit ad Saul: Dic puero, ut antecedat nos et
transeat; tu autem subsiste paulisper, ut indi-
cam tibi verbum Domini. Tulit autem Sa-
muel lenticulam olei, et effudit super caput
eius, et deosculatus est eum, et ait: ecce unxit
te Dominus super hereditatem suam in prin-
cipem, et liberabis populum suum de manu
inimicorum eius, qui in circuitu eius
sunt.

℟. Cum ingressus fueris terram, et dixeris:
constituam super me regem sicut habent om-
nes gentes per circuitum nationes: ℣. eum
constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit
de numero fratrum tuorum. ℟. Dixerunt
universi maiores natu Israel Samueli:
constitue nobis regem, qui iudicet nos sicut et
universe habent nationes. ℣. eum. ℟. gloria.
et eum. Deut. 17. 1. Reg. 8.

Gn II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
De sacerdot. l. 4. c. 1.

Quarum illam opinionem non falsam ope-
riens et infelicibus: sic enim vocandi sunt
qui hoc (sacerdotale) negotium probe tractare
nesciunt, quamvis sexcenties ipsos vi devictos
et ignorantes pecuare dicas:, ut illis, niquam
effugere liceat illum ignem inextinguibilem
et tenebras exteriores, vermemque numquam
morientem, ne dissecentur, et cum hypocritis
versentur. Verum quid faciam! Non ita se res
habet, non ita sane. Ac si vis, puta regno primum,
non apud Deum tanti non est, quanti sacerdo-
tium, eorum, quæ dixi, fidem faciam. Saul
ille, filius Cis, non sponte motu curæ rex factus
est: sed abiit, ut quæreret asinas, et super
eo prophetam interrogare quid: ille vero

de regno ipsum alloquutus est. Atque tamen iste statim regnum abiit, nec ita a propheta audiri est, sed deprecabatur, rennebatque dicens: quis sum ego, et quae domus patris mei?

℟. Deus plebis Israel elegit patres nostros, et dedit eis iudices usque ad Samuel: exinde postulaverunt regem: ✠ et dedit Deus Saul virum de tribu Beniamin. ℣. Noluit populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt: nequaquam, rex enim erit super nos. ✠ et. act. 13. 1. Reg. 8.

Lectio VI.

Quid ergo? an cum honore sibi per Deum tradito male usus esset, potuit his verbis eximi ab ira eius, quise in regem constituerat? atqui poterat ad Samuelem increpantem dicere: num ego regnum invasi? num insilivi in hanc potentiam? Vitam privatam, otiosam et quietam ducere volebam: tu vero me in hanc dignitatem pertraxisti. Si in illa humilitate permansissem, hoc offendiculo facile delingi fuit: nam cum ex vulgarium et ignobilium esset numero, ad hoc opus minus numquam fuissem: neque mihi bellum contra Amalecitas Deus commisisset, quo mihi non commisso in peccatum huius modi numquam incidissem.

℟. Ait Samuel ad omnem populum: ✠ certe videtis, quem elegit Dominus, quoniam non est similis illi in omni populo. ℣. Erat Saul electus et bonus, et non erat de filiis Israel vir melior illo. ✠ certe. 1. Reg. 10. Alg.

Lectio VII.

Verum haec omnia ad defensionem infirma sunt: nec infirma modo sed periculosa, quae Dei magis iram accendant. Cum enim, qui meritis maiorem dignitatem assecutus est, non oporteat ad peccatorum excusationem honoris

magnitudinem ostendere, sed ad maiorem in
uitute profectum ubi magis illo Dei erga
e studio. Ille vero, quia meliorem nactus
ignitatem, ideo penare sibi licitum esse exi-
timabat, nihil aliud, quam Dei clementiam
uratorum suorum causam facere conatus
st. quod sane impijs, et iis, qui vitam ignave
uerunt, mos est dicere. Nos autem non si af-
ctos esse, nec in similem decidere insaniam
uet: sed ubique curare, ut quo facultatis ex-
nostro sunt, adhibeamus, ac bene de Deo cogi-
mus et loquamur.

℣. Dixit Samuël ad Saulem, nonne cum par-
ulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Is-
ael factus es? ℟. unxit que te Dominus in re-
em super Israel. ℣. Dominus suscitat de pul-
vere egenum, ut sedeat cum principibus, et
olium gloriæ tuæ teneat. ℟. unxit que. 1. Reg. 9.
12.

Lectio VIII.

Neque Heli, ut misso regno ad sacerdotium,
de quo nunc agitur, transeamus, principa-
tum studio adquisierat. quid igitur id illi
profuit, cum peteret? quid dico: adquisie-
rat! ne quidem, si voluisset, lege ita co-
gente poterat effugere; nam ex tribu Levi
Levi erat, et principatum ex generis retro
successione ampere illum oportebat. at-
tamen et hic non minimas filiorum
nefandæ impietatis pœnas luit. quid autem ille,
qui primus Judæorum sacerdos fuit, de
quo tam multa cum Moyse Deus verba fe-
cit? quia non potuit solus tanto multitu-
dinis furori obsistere, an non parum ab-
fuit, quin periret, nisi fratris patroci-
nium Dei iram averteret?

℟. Si timueritis Dominum, & servieritis ei, & audieritis vocem eius: & eritis & vos, & rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum. ℣. Si custodieritis mandata, & fecerit is ea, ut diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius. & eritis. ℣. gloria. & eritis. j. Reg. 12. Deut. ij.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses. cap. 2.

Gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum accepisetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. vos enim imitatores facti estis, fratres, ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa, in Christo Jesu, quia eadem passi estis & vos a contribulibus vestris, sicut & ipsi a Judæis: qui & Dominum occiderunt Jesum, & prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus adversantur, prohibentes nos gentibus loqui, ut salvæ fiant: ut impleant peccata sua semper; pervenit enim ira Dei super illos usque in finem.

℟. Dixit Samuel ad Saul: percute Amalec, non parcas ei; & percussit Saul Agag. Dixit Samuel ad Saul: & pro eo, quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus, ne sis rex. ℣. Qui eumque glorificaverit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me erunt ignobiles. & pro. j. Reg. 15. & 2.

Lectio X. cap. 2. &c.

Nos autem fratres desolati a vobis ad tempus hore aspectu, non corde, abundantius festi-

uavimus faciem vestram videre cum multo
desiderio: quoniam voluimus venire ad vos,
ego quidem Paulus, et semel et iterum; sed
impedivit nos satanas. Quis enim nostra
spes aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos ante Dominum nostrum Jesum Christum estis in adventu eius? Vos enim estis
gloria nostra et gaudium. Propter quod non
sustinentes amplius, placuit nobis, remanere
Athenis solis: et misimus Timotheum fratrem
nostrum, et ministrum Dei in Evangelio Christi,
ad confirmandos vos et exhortandos pro fide vestra: ut nemo moveatur in tribulationibus istis;
ipsi enim scitis, quod in hoc positi sumus.
℟. Numquid vult Dominus holocausta et victimas, et non potius ut obediatur voci Domini?
℣. melior est enim obœdientia, quam victimæ.
℟. qui permanserit in lege, non auditor obliviosus factus, sed factor operis; hic beatus
in facto suo erit. ℣. melior. 1. Reg. 15. Jac. 1.

Lectio XI.

Nam et cum apud vos essemus, prædicebamus
vobis passuros nos tribulationes, sicut et factum est, et scitis. Propterea ego amplius non
sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram:
ne forte tentaverit vos is qui tentat, et inanis
fiat labor noster. Nunc autem veniente
Timotheo ad nos a vobis, et annuntiante nobis
fidem et charitatem vestram, et quia memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut et nos quoque vos:
ideo consolati sumus fratres in vobis, in
omni necessitate et tribulatione nostra, per
fidem vestram. quoniam nunc vivimus, si vos
stetis in Domino.
℟. Dixit Spiritus Domini in David: ✱
Spiritus autem Domini recessit a Saul, et
vexabat eum spiritus nequam a Domino.

℣. Manus Dei nostri est super omnes, qui quærunt eum in bonitate; et furor eius super omnes, qui derelinquunt eum. ✠ Spiritus. j. Reg. 16. j. Esd. 8.

Lectio XII.

Quam enim gratiarum actionem possumus Deo rependere pro vobis in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum, noctes ac die abundantius orantes, ut videamus faciem vestram, et compleamus ea, quæ desunt fidei vestræ? Ipse autem Deus et Pater noster, et Dominus noster Jesus Christus dirigat viam nostram ad vos. Vos autem Dominus multiplicet, et abundare faciat charitatem vestram in invicem, et in omnes, quemadmodum et nos in vobis: ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate, ante Deum et Patrem nostrum, in adventu Domini nostri Jesu Christi cum omnibus Sanctis eius. amen.

℟. Seraphim clamabant alter ad alterum: ✠ Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum: ✠ plena est omnis terra gloria eius. ℣. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, et Spiritus Sanctus: et hi tres unum sunt. ✠ Sanctus. ℣. gloria. ✠ plena. ff. 6. j. Joan. 5.

Per hebdomadam ℟. Ait Samuel ad Saul: quid interrogas me, cum Dominus recesserit a te, et transierit ad æmulum tuum: ✠ quia non obedisti voci Domini, dabit Dominus Israel tecum in manus Philisthiim. ℣. Motus est Saul propter ignitabes suos, eo quod prævaricatus sit mandatum Domini. ✠ quia. ℣. gloria. quia. j. Reg. 28. j. Paral. 10.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 15.

In illo tempore: Erant appropinquantes

Jesum publicani & peccatores, ut audirent
eum. Et murmurabant pharisæi & scribæ
dentes: quia hic peccatores recipit, & manducat
cum illis. Ait ad illos parabolam istam,
dens: quis ex vobis homo, qui habet centum
es; & si perdiderit unam ex illis, nonne di-
dit nonaginta novem in deserto, & vadit
illam quæ perierat, donec inveniat eam?
Et cum invenerit eam, imponit in humeros
os gaudens: & veniens domum, convocat
micos & vicinos, dicens illis: congratulamini
hi, quia inveni ovem meam, quæ perierat.
ico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo super
no peccatore pœnitentiam agente, quam
per nonaginta novem justis, qui non indi-
ent pœnitentia. Aut quæ mulier habens
rachmas decem; si perdiderit drachmam
nam, nonne accendit lucernam, & everrit do-
um, & quærit diligenter, donec inveniat?
Et cum invenerit, convocat amicas & vicinas,
dicens: congratulamini mihi, quia inveni
drachmam, quam perdideram. Ita dico vobis,
ndium erit coram angelis Dei super uno
eccatore pœnitentiam agente.

Ad Bened. ant. Vadit quærere ovem, quæ er-
avit: & si inveniat, gaudet magis super
em, quam super nonaginta novem, quæ non
erarunt. Matth. 18.

Ad Magnif. ant. Congratulamini mihi, quia
inveni drachmam quam perdideram: & ita
dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei
per uno peccatore pœnitentiam agente. Luc. 15.

Feria II.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 12.

Dixit autem Samuel ad universum Israel:

eue audivi vocem vestram iuxta omnia, quæ locuti estis ad me, & constitui super vos regem. Et nunc rex graditur ante vos: ego autem senui & incanui: porro filii mei vobiscum sunt. Itaque conversatus coram vobis ab adolescentia mea usque ad hunc diem, eue præsto sum. * Loquimini de me coram Domino & coram Christo eius, utrum bovem cuius quam tulerim aut asinum; si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi: & contemnam illud hodie, restituamque vobis. Et dixerunt: non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quidquam. ℣. Et ait Samuel ad populum: nunc ergo præsto est rex vester, quem elegistis & petistis: eue dedit vobis Dominus regem. Si timueritis Dominum, & servieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaveritis os Domini: eritis et vos, & rex, qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum. Si autem non audieritis vocem Domini, sed exasperaveritis sermones eius, erit manus Domini super vos, & super patres vestros. * Nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt. ℟. Non derelinquet Dominus populum suum propter nomen suum magnum: quia iuravit Dominus facere vos sibi populum. Absit autem a me hoc peccatum in Dominum, ut cesem orare pro vobis: & docebo vos viam bonam & rectam. Igitur timete Dominum, & servite ei in veritate, & ex toto corde vestro; vidistis enim magnifica, quæ in vobis gessit. Quod si perseveraveritis in malitia: & vos & rex vester pariter peribitis. ℟. ex I. Nocturno Dominico præcedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papæ.

l. 5. cap. 2.

Hæc profecto non mystica, sed historica sunt
in omnibus. Nam ubi prælati et subditi re-
probam vitam ducunt, divinæ ultionis poe-
nam pariter subeunt. Quid tamen est, quod
dicit: si timueritis Dominum et servieritis
ei? nisi quia plerique divinæ districtionis
judicia metuunt, et tamen prava agere
non desistunt. Pavent quidem corde futura
judicia cogitant, sed præsenti voluptate de-
diti, mala committere nequaquam vitant.
Bene ergo post timorem Domini eius servi-
tia memorantur: quia ille solus timor
probabilis est, qui dum mentem concutit,
ad bona opera studium trahit. Item quia non-
nulli sunt, qui per timorem Domini quidam
mala respuunt, aliqua bona agunt; et tamen
nec mala plene deserunt, nec bona sufficienter
operantur; adjungitur: et audieritis vocem
ejus. Qui vocem Domini audit, et bona plene
agit, et mala penitus deserit. Eadem vero
bona opera ni delectatione suavitatis ha-
benda sunt, non in æstimatione asperitatis.
Nam quibus semper dura et aspera videntur,
quæ a Domino præcipiuntur, paulatim
decidunt et deficiunt. Hinc enim per semet-
ipsam veritas dicit: jugum enim meum suave
est, et onus meum leve. Hinc Joannes ait: man-
data ejus gravia non sunt. Gravia quippe
non sunt electis: quia dum æterna vitæ glo-
riam magno desiderio appetunt, præcepta
evangelica gratanter ferunt. Quid quidem
diligitur, cum magna devotione pos-
tulatur.

Feria III.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 13. 15.

Expectavit Saul septem diebus iuxta placitum Samuelis, et non venit Samuel in Galgala, dilapsusque est populus abeo. ait ergo Saul: afferte mihi holocaustum et pacifica; et obtulit holocaustum. cumque complesset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat; et egressus est Saul obviam ei, ut salutaret eum. * Locutusque est ad eum Samuel: quid fecisti? Respondit Saul: quia vidi, quod populus dilaberetur a me, et tu non venisti iuxta placitos dies, necessitate compulsus obtuli holocaustum. Dixitque Samuel ad Saul: stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quae praecepit tibi. quodsi non fecisses, iam nunc praeparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum. Sed nequaquam regnum tuum ultra consurget. quaesivit Dominus sibi virum iuxta cor suum: et praecepit ei Dominus, ut esset dux super populum suum, eo quod non servaveris, quae praecepit Dominus. ℣. Et dixit Samuel ad Saul: me misit Dominus, ut ungerem te in regem super populum eius Israel: nunc ergo audi vocem Domini. Haec dicit Dominus exercituum: recensui, quae cumque fecit Amalec Israel, quomodo restitit ei in via, cum ascenderet de Aegypto. Nunc ergo vade, et percute Amalec, et demolire universa eius: non parcas ei, et non concupiscas ex rebus illius aliquid: sed interfice a viro usque ad mulierem, et parvulum atque lactentem, bovem et ovem, camelum et asinum. * Percussitque Saul Amalec ab Hevila donec venias ad Sur, quae est e regione

Egypti. Et apprehendit agag regem amalec vi-
vum: omne autem vulgus interfecit in ore
gladii. Et pepercit Saul et populus agag, et
optimis gregibus ovium et armentorum, et
vestibus, et arietibus, et universis, quae pulchra
erant, nec voluerunt disperdere ea: quidquid
vero vile fuit et reprobum, hoc demolitisunt.
R. cx II. Nocturno Dominica procedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papae.
l. 5. cap. 6.

Quid unquam studiosius vitandum electis
omnibus, quam superbia et inobedientia ma-
lum videri debuit? Haec quippe primi angeli
sublimitatem deposuit, haec perditarum
spirituum gloriam straevit. Haec primo ho-
mini felicitatem abstulit; haec captivitatis
humanae perpetuas erumnas invexit. Haec
primo angelo, primo homini, electi popu-
li per inobedientiam rex primus adiungitur,
vel dum magna prorumpit, minima eri-
guntur. Bene quippe erigimur, si eorum
lapsus aspicimus, et vitamus. Ubi ergo
Saul ceciderit, attente considerandum est. quo
in loco trementi corde considerandum est, quam
brevissimi temporis expectatione neglecta,
repulsus sit. Cum completet, inquit, holocau-
stum, ecce Samuel veniebat. Si ergo cum solo
temporis brevissimo intervallo expectaret, quo
obtulit holocaustum, secundus iam regni ho-
nor obtinere potuisset. Quaque sit tanta poena
est, quando prophetae deficitur: quid putamus
de pelago illo divinae animadversionis meri-
tatur, cum ipsa divina praecepta dispiciuntur?
Et quia in momento transit carnis delectatio
omnis peccatorum commissio, et brevis quidem
est hora transgressionis, non tamen brevis

poena flagitii: quia dum ad momentum in nobis regnum peccati erigimus, illa regna perdimus omnium seculorum. Statim enim post peccatum sermo propheticus venit, ut increpet: qui adhuc, si non peccaremus, sed in bono roboraret. Polluta quidem conscientia habet iam divinum eloquium contra se: quo si pollui vitaret, abscondita, et revelata proprio vigore subsisteret.

Feria IV.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 15.

Factum est verbum Domini ad Samuel dicens: poenitet me, quod constituerim Saul regem: quia dereliquit me, et verba mea opere non implevit. Contristatusque est Samuel, et clamavit ad Dominum tota nocte. Venit ergo Samuel ad Saul, et Saul offerebat holocaustum Domino de initiis praedarum, quo attulerat ex Amalec. Et cum venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul: benedictus tu Domino; implevi verbum Domini. * Dixitque Samuel: et quo est hoc vox gregum, quo resonat in auribus meis, et armentorum, quam ego audio? Et ait Saul: de Amalec adduxerunt ea; pepercit enim populus melioribus ovium armentis, ut immolarentur Domino Deo tuo: reliqua vero occidimus. ait autem Samuel ad Saul: sine me, et indicabo tibi, quo locutus sit Dominus ad me nocte? Dixitque ei: loquere. ℣. Et ait Samuel: nonne cum parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? unxitque te Dominus in regem super Israel; et misit te Dominus in viam, et ait: vade, et interfice peccatores Amalec, et pugnabis contra eos usque ad inter-

ecionem eorum. quare ergo non audisti
ocem Domini, sed versus ad predam es, et
eccisti malum in oculis Domini? * Dixit
ul ad Samuelem: ecce audivi vocem
ómini, et ambulavi in via, per quam
isit me Dominus; et adduxi Agag regem
malec, et amalec interfeci. Tulitautem de
reda populus oves, et boves, primitias eorum,
ae cesa sunt, ut immolet Domino Deo suo
i Galgalis.

R. Br. ex III. Nocturno Dominica precedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Pape.

L. 6. cap. 2.

Videmus adhuc imitatores Saul, qui dum
in propria erudition confidunt, maiorum
ipa, quo audiunt, et per timorem deficiunt,
t meliorare permutando credunt. quod apa-
e in superbis apparet: quia cum apertam
ulpam celare non possunt, permutare aut
inuere conantur. quasi dicat: et si inanes
spertas culpas operis, attendenda est occulta
implicitas intentionis. Culpa quidem est
e Amalec aliquid afferre, nisi ea quæ Deo debe-
ent immolari. Hoc quidem sepe in monasteriis
uidisam quisque nimis religiosus subditus
piritualium prelatorum imperiis adūcere
ro sumit: cum regularem vitam communem
spicit, et proprio sequitur arbitrium vo-
untatis. Dum enim meliorare vitam eli-
endo, quam obediendo nititur, quid aliud
uam apertam inobedientiam intentione
irtutis colorare monstratur? quem pro-
ecto locum non solum subditi, sed etiam
prelati intueri subtiliter debent. Subditi
uidem notare subtiliter debent, quia ex
o Saul Deo displicuit, quod Deo immolare

proter propheta preceptum tentavit. Subtiliter notent prelati: quia demoliendi amalec propheta regi preceptum dedit. Sic enim debet doctor laudare communia, ut singulorum propria non contemnat. Ita quidem communis vita laudatur, qua charitate coniungitur, vitiis mediantibus non fuscatur. Inobedientes autem dum tumenti corde maiorum ipsa non faciunt, cum meliorare, quod eis iniungitur, conantur, sua opera Deo offerre dum cupiunt, semetipsos tollunt. Nam per alias virtutes nostra ei impendimus, per obedientiam nosmetipsos exhibemus.

Feria V.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 15.

Ait Samuel (ad Saul): num quid vult Dominus holocausta et victimas, et non potius, ut obediatur voci Domini? melior est enim obedientia, quam victime; et auscultare magis, quam offerre adipem arietum. quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare; et quasi scelus idolatrie, nolle adquiescere. Pro eo ergo, quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus, ne sis rex. ℣. Dixitque Saul ad Samuelem: peccavi, quia prevaricatus sum sermonem Domini et verba tua, timens populum et obediens voci eorum. Sed nunc porta quoso peccatum meum, et revertere mecum, ut adorem Dominum. ℟. Ait Samuel ad Saul: non revertar tecum, quia proiecisti sermonem Domini, et proiecit te Dominus, ne sis rex super Israel. ℣. Et conversus est Samuel, ut abiret: ille autem apprehendit summitatem pallii eius, quo et scissa est. ℟. Ait ad eum Samuel: scidit Dominus regnum Israel a te

sponte, et tradidit illud proximo meliori te. Porro Triumphator in Israel non parcet, et poenitudine non flectetur: neque enim homo est, ut agat poenitentiam. x ait ille ait: peccavi; sed nunc honora me coram senioribus populi mei et coram Israel, et revertere mecum, ut adorem Dominum Deum tuum. Reversus ergo Samuel secutus est Saulem: et adoravit Saul Dominum. Abiit autem Samuel in Ramatha: Saul vero ascendit in domum suam in Gaban. Et non vidit Samuel ultra Saul usque ad diem mortis sui. Verumtamen lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum poenitebat, quod constituisset eum regem super Israel.

℟. ex 1. Nocturno Dominico precedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papæ.

l. 6. cap. 2.

Liquet, quam poenitudinem gerat, qui adhuc honorari desiderat. Nam si sui peccati nunc vera cura poeniteret, nihonorari potius, quam honorari concupiviscet. Saul ergo, qui confitetur, et honorari vult, non affligi et humiliari, quid designat, nisi eos, qui confessionem sterilem habent, et fructum non habenti qui decorem confessionis verbis humilibus proferunt, sed verborum virorem non humilitate poenitentiæ sequuntur? Sed quid antiquos attendimus, cum nunc tantam lapsorum regum multitudinem videamus? Catervatim namque nunc in flagitia corruunt, non solum subjecti debiles, sed etiam prælati et sacerdotes negligentes. Lubrica peccando regunt, qui ordine ministerii sacramentis cælestibus deputati sunt. Sed plerique illorum

dum quodammodo ad cor redeunt, se errasse confitentur. qui tamen sic volunt contra se peccata proferre, ut velint adhuc de officio sacri ordinis honorari: turpes in secreto se proferunt, sed foris preter ordinis celsitudinem videri humiles erubescunt. quid ergo isti nisi abiectos se videri, et tamen velle honorari audent? Cur quod Saules attendimus, quod reges lapsos a sancto Ihesu culmine contemplamur. quorum profecto singulis dicendum est: quia proiecisti sermonem Domini, proiecit te Dominus, ne sis rex: ut ministerium celeste non agant, quos terrena flagitia inquinare non cessant. Sed hoc profecto dicere possumus, lubricis tamen ministris suadere non possumus. Nam Saul et abiectum se audivit, et regnavit.

Feria VI.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 16.

Dixit Dominus ad Samuelem, usquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum, ne regnet super Israel? Impple cornu tuum oleo, et veni, ut mittam te ad Iesse Bethlehemitem; providi enim mihi filium eius mihi regem. Et ait Samuel: quomodo vadam? audiet enim Saul, et interficiet me. Dixit Dominus: vitulum de armento tolles in manu tua, et dices: ad immolandum Domino veni. Et vocabis Iesse ad victimam, et ego ostendam tibi quid facias, et unges quemcumque monstravero tibi. * Fecit ergo Samuel sicut locutus est ei Dominus. Venitque in Bethlehem, et admirati sunt seniores civitatis, occurrentes ei, dixerunt[que]:

cerficius ne est ingressus tuus? et ait: pacificus.
ad immolandum Domino veni; sanctificamini,
ni, et venite mecum, ut immolem. Sanctificavit ergo Iesse et filios eius, et vocavit eos ad
sacrificium. 9. adduxitque Iesse septem
filios suos coram Samuele; et ait Samuel ad
Iesse: non elegit Dominus ex istis. Dixitque
Samuel ad Iesse: numquid iam completi sunt
filii? qui respondit: adhuc reliquus est parvulus, et pascit oves. Ait Samuel ad Iesse:
mitte et adducam; nec enim discumbemus
prius, quam huc ille veniat. * Misit ergo
et adduxit eum. Erat autem rufus, et pulcher aspectu, decoraque facie, et ait Dominus:
surge, unge eum, ipse est enim. Tulit ergo
Samuel cornu olei, et unxit eum in medio
fratrum eius: et directus est spiritus Domini
a die illa in David, et deinceps: surgens Samuel abiit in Ramatha. Spiritus autem Domini
recessit a Saul, et exagitabat eum spiritus
nequam a Domino.

℟. ex II. Nocturno Dominica præcedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papæ.

l. 6. cap. 3.

Seniores admirantur, quia illuc venire prophetam non erat solitus. quo in loco fortasse
signatur, quia electi doctores vix aliquando videri in publico debent, esse frequentes in secreto, negotiis civilibus vacui, spiritualibus
pleni. Miraculum ergo fit populi in publico visa persona pastoris. Vigilanter (autem)
est discutiendum, quid dicitur: sanctificamini,
et venite mecum. si enim interesse sacrificiis non audent, nisi sanctificati, quid de
sacrificantibus censendum? Sanctificare enim

purgare est. Quantum ergo puros decet esse pontifices, ubi invitato ad sacrificium non-nisi sanctificato admittendo sunt plebes? Sanctificatio mentis charitas et humilitas. Sanctificetur ad sacrificium invitatus, sed magis ille cogitur, a quo invitatur. Volent sacerdotes, quo invitatis dicant: venite mecum. Secum quippe sanctificati veniunt, si cum mundis plebibus ad dei obsequia mundi sacerdotes accedunt. Nam si mundo sunt plebes, non mundi sacerdotes, secum non veniunt. quia aequali puritatis ordine non accedunt. Audiant huius modi, quid alter propheta admonet dicens: mundamini, qui fertis vasa Domini. quia ergo mundando sunt plebes, dicit: sanctificamini. quia item summi viri ni continuo mundities suo statu semper debent permanere, et ad formam suo puritatis alios trahere, subdit: et venite mecum.

Sabbato.

Lectio I.

De libro primo Regum. cap. 24.

Surrexit David post Saul, et egressus de spelunca clamavit post tergum Saul, dicens: Domine mi rex. Et respexit Saul post se: et inclinans se David pronus in terram adoravit. Dixitque ad Saul: quare audis verba hominum loquentium: David quærit malum adversum te? * Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca: et cogitavi, ut occiderem te; sed peperci tibi oculus meus; dixi enim: non extendam manum meam ni Dominum meum, quia Christus Domini est. Animadverte et vide, quoniam non est in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccavi in te: tu autem insidiaris animæ meæ. Judicet Dominus

ster me et te, et ulciscatur me Dominus ex te: manus autem mea non fit in te. 9. Cum autem complesset David loquens sermones huiuscemodi ad Saul, dixit Saul: numquid vox hec tua est fili mi David? Et levavit Saul vocem suam et flevit, dixitque ad David: Justior tu es quam ego; tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti hodie, quo feceris mihi bona; quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, et non occideris me. quis enim, cum invenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? * Sed Dominus reddat tibi vicissitudem hanc pro eo, quod hodie operatus es in me. Et nunc quia scio, quod certissime regnaturus sis, et habiturus in manu tua regnum Israel: iura mihi in Domino, ne deleas semen meum de domo patris mei. Et iuravit David Sauli.

R. ex Nocturno Dominico

Lectio II.

Sermo sancti Joannis chrysostomi. Hom. 2. de David et Saule.

David perinde, ac si depositum ac pignus aliquod suo fidei concreditum accepisset, pro quo foret rationem redditurus, non tantum ipse non attigit inimicum; verum etiam alios cuidere volentes coercuit: profuerat enim illis, non ut belli dux militibus, sed ut sacerdos; iamque spelunca illa erat ecclesia. Neque enim aliter, atque aliquis episcopi sortitus munus, ad illos concionem habebat, ac peracta concione sacrificium obtulit, idque admirabile quoddam dictuque incredibile. Haud quidem mactato vitulo, aut occiso agno; sed, quod

his erat multo honorificentius, manifestu-
di non et humanitatem offerens Deo, atque
irrationabili animi motu mactato, omnisque
iracundia, videlicet mortificatis membris,
quae sunt super terram. Exivit (itaque)
David e spelunca post Saulem, et clama-
vit post illum ita dicens: domine mi rex!
Et respexit Saul post tergum suum, et
vidit David in facie prostratum in terram,
et adoravit eum. Haec non minus afferunt
ornamenti Davidi, quam servatus hostis.
Neque enim vulgaris erat animi, non mi-
slari beneficiis in proximum collatis,
neque sic affici, ut solent plerique e vul-
go, qui perinde ut mancipia supercilio
adductis deficiunt, quos beneficiis sive-
rint. At non ita beatus David; quin potius
impensa beneficia, pleniore mensura
effudit beneficentiam. Nihil autem eorum,
quae praeclare gesta fuerant, suo ipsius in-
dustrio ferebat auctum, sed totum divino
muneri adscribebat.

Ad Vesperas. Duplex.

Ad Magnif. ant. David in sua misericordia *
consecutus est sedem regni in saecula. j. Mach. 2.

Oratio Sac. Greg.

Da nobis, quaesumus Domine: ut et mun-
dicursus pacifice nobis tuo ordine dirigā-
tur; et ecclesia tua tranquilla devotione
laetetur. Per Dominum.

Dominica IV. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. Lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

Incipit liber secundus Regum.
cap. j.

factum est, postquam mortuus est Saul, et David reverteretur a cæde Amalec, et maneret in Siceleg duos dies. In die autem tertia, apparuit homo, veniens de castris Saul, scisse vestimenta sua, et pulvere conspersus caput, et venit ad David, cecidit super faciem suam, et adoravit. Dixitque ad eum David: unde venis? qui ait ad eum: de castris Israel fugi. Et dixit ad eum David: quod est verbum, quod factum est? indica mihi. qui ait: fugit populus ex prælio, et multi corruerunt e populo mortui sunt: sed et Saul et Jonathas filius eius interierunt.

℣. Amodo Saul suscitavit illis Deus David regem: ✠ cui testimonium perhibens dixit, inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum. ℣. Elegit David servum suum, pascere Jacob servum suum, et Israel hereditatem suam. ✠ cui aut. 12. Ps. 77.

Lectio II.

Dixitque David ad adolescentem, qui nuntiabat ei: unde scis, quia mortuus est Saul, et Jonathas filius eius? Et ait adolescens, qui nuntiabat ei: casu veni in montem Gelboe, et Saul incumbebat super hastam suam: porro currus et equites appropinquabant ei; et conversus post tergum suum vidensque me, vocavit. Cui cum respondissem adsum; dixit mihi: quis nam es tu? Et dixi ad eum: amalecites ego sum. Et locutus est mihi: sta super me, et interfice me; quoniam tenuit me angustia, et adhuc tota anima mea in me est. Stansque super eum occidi illum; sciebam enim, quod vivere non poterat post ruinam: et tuli diadema, quod erat in capite eius, et armillam e brachio illius, et attuli ad te Dominum meum huc.

℟. Quasi adeps separatus a carne, fit David a filiis Israel: ✠ occidit gigantem, et abstulit opprobrium de gente. ℣. Posui adiutorium in potente, et exaltavi electum de plebe mea; manus enim mea auxiliabitur ei. ✠ occidit. Euli. 47. Ps. 88.

Lectio III.

Apprehendes autem David vestimenta sua, scidit, omnesque viri qui erant cum eo, et planxerunt, et flevernnt, et ieiunaverunt usque ad vesperam super Saul et super Jonathan filium eius, et super populum Domini, et super domum Israel, eo quod corruissent gladio. Dixitque David ad iuvenem, qui nuntiaverat ei: unde es tu? qui respondit: filius hominis advena Amalecita ego sum. Dixit ad eum David: quare non timuisti mittere manum tuam, ut occideres christum Domini? Vocansque David unum de pueris suis, ait: accedens irrue in eum, qui percussit illum, et mortuus est. Et ait ad eum David: sanguis tuus super caput tuum: os enim tuum locutum est adversum te, dicens: ego interfeci Christum Domini.

℟. Invocavit David Dominum omnipotentem: ✠ et ✠ dedit in dextera eius tollere cornu gentis suæ. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non apponet nocere ei. ✠. dedit. Euli. 47. Ps. 88.

Lectio IV.

Planxit autem David planctum huiuscemodi super Saul, et super Jonathan filium eius, dixit: Considera Israel pro his, qui mortui

sunt super excelsa tua vulnerati. Inclyti,
Israel, super montes tuos interfecti sunt:
quomodo ceciderunt fortes? Montes Gelboe,
nec ros nec pluvia veniant super vos, neque
sint agri primitiarum; quia ibi abiectus
est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non
esset unctus oleo. Saul et Jonathas amabiles
et decori in vita sua, in morte quoque non
sunt divisi: aquilis velociores, leonibus fo-
tiores. quomodo ceciderunt fortes in pre-
lio? Jonathas in excelsis tuis occisus est?
Doleo super te, frater mi Jonatha, decore ni-
mis et amabilis super amorem mulierum.
Sicut mater unicum amat filium suum,
ita ego te diligebam. quomodo ceciderunt
robusti, et perierunt arma bellica?

℟. Regnavit David super universum
Israel: ✠ et ✝ faciebat iudicium et iusti-
tiam cuncto populo suo. ℣. David eos in
innocentia cordis sui, et in intellectibus ma-
nuum suarum deduxit eos: ✠ et fac. V. gloria.
✝ faciebat. j. Paral. 18. Ps. 77.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

Hom. 2. de David et Saule.

David, postea quam audierat, Saulem in aie
cidisse, et discidit vestimenta sua, et cinere
conspersus est, et eo luctu luxit, quo quis lu-
geret amicum primogenitum germanumque fi-
lium: subinde nomen illius inclamans una-
cum filii nomine, composito etiam in
defuncti laudem encomio, ac voces acerbi
doloris testes emittens, in planctus manifes-
tos que ad vesperam, execrans et ipsa loca, quo
cruentis sanguinem exceperant. Montes, inquit,
Gelboe, ne cadat super vos neque ros, neque pluvia;

montes mortis, quoniam illic sublata sunt tabernacula potentium.

℟. Dixit David ad Sacerdotes et Levitas: asferte arcam Domini ad locum, qui preparatus est ei: * sanctificamini cum fratribus vestris, et asferte arcam Domini. ℣. Surge Domine in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ; sacerdotes tui induantur iustitiam. * sanctificamini. j. Paralip. 15. 8 13.

Lectio VI.

Quod sæpe numero patres faciunt, ut domum etiam aversentur, et limen doleater asficiant, per quod extulere filium: hoc et Deus fecit, eos montes devovens, qui eodem idem exoperant. Odi, inquit, ipsum etiam locum, propter mortuos illic prostratos. Ne igitur irrigemini posthac cælestibus pluviis, quia male semel irrigati estis amicorum meorum sanguine; eaque nomina subinde repetebat, ita loquens: Saul et Jonathas amabiles ac speciosi, qui in vita sua non fuerant divisi, ita nec in morte sua separati sunt. quoniam enim absentia illorum corpora non licuit amplecti, nomina illorum complexus est. sunm dolorem hisce modis, quatenus licuit, lenivit.

℟. Universus Israel deducebant arcam fœderis Domini in iubilo, * et constituerunt eam in medio tabernaculi, quod tetenderat ei David. ℣. David invenit gratiam ante Deum; et petiit ut inveniret tabernaculum Deo Jacob. * et. j. Par. 15. ab. 4.

Lectio VII.

Nunc mihi quisque recordetur inimici, qui est, dolore etiamnum in anima æstuante; atque hunc et vivum observantia prosequatur, et vita defunctum

deploret, haud quidem ad ostentationem, sed
ex animo, veroque corde: etiamsi quid per-
ferendum sit incommodi, ne quid offendat
eum qui lapsis ~~accesserit~~ omnia humfaciat,
tum patiatur, magna a Deo exspectans pre-
mia. En hic noster David etiam regnum adep-
tus est, nec tamen inquinavit corde manus,
sed dexteram habens puram: sic corona
redimitus est, sic ad thronum ascendit, pu-
pura ac diademate magnificentius en-
comium gestans, videlicet quod hosti peper-
cisset, quod eumdem extinctum lusisset.
Sic ergo non vivus modo, sed et mortuus ho-
minum memoria celebratur. quapropter
o homo, si cupis Christi perpetuam consequi
gloriam, et illius solidis perfrui bonis, hunc
ipsi virtutem imitare, hunc aemulare phi-
losophiam, ostende factis ipsis hanc iniuria-
rum tolerantiam, ut eosdem cum eo la-
bores sustineas, eadem cum eo bona consequaris.
℟. Memento, quoniam omnes in corruptio-
ne sumus: ✝ noli de mortuo inimico tuo
gaudere; scies, quoniam omnes morimur.
℣. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas;
et in ruina eius ne exultet cor tuum. ✝ noli.
Luli. 8. Prov. 24.

Lectio VIII. hom. 3.

Multi defunctis inimicis, in illorum liberos
iram, quam in eos habebant, effuderunt.
at non ita generosus ac magnanimus iste
David; sed et viventem inimicum observavit, et
illo defuncto benevolentiam, quam erga illum
gesserat, filiis exhibuit. Quid illius manu
sanctius, quem eripere filii hostis, hostis, ni-
quam, occidere conati? quid illo convivio
spiritualius, in quo tam multo abundabant
benedictiones! angeli potius, quam

hominis convocatis erat. siquidem inimici filios amplecti et amare, et illius filium, qui toties ipsum tentaverat e medio tollere, atque id moliens exercitibus e vita, id facit, ut in illum chorum referatur.

℟. Numquid superest aliquis de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam Dei? Dixitque David Miphiboseth: ✠ tu comedes panem in mensa mea semper. ℣. Si quis erit inimicus huius ciba illum, si sitierit, potum da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. ✠ tu. ℣. gloria. ✠ tu.

2. Reg. 9. Rom. 12.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses. cap. 4.

De cetero, fratres, rogamus vos et obsecramus vos in Domino Jesu, ut quemadmodum accepistis a nobis, quomodo oporteat vos ambulare et placere Deo, sic et ambuletis, ut abundetis magis. Scitis enim, quae praecepta dederim vobis per Dominum Jesum. Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstineatis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore, non in passione desiderii, sicut et gentes, quae ignorant Deum.

℟. David in omni opere dedit confessionem Sancto, et Excelso in verbo gloriae: de omni corde suo laudavit Dominum, et dilexit Deum, qui fecit illum: ✠ et dedit illi contra inimicos potentiam. ℣. Glorificavit eum in benedictionibus Domini, in offerendo illi coronam gloriae. ✠ et dedit. Ruli. 47.

Lectio X.

Ut ne quis supergrediatur neque circumveniat

in negotio fratrem suum; quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædixi-
mus vobis, et testificati sumus. Non enim
vocavit nos Deus in immunditiam, sed in
sanctificationem. Itaque qui hoc spernit,
non hominem spernit, sed Deum: qui etiam
dedit Spiritum suum sanctum in nobis.
De charitate autem fraternitatis non ne-
cesse habemus scribere vobis: ipsi enim vos
a Deo didicistis, ut diligatis invicem. Etenim
illud facitis in omnes fratres in universa
Macedonia.

℟. Stare fecit David cantores contra altare, et in sono eorum dulces fecit modos: * ut
laudarent nomen sanctum Domini. ℣. Con-
stituit coram arca Domini de Levitis, qui
ministrarent in conspectu arcæ iugiter per
vices suas. * ut. Reli. 47. 1. Paral. 16.

Lectio XI.

Rogamus autem vos fratres, ut abundetis
magis, et operam detis, ut quieti sitis, et
ut vestrum negotium agatis, et operemini
manibus vestris sicut præcipimus vobis:
et ut honeste ambuletis ad eos, qui foris
sunt, et nullius aliquid desideretis. Nolu-
mus autem vos ignorare fratres de dor-
mientibus, ut non contristemini sicut et
ceteri qui spem non habent. Si enim credi-
mus, quod Jesus mortuus est, et resurrexit:
ita et Deus eos, qui dormierunt per Jesum,
adducet cum eo.

℟. Hæc dicit Dominus David: ego tuli te
de pascuis sequentem greges, ut esses dux super
populum meum Israel: * et fuisti tecum
in omnibus ubicumque ambulasti. ℣. Dominus
custodiet rectorum salutem, et proteget gradien-
tes simpliciter. Fui. 2. Reg. 7. Prov. 2.

Lectio XII.

Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non prævenieмus eos, qui dormierunt. quoniam ipse Dominus in iussu, in voce Archangeli, et in tuba Dei descendet de cœlo: et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis.

℟. Pro Dominica. Seraphim clamabant alter ad alterum: ✱ Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum: ☩ plena est omnis terra gloria eius. ℣. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo; Pater, Verbum, et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt. ✱ Sanctus. ℣. gloriâ. ☩ plena. Isa. 6. 1. Joan. 5.

℟. Infra hebdomadam. Cum completi fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, ✱ suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum eius. ℣. Disposui testamentum electis meis, juravi David servo meo; usque in æternum præparabo semen tuum. ✱ suscitabo. ℣. gloriâ. ✱ suscitabo. 2. Reg. 7. Ps. 88.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 5.

In illo tempore: Cum turba irruerent in Jesum, ut audirent verbum Dei, ipse stabat juxta stagnum Genésareth. Et vidit duas naves stantes juxta stagnum: piscatores autem descenderant, et lavabant retia. Ascendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum a terra reducere pusillum. Et sedens docebat de navicula turbas.

ut cœpavit autem loqui, dixit ad Simonem:
Duc in altum, et laxate retia vestra in
capturam. Et respondens Simon dixit illi:
Præceptor, per totam noctem laborantes
nihil cepimus; in verbo autem tuo laxa-
bo rete. Et cum hoc fecissent, conclusé-
runt piscium multitudinem copiosam;
rumpebatur autem rete eorum. Et an-
nuerunt sociis, qui erant in alia navi, ut
venirent et adjuvarent eos. Et venerunt,
et implevérunt ambas naviculas, ita ut
pene mergerentur. Quod cum videret Simon
Petrus, procidit ad genua Jesu dicens: exi
a me, quia homo peccator sum, Domine.
Stupor enim circumdederat eum, et omnes
qui cum illo erant, in captura piscium,
quam ceperant. Similiter autem Jacobum,
et Joannem filios Zebedæi, qui erant so-
cii Simonis. Dixit ad Simonem Jesus:
noli timere; ex hoc jam homines eris
capiens. Et subductis ad terram navibus,
relictis omnibus, secuti sunt eum.

Ad Benedict. ant. Præceptor, per totam
noctem laborantes nihil cepimus: ✠ in
verbo autem tuo laxabo rete. Luc. 5.

Ad Magnif. ant. Procidit Petrus ad ge-
nua Jesu dicens: exi a me, quia homo
peccator sum, Domine: ✠ dixit Jesus:
noli timere; ex hoc jam homines eris
capiens. Luc. 5.

Feria II.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 2. 3.
Post hoc consuluit David Dominum, dicens:

num ascendam in unam de civitatibus Ju-
da? Et ait Dominus ad eum: ascende. Dixitque
David: quo ascendam? Et respondit ei: in
Hebron. Ascendit ergo David, et duæ uxores
eius, Achinoam Jezraelites, et Abigail
uxor Nabal carméli. Sed et viros, qui
erant cum eo, duxit David singulos cum
domo sua: et manserunt in oppidis Hebron.
Venerunt que viri Juda, et unxerunt ibi
David, ut regnaret super domum Juda. ✱
Et nuntiatum est David, quòd viri Jabes
Galaad sepelissent Saul. Misit ergo David
nuntios ad viros Jabes Galaad, dixitque ad eos:
benedicti vos Domino, qui fecistis misericor-
diam hanc cum domino vestro Saul, et
sepelistis eum. Et nunc retribuet vobis
quidem Dominus misericordiam et veri-
tatem; sed et ego reddam gratiam, eo quod
feceritis verbum istud. Confirmentur manus
vestræ, et estote filii fortitudinis: licet enim
mortuus sit dominus vester Saul, tamen
unxit me domus Juda in regem sibi. ✱
Facta est ergo longa concertatio inter do-
mum Saul, et inter domum David: David
proficiscens, et semper se ipso robustior; domus
autem Saul decrescens quotidie. Cum ergo
esset prælium inter domum Saul et domum
David, Abner filius Ner regebat domum
Saul. Misit ergo Abner nuntios ad David pro
se dicentes: cuius est terra? aut loquerentur:
fac mecum amicitias, et erit manus mea
tecum, et reducam ad te universum Israel.
qui ait: optime, ego faciam tecum amicitias. ✱
Sermonem quoque intulit Abner ad seniores
Israel dicens: tam heri quam nudius tertius que-
rebatis David, ut regnaret super vos. Nunc ergo

Spiritu: quoniam Dominus locutus est ad David diens: in manu servi mei David servabo populum meum Israel de manu Philisthiim, et omnium inimicorum eius. Locutus est autem Abner etiam ad Beniamin. Et abiit, ut loqueretur ad David in Hebron omnia, quæ placuerant Israeli et universo Beniamin.
℣. ex I. Nocturno Dominico præcedentis.

Lectio II.

De expositione Sancti Gregorii Papæ. l. 6. c. 8.

Spiritus Domini postulationem (in David) dirigitur: quia foris sacramenta percipimus, et intus Sancti Spiritus gratia repleamur. Foris namque homo, intus Deus operatur, et non homo. Foris namque homo surgit, intus se Spiritus dirigit: quia ordinem religionis homo homini præbet, sed in eum, cui ordo datur, Spiritus dirigitur: ut foris sublimitatem suscipiat ordinis, et intus robur Sancti Spiritus. Foris onus committitur, ut quæ Dei sunt agere debeat: intus dirigitur Spiritus, ut quod injungitur, potenter agat. Magnum quippe est onus ordinis, magna fragilitas carnis. Onus ergo tantum quia debili committitur, dirigitur Spiritus: ut debilis roboretur, et magnum onus tanto gratius ferat, quanto ipsum omnipotens Spiritus fortius adjuvare novit.

Feria III.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 6.

Surrexit David, et abiit, et universus populus, qui erat cum eo de viris Juda, ut adducerent arcam Dei, super quam invocatum est nomen Domini exercituum, sedentis in Cherubim super eam. Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum novum: tulerunt[que] eam de

domo Abinadab, qui erat in Gabaa: Oza autem
et Achio filii Aminadab minabant plaustrum
novum. ℣. Cumque tuliserent eam de domo
Abinadab, qui erat in Gabaa custodiens arcam
Dei, Achio precedebat arcam: David autem
et omnis Israel ludebant coram Domino om-
nibus lignis fabrefactis, et citharis et
lyris, et tympanis, et sistris et cymbalis. ℟.
Postquam autem venerunt ad aream Nachon,
extendit Oza manus ad arcam Dei, et tenuit
eam; quoniam calcitrabant boves, et decli-
naverunt eam. Iratus que est indignatione
Dominus contra Ozam, et percussit eum
super temeritate: qui mortuus est ibi juxta
arcam Dei. Contristatus est autem David,
eo quod percussisset Dominus Ozam, et vo-
catum est nomen loci illius Percussio Oze,
usque in diem hanc. Et extimuit David
Dominum in die illa dicens: quomodo in-
gredietur ad me arca Domini? et noluit
divertere ad se arcam Domini in civitatem
David; sed divertit eam in domum Obededom
Gethei. ℣. Et habitavit arca Domini in do-
mo Obededom Gethei tribus mensibus: et
benedixit Dominus Obededom, et omnem
domum eius. Nuntiatumque est regi
David, quod benedixisset Dominus Obededom,
et omnia eius propter arcam Dei. Abiit ergo
David, et adduxit arcam Dei de domo Obededom
in civitatem David cum gaudio: et erant
cum David septem chori, et victima vituli.
Cumque transcendisset, qui portabant
arcam Domini, sex passus, immolabat
bovem et arietem: et David saltabat
totis viribus ante Dominum.

℟. ℟. ex II. Nocturno Dominica precedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Gregorii Papæ.

l. 5. moral. cap. 10.

Sepe aliquid a maioribus dispensatorie agitur, quod a minoribus error putatur. quod bene bobus calcitrantibus inclinata illa testamenti arca signavit: quam quia casuram credens levites erigere voluit, mox sedenti am morbis accepit. quid est namque meus iustis, nisi arca testamenti? quo gestata a bobus calcitrantibus inclinatur, quia nonnumquam dum, qui bene presunt, dum subiectorum populorum confusione percutitur, ad dispensationis condescensionem ex sola dilectione permovetur. Sed in hoc, quod dispensatorie agitur, inclinatio ipsa fortitudinis, casus putatur meritis. unde si nonnulli subditi contra hanc, manum reprehensionis mittunt, sed a vita protinus ipsa sua temeritate deficiunt. Levites ergo quasi adiuvans manum tetendit, sed delinquens vitam perdidit: quia dum infirmi quique fortuna facta corripiunt, ipsi a viventium sorte reprobantur. aliquando etiam sancti viri quidam minimis condescendentes dicunt, quidam vero summa contemplantes proferunt: dumque vim vel condescensionis vel altitudinis nesciunt, audaciter hoc stulti reprehendunt. Et quid est, iustum de sua condescensione velle corrigere, nisi inclinatam arcam superba reprehensionis manu relevare? quid est iustum de incognita locutione reprehendere, nisi motum eius fortitudinis erroris lapsum putare? Sed perdit vitam, qui arcam Dei tumide sublevat: quia nequaquam

quis sanctorum corrigere recta presumeret, nisi de se prius meliora sentiret. Unde et Levites idem recte Oza dicitur, quod videlicet robustus Domini interpretatur: quia presumtores quique et nisi audaci mente robustos se in Domino crederent, nequaquam meliorum facta vel dicta veluti infirma iudicarent.

Feria IV.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 7.

Factum est, cum sedisset rex in domo sua, et Dominus dedisset ei requiem undique ab universis inimicis suis, dixit ad Nathan propheta: vides ne, quod ego habitem in domo cedrina, et arca Dei posita sit in medio pellium? Dixitque Nathan ad regem: omne quod est in corde tuo, vade, fac; quia Dominus tecum est. ✠ Factum est autem in illa nocte, et ecce sermo Domini ad Nathan dicens: vade, et loquere ad servum meum David: Hoc dicit Dominus: numquid tu edificabis mihi domum ad habitandum? neque enim habitavi in domo ex die illa, qua eduxi filios Israel de terra Egypti usque in diem hanc. 9. Sed ambulabam in tabernaculo et in tentorio, per cuncta loca, quæ transivi cum omnibus filiis Israel. Numquid loquens locutus sum ad unam de tribubus Israel, cui præcepi ut pasceret populum meum Israel, dicens: quare non edificasti mihi domum cedrinam? ✠ Et nunc hæc dices servo meo David: Hoc dicit Dominus exercituum: ego tuli te de pascuis sequentem greges, ut esses dux super populum meum Israel: et fuit tecum

in omnibus, ubicumque ambulasti, et interfeci universos inimicos tuos a facie tua: fecique tibi nomen grande iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra.

Ps. ex III. Vsque huc dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. 2. in ded. eccles.

Olim rex gloriosus et propheta Domini, David sanctus, religiosa quadam cepit cogitatione moveri, indignum iudicans, quod nullam adhuc Dominus Sabaoth domum haberet in terris: ipse vero domum inhabitaret regio dignitatis. Hoc ipsum, fratres, nos quoque decet cogitare fideliter, et viriliter effectui mancipare. Nam quod, licet Deo placuerit cogitatio illa prophetae, opus tamen reservatum est Salomoni, alia ratio est, forte proliziore indigens disputatione. Itaque, fratres, toto cum desiderio et digna gratiarum actione studeamus ei templum edificare in nobis. primo quidem soliciti, ut in singulis, deinde ut in omnibus simul inhabitet; quia nec singulos dedignatur, nec universos. Sit sine errore ratio, ut bene congruat voluntati; talem enim voluntas amat. Sit et voluntas sine iniquitate; quoniam ratio talem approbat. alioquin se ipse iudicat anima propter voluntatis pravitatem, in eo quod per rationem probat, bellum intestinum est, et discordia periculosa: quoniam voluntatem huius modi ratio semper fugillat, sed amat, sed diiudicat, sed condemnat. Sit etiam memoria sine sorde, et nullum in ea peccatum maneat, quod non pura confessione et dignis fructibus penitentiae deleatur. alioquin conscientiam, in qua

penatum latet, et voluntas dicit, et ratio execratur. Bonum proinde parat habitaculum Deo, cuius nec ratio decepta, nec voluntas perversa, nec memoria fuerit inquinata.

Feria V.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 7.

℣. Haec dicit Dominus ad David: Ponam locum populo meo Israel, et plantabo eum, et habitabit sub eo, et non turbabitur amplius: nec addent filii iniquitatis, ut affligant eum sicut prius, ex die qua constitui iudices super populum meum Israel: et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. ✱ Praedicit quoque tibi Dominus, quod domum faciat tibi Dominus. Cumque completi fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum eius. ℣. Ipse aedificabit domum nomini meo, et stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum. Ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium: qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, et in plagis filiorum hominum. ✱ Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli a Saul, quem amovi a facie mea. Et fidelis erit domus tua, et regnum tuum usque in aeternum ante faciem tuam, et thronus tuus erit firmus iugiter. Secundum omnia verba haec, et iuxta universam visionem istam, sic locutus est Nathan ad David.

℟. ex I. Nocturno Dominica praecedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi
de civitate Dei. l. 17. cap. 8.

Hanc tam grandem promissionem qui pu-
at in Salomone fuisse completam, multum
rrat. Attendit enim, quod dictum est: hic
dificabit mihi domum, quoniam Salo-
mon templum illud nobile extruxit, et
non attendit: fidelis erit domus eius, et
regnum eius usque in aeternum coram
me. Attendat ergo et agnoscat Salomonis
omum plenam mulieribus alienigenis,
olentibus deos falsos, et ipsum abeis regem
eligendo sapientem in eamdem idololatriam
eductum atque deiectum: et non existima-
re, Deum vel hoc promisisse mendaciter,
vel talem Salomonem domumque eius
futuram non potuisse prospicere. Non sane
autem deberemus ambigere, nec si non in
Christo Domino nostro, qui factus est ex se-
mine David secundum carnem, iam videre-
mus ista compleri; ne vane atque inaniter
hic alium aliquem requiramus, sicut car-
nales Judei. Nam et ipsi usque adeo filium,
quem loco isto regi David promissum legunt,
intelligunt non fuisse Salomonem, ideo, qui
promissus est, tanta iam manifestatione de-
clarato adhuc mirabili caecitate alium spe-
rare se dicunt. Tanta est quidem nonnulla
imago rei futurae etiam in Salomone, in
eo quod templum aedificavit, et pacem ha-
buit secundum nomen suum: Salomon
quippe pacificus est latine: et in exordio
regni sui mirabiliter laudabilis fuit: sed
eadem sua persona per umbram futuri pre-
nuntiabat etiam ipse Christum Dominum
nostrum, non exhibebat. unde quodam de illo
ita scripta sunt, quasi de ipso ista prodicta sint,

dum Scriptura Sancta etiam rebus gestis prophetans, quodammodo in eo figuram delineat futurorum.

Feria VI.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 7.

Ingressus est rex David, et sedit coram Domino et dixit: quis ego sum Domine Deus, et quo domus mea, quia adduxisti me hucusque? Sed et hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo servi tui in longinquum; ista est enim lex Adam, Domine Deus. quid ergo addere poterit adhuc David, ut loquatur ad te? tu enim scis servum tuum, et secundum cor tuum fecisti omnia magnalia hæc, ita ut notum faceres servo tuo. ℣. Ideo magnificatus es Domine Deus: quia non est similis tui, neque est Deus extra te, in omnibus quæ audivimus auribus nostris. quæ est alter, ut populus Israel, gens in terra, propter quam venit Deus, ut redimeret eam sibi in populum, et poneret sibi nomen, faceretque eis magnalia et horribilia super terram, a facie populi tui, quem redemisti tibi ex Ægypto, gentem et Deum eius? Firmasti enim tibi populum Israel in populum sempiternum: et tu Domine Deus factus es eis in Deum. ℣. Nunc ergo Domine Deus, verbum quod locutus es super servum tuum, et super domum eius, suscita in sempiternum, et fac sicut locutus es: ut magnificetur nomen tuum usque in sempiternum, atque dicatur: Dominus exercituum Deus super Israel. ✠ Et domus servi tui David erit stabilita coram Domino, quia tu Domine exercituum Deus Israel revelasti

aurem servi tui dicens: domum edificabo tibi:
propterea invenit servus tuus cor suum, ut ora-
et te oratione hac. Nunc ergo Domine Deus,
tu es Deus, et verba tua erunt vera: locutus
es enim ad servum tuum bona hæc. Incipe
ergo, et benedic domui servi tui, ut sit in per pe-
tuum coram te: quia tu Domine Deus locutus
es, et benedictione tua benedicetur domus servi
tui in sempiternum.

℟. ex II. Nocturno Dominicæ præcedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi
de civitate Dei. l. 17. cap. 12.

Benedictio Domini in semine David non ad ali-
quod tempus, qualis diebus Salomonis apparuit,
sed in æternum speranda est. Hoc ergo intelligens
David, ait in secundo regnorum libro: et locutus
es pro domo servi tui in longinquum. Deo
autem post paululum ait: nunc incipe, et be-
nedic domum servi tui usque in æternum, et
cætera: quia tunc generaturus erat filium, ex
quo progenies eius duceretur ad Christum,
per quem futura erat domus eius æterna,
eadem quæ domus Dei. Domus enim David prop-
ter genus David; domus autem Dei eadem ipsa,
propter templum Dei de hominibus factum,
non de lapidibus: ubi habitet in æternum
populus cum Deo et in Deo suo; et Deus cum po-
pulo atque in populo suo: ita ut Deus sit im-
plens populum suum, et populus plenus Deo suo,
cum Deus erit omnia in omnibus, ipse in pace
præmium, qui virtus in bello. Ideo cum
in verbis Nathan dictum sit: et nunc habita
tibi Dominus, quoniam domum ædificabis
mihi; postea dictum est in verbis David: quoniam
tu Dominus omnipotens Deus Israel, revela-
sti aurem servi tui dicens: domum ædificabo

tibi. Hanc enim domum dum ædificamus bene vivendo, dat Deus, ut bene vivamus ædificando.

Sabbato.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. ii.

Accidit, ut surgeret David de strato suo post meridiem, et deambularet in solario domus regiæ: vidit que mulierem se lavantem ex adverso super solarium suum: erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo rex, et requisivit, quæ esset mulier. Nuntiatumque est ei, quod ipsa esset Bethsabee filia Eliam, uxor Uriæ Hetthæi. Misitque David nuntios tulitque eam. ℣ Misit autem David ad Joab, dicens: mitte ad me Uriam Hetthæum. Misitque Joab Uriam ad David. Et venit Urias ad David. quæsivitque David, quam recte ageret Joab et populus, et quomodo administraretur bellum. Et dixit David ad Uriam: vade in domum tuam, et lava pedes tuos. Et egressus est Urias de domo regis, secutusque est eum cibus regius. Dormivit autem Urias ante portam domus regiæ cum aliis servis domini sui, et non descendit ad domum suam. ℣. Nuntiatumque est David a dicentibus: non ivit Urias in domum suam. Et ait David ad Uriam: quare non descendisti in domum tuam? Et ait Urias ad David: Arca Dei, et Israel et Juda habitant in papilionibus, et dominus meus Joab, et servi domini mei super faciem terræ manent: et ego ingrediar in domum meam, ut comedam et bibam, et dormiam cum uxore mea? Per salutem tuam, et per salutem animæ tuæ non faciam rem hanc. ℣. Scripsit ergo David

epistolam ad Joab, misitque per manum
rie, scribens in epistola: ponite Uriam ex
verso belli, ubi fortissimum est prelium:
et derelinquite eum, ut percussus intereat.
Igitur cum Joab obsideret urbem, posuit
Uriam in loco, ubi sciebat viros esse fortissi-
mos. Egressique viri de civitate bellabant
adversum Joab, et ceciderunt de populo servo-
rum David, et mortuus est etiam Urias Het-
theus.

℣. Ps. ex III. Nocturno Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

hom. 2. de penit.

David in adulterium et homicidium lapsus
est. Vidit enim, inquit scriptura, mulierem
pulchram se lavantem et statim amavit eam,
deinde quod apud se statuerat, peregit. Erat in
adulterio propheta, et in medio cubo margari-
ta. Verumtamen se peccasse nondum noverat:
adeo perturbatione animi sopitus erat. Cum
enim ebrius est auriga, incomposite fertur
currus: porro quod auriga et currus, hoc anima
sunt et corpus. Si forte obtenebrata sit anima,
cum et corpus in luto volutabatur. quamdiu nam-
que stat auriga, currus recte dirigitur: cum vero
debilitatur viribus ille, neque potest habenas
tenere, tum vero etiam currus male esse in sta-
tu cernitur. Ita quoque fit in homine: quam-
diu sobria est et vigilat anima, corpus ipsum
etiam purum permanet: ubi vero obtenebrata
fuerit anima, corpus etiam ipsum in luto ac
voluptatibus volutatur. Quid igitur David?
commisit adulterium: sed neglegebat, neque
ab ullo arguebatur, idque cum senex admo-
dum esset: ut intelligas, si forte sis negligens,

neque tibi canitiem prodesse; neque rursus, si studiosus sis ac diligens, invenitutem posse tedere. Ad vesperas duplex.

Ad Magnif. ant. Dixit David ad Deum: peccavi nimis Domine: * obsecro, aufer iniquitatem servi tui; quia insipienter egi. 1. Reg. 25.

Oratio Sac. Gelas.

Deus, qui diligentibus te bona invisibilia preparasti: infunde cordibus nostris tui amoris affectum; ut te in omnibus & super omnia diligentes, promissiones tuas, quæ omne desiderium superant, consequamur. Per Dominum.

Dominica V. post Pentecosten.

Duplex majus. 12. lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 11. 12.

Audivit uxor Uriæ, quod mortuus esset Urias vir suus, et planxit eum. Transacto autem luctu misit David, et introduxit eam in domum suam, et facta est ejus uxor, peperitque ei filium: et displicuit verbum hoc, quod fecerat David, coram Domino. Misit ergo Dominus Nathan ad David, qui cum venisset ad eum, dixit ei: Duo viri erant in civitate una, unus dives et alter pauper. Dives habebat oves, et boves plurimos valde: pauper autem nihil habebat omnino, præter ovem unam parvulam, quam emerat et nutrierat, et quæ creverat apud eum cum filiis ejus simul, de pane illius comedens, et de calice ejus bibens, et in sinu illius dormiens: eratque illi sicut filia.

℟. Revertere ad Dominum, et averte abiniquitatem tuam: * non demoreris in errore impiorum,

ante mortem confitere. V. Ignores, quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit. * non. Alleluia. Rom. 2.

Lectio II.

Cum autem peregrinus quidam venisset ad divitem, parcens ille sumere de ovibus et de bobus suis, ut exhiberet convivium peregrino illi qui venerat ad se, tulit ovem viri pauperis, et preparavit cibos homini, qui venerat ad se. Iratus autem indignatione David adversus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: vivit Dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc: ovem reddet in quadruplum, eo quod fecerit verbum istud, et non pepercerit.

℟. Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, et peccatorum tuorum recordabor: * reduc me in memoriam, iudicemur: narra si quid habes, ut iustificeris. ℣. Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: ut iustificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum iudicaris. * reduc. Isa. 43. Ps. 50.

Lectio III.

Dixit autem Nathan ad David: tu es ille vir. Hæc dicit Dominus Deus Israel: ego unxi te in regem super Israel, et ego erui te de manu Saul, et dedi tibi domum domini tui, et uxores domini tui in sinu tuo, dedique tibi domum Israel et Juda; et si parum fuit ista, addiam tibi multo maiora. quare ergo contempsisti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo? Uriam Hethæum percussisti gladio, et uxorem illius accepisti in uxorem tibi, et interfecisti eum gladio filiorum Ammon. Quamobrem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum, eo quod despexeris me, et tuleris uxorem Uriæ Hethæi, ut esset uxor tua.

℟. Converte me, et convertar; quoniam tu Dominus ~~Deus~~ Deus meus: postquam enim convertisti me, egi pœnitentiam: ✠ et postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. ℣. quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper. ✠ et. Jer. 31. Ps. 50.

Lectio IV.

Hæc dicit Dominus: ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, et tollam uxores tuas in oculis tuis, et dabo proximo tuo, et dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis hujus. Tu enim fecisti abscondite: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, et in conspectu solis. Et dixit David ad Nathan: peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transtulit peccatum tuum; non morieris. Verumtamen, quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi, morte morietur. Et reversus est Nathan in domum suam.

℟. Delictum meum cognitum tibi feci, et injustitiam meam non abscondi: dixi: confitebor adversum me injustitiam meam Domino; ✠ et tu remisisti impietatem peccati mei. ℣. quoniam iniquitatem meam annuntiabo, et cogitabo pro peccato meo. ✠ et tu. Ps. 31. 37.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex libro Sancti Ambrosii Episcopi de apologia David. apol. 1. c. 2.

Unus quisque nostrum per singulas horas quamplurima delinquit; et tamen unusquisque de plebe peccatum suum confitendum non putat. Ille rex tantus ac potens ne exiguo quidem momento manere penes se delicti crimen

est conscientiam: sed præmatura confessione atque immenso dolore reddidit peccatum suum Domino.

℣. Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam: * quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper. ℟. Laboravi in gemitu meo; lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo. * quoniam. Ps. 50. ad 6.

Lectio VI.

Quem mihi nunc facile reperias honoratum ac divitem, qui si arguatur alicuius culpæ reus, non molestè ferat? at ille regio clarus imperio, tot divinis probatus oraculis, cum a privato homine corriperetur, quod graviter deliquisset, non indignatus infremuit, sed confessus ingemuit culpæ dolore. Denique Dominum dolor intimi moveat affectus, ut Nathan diceret: quoniam pœnituit te, et Dominus transtulit peccatum tuum. Nathanis itaque vene profundam regis fictæ pœnitentiam declaravit, quæ tantum erroris offensam traduxerit.

℣. Non declines Domine cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis: * corripiet me justus in misericordia, et increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. ℟. Per misericordiam et fidem purgantur peccata: qui acquiescit increpationibus, possessor est ventis. * corripiet. Ps. 140. Prov. 15.

Lectio VII.

Alii homines, cum a sacerdotibus corripiuntur, peccatum suum ingravant, dum negare cupiunt aut defendere: ibique

corum lapsus est maior, ubi seratur correctio. Sancti autem Domini, qui consummare primum certamen gestiunt, et currere cursum salutis: simulque forte ut homines commerunt, naturae magis fragilitate, quam peccandi libidine, acriores ad currendum resurgunt, pudoris stimulo maiora reparantes certamina: ut non solum nullum attulisse aestimetur lapsus impedimentum, sed etiam velocitatis incentiva cumulasse.

℟. Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris: * qui timet Deum, convertetur ad cor suum. ℣. Bonum mihi Domine, quia humiliasti me: ut discam justificationes tuas. * qui.

Euli. 2j. bf. 118.

Lectio VIII. cap. 4.

Peccavit David, quod solent reges; sed poenitentiam gessit, flevit, ingemuit, quod non solent reges. Confessus est culpam, obsecravit indulgentiam, humi stratus deploravit erumnam, jejunavit, oravit, confessionis suae testimonium in perpetua saecula vulgato dolore transmisit. quod erubescunt facere privati, rex non erubuit confiteri. qui tenentur legibus, audent summa negare peccatum, dedignantur rogare indulgentiam, quam petebat qui nullis legibus tenebatur humanis. quod peccavit, conditionis est: quod supplicavit, correctionis. Lapsus communis, sed specialis confessio. Culpam itaque medicinae, naturae est, delictum, virtutis.

℟. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me: * Domine reduxisti ab inferno animam meam, salvasti me a descendentibus

in locum. ℣. Dominus purgavit penetralia ipsius, et exaltavit in æternum cornu eius. ℟. Domine. ℣. Gloria. ℟. Domine. Ps. 29. Euli. 17.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses. cap. 5.

De temporibus et momentis, fratres, non indigetis, ut scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dixerint: pax et securitas; tunc repentinus eis superveniet interitus sicut dolor in utero habenti, et non effugient. Vos autem fratres, non estis in tenebris, ut vos dies illa tamquam fur comprehendat: omnes enim vos filii lucis estis et filii diei: non sumus noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut et ceteri, sed vigilemus et sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt; et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt.

℟. Dimittite eum, ut maledicat; Dominus enim præcepit ei, ut malediceret David: ✱ et quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit? ℣. Domine opprobrium insipienti dedisti me; obmutui et non aperui os meum: quoniam tu fecisti. ✱ Agnis. 2. Reg. 16. ℣. 38.

Lectio X.

Nos autem qui diei sumus, sobrii simus, induti loricam fidei et charitatis, et galeam spem salutis. quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in adquisitionem salutis per Dominum nostrum Jesum Christum, qui mortuus est pro nobis: ut sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum illo vivamus. Propter quod consolamini invicem, et ædificate alterutrum, sicut et facitis. Rogamus autem

vos fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos; ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum: pacem habete cum eis.

℟. Peccavi nimis, ut hoc facerem: obsecro super iniquitatem servitui, quia insipienter egi: * melius mihi est, ut incidam in manus Domini, quia multæ sunt miserationes eius. ℣. Magnus es Domine in æternum, & in omnia sæcula regnum tuum: quoniam tu flagellas & salvas, deducis ad inferos, & reduis. * melius. j. Paral. 21. Job. 13.

Lectio XI.

Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat; sed semper quod bonum est sectamini in invicem & in omnes. Semper gaudete, sine intermissione orate. In omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite spernere. Omnia autem probate, quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete vos.

℟. Dixit David ad Deum: ego, qui peccavi; ego qui malum feci: iste grex quid commeruit? * Vertatur obsecro manus tua in me, & in domum patris mei: populus autem tuus non percutiatur. ℣. Ipsum, qui non debet puniri, condemnare; extremum æstimas a tua virtute. * vertatur. j. Paral. 21. Sap. 12.

Lectio XII.

Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia; ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in adventu Domini nostri

Jesu Christi servetur. Fidelis est, qui vocavit vos, qui etiam faciet. Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos per Dominum, ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Amen.

℟. pro Dominica. Seraphim clamabant alter ad alterum: ✱ Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum: † plena est omnis terra gloria eius. ℣. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum et Spiritus sanctus; et hi tres unum sunt. ✱ Sanctus. ℣. gloria. † plena. Isa. 6. 1. Joan. 5.

℟. infra hebdomadam. Quam magna misericordia Domini, et propitiatio illius convertentibus ad se: ✱ virtutem magnitudinis eius quis enunciabit? aut quis audiet enarrare misericordiam eius? ℣. Miserator et misericors Dominus: longanimis et multum misericors. ✱ virtutem. ℣. gloria. ✱ virtutem. Eccli. 17. et 18. Ps. 102.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 5.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: nisi abundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Audistis, quia dictum est antiquis: non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. qui autem dixerit fratri suo Raca, reus erit concilio. qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri

tuo: et tunc veniens offeres munus tuum.

Ad Bened. ant. Ego dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, ✠ reus erit iudicio. *Matth. 5.*

Ad Magnif. ant. Si frater tuus habet aliquid adversum te, relinque munus tuum ante altare, ✠ et vade prius reconciliari fratri tuo. *Matth. 5.*

Feria II.

Lectio I.

De libro secundo Regum. *cap. 12.*

Percussit Dominus parvulum, quem pepererat uxor Uriæ David, et desperatus est. Deprecatusque est David Dominum pro parvulo: et ieiunavit David ieiunio, et ingressus seorsum, iacuit super terram. Venerunt autem seniores domus eius, cogentes eum ut surgeret de terra: qui noluit, nec comedit cum eis cibum. ✠ Accidit autem die septima, ut morereter infans: timuerunt que servi David nuntiare ei, quod mortuus esset parvulus; dixerunt enim: ecce cum parvulus adhuc viveret, loquebamur ad eum, et non audiebat vocem nostram: quanto magis si dixerimus, mortuus est puer, se affliget? Cum ergo David vidisset servos suos mussitantes, intellexit, quod mortuus esset infantulus; dixitque ad servos suos: num mortuus est puer? qui responderunt ei: mortuus est. ℣. Surrexit ergo David de terra, et lotus unctusque est: cumque mutasset vestem, ingressus est domum Domini, et adoravit, et venit in domum suam: petivitque ut ponerent ei panem, et comedit. Dixerunt autem ei servi sui: quis est sermo, quem fecisti? propter infantem cum adhuc viveret ieiunasti, et flebas: mortuo autem puero

surrexisti, et comedisti panem. * qui ait: propter infantem, dum adhuc viveret, ieiunavi et flevi; dicebam enim: quis scit, si forte donet eum mihi Dominus, et vivat infans? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiunem? Numquid potero revocare eum amplius? ego vadam magis ad eum, ille vero non revertetur ad me. Et consolatus est David Bethsabee uxorem suam: quo genuit filium, et vocavit nomen eius Salomon, et Dominus dilexit eum. Misitque in manu Nathan prophete, et vocavit nomen eius, amabilis Domino, eo quod diligeret eum Dominus.

℟. ℟. ex I. Nocturno Dominico precedentis.

Lectio II.

Ex libro Moralium Sancti Gregorii Pape. l. 9. cap. 31.

Si delinquenti non paretur, quis ab eterna morte eripitur, cum a delicto mundus nemo reperitur? an penitenti paret, et delinquenti non paret? quia cum delicta plangimus, nequaquam iam delinquentes sumus. Sed quid, quod Petrus dum negat, respicitur, et Redemptoris negati respectu ad lacrymas vocatur? quid quod Paulus, cum Redemptoris nomen in terra conaretur extinguere, eius verba de celo meruit audire? Sed tamen culpa in utroque punita est; quia et de Petro teste Evangelio scriptum est: recordatus Petrus verbi Jesu egressus foras flevit amare. Et de Paulo hoc eadem, quo hunc vocavit, Veritas dicit: ego ostendam ei, quanta eum oporteat pro nomine meo pati. Delinquenti ergo Dominus nequaquam paret, quia delictum sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc homo in se penitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato paretur, quia nullatenus sine vindicta laxatur. Sic David

audire ~~meruit~~ post confessionem meruit: Dominus transtulit peccatum tuum. Et tamen multis post cruciatibus afflictus, ac fugiens, reatum culpæ, quam perpetraverat, exsolvit. Sic nos salutis unda a culpa primi parentis absolvimur: sed tamen reatum eiusdem culpæ diluentes, absoluti quoque adhuc carnaliter ob̃imus. Ab electis enim suis iniquitatum maculas sudet temporali afflictione tergere, quas in eis in perpetuum non vult videre.

Feria III.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 15.

Post quadraginta annos dixit Absolom ad regem David: vadam & reddam vota mea, quæ vovi Domino, in Hebron. Votum enim vovit servus tuus, cum esset in Gessur Syriæ, dicens: si reduxerit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo Domino. Dixitque ei rex David: vade in pace. Surrexit et abiit in Hebron. ✱ Misitque Absolom exploratores in universas tribus Israel, dicens: statim ut audieritis clangorem buccinæ, dicite: regnavit Absolom in Hebron. Porro cum Absolom issent ducenti viri de Jerusalem vocati, euntes simplici corde, et causam penitus ignorantes. Adversitque quoque Absolom Achitophel Gilonitem consiliarium David de civitate sua Gilo. Cumque immolaret victimas, facta est conjuratio valida, populusque concurrens augebatur cum Absolom. ℣. Venit igitur nuntius ad David dicens: toto corde universus Israel sequitur Absolom. Dixit David servis suis, qui erant cum eo in Jerusalem: surgite, fugiamus; neque enim erit nobis effugium a facie Absolom: festinate

egredi, ne forte veniens occupet nos, et impel-
tat super nos ruinam, et percutiat civitatem
in ore gladii. Dixerunt que servi regi ad eum:
omnia, quæcumque præceperit dominus
noster rex, libenter exequemur servitii. *
Egressus ergo rex et universa domus eius,
pedibus suis: et dereliquit rex decem mulieres
concubinas ad custodiendam domum. Egres-
susque rex et omnis Israel pedibus suis, sta-
tuitque procul a domo. Et universi servi eius
ambulabant iuxta eum, et legiones Cerethi
et Phelethi, et omnes Gethæi pugnatores
validi, sexcenti viri, qui secuti eum fue-
rant de Geth pedites, præcedebant regem.
℟. ex II. Nocturno Dominica præcedentis.

Lectio II.

Ex libro Sancti Augustini Episcopi contra
Faustum. l. 22. cap. 66. 67.

In David erat tam prudens in filios et tanta
clementia, ut cum innocentem puerum, pro
me oro tante multis lacrymis et humilibus
vocibus se se abiciens Dominum fuerat depre-
catus, mortuum non luxerit; idem invenem
filium parricidali furore præcipitem, qui con-
tra patrem scelestum bellum gerebat, et vedel
conservatum, et fleret ouinam: animo scilicet
talis criminibus involuto sempiternas
providens pœnas, quibus evadendis eum per
pœnitentiam corrigendum vivere cupiebat
humiliatum. Non autem in illo David
prætermissa est secundum Dei comminatio-
nem flagelli paterni disciplina, ubi et con-
fessus in æternum liberaretur, et afflictus
temporaliter probaretur. Haud vero mediocre
fidei robur fuit, aut parvum mitis et obe-
dientis animi indicium, cum audiret a
propheta, quod sibi Deus ignovisset, et tamen

audire ~~meruit~~ post confessionem meruit: Dominus transtulit peccatum tuum. Et tamen multis post cruciatibus afflictus, ac fugiens, reatum culpæ, quam perpetraverat, exsolvit. Sic nos salutis unda a culpa primi parentis absolvimur: sed tamen reatum eiusdem culpæ diluentes, absoluti quoque adhuc carnaliter gémimus. Ab electis enim suis iniquitatum maculas sudet temporali afflictione tergere, quas in eis in perpetuum non vult videre.

Feria III.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 15.

Post quadraginta annos dixit Absolom ad regem David: vadam & reddam vota mea, quæ vovi Domino, in Hebron. Votum enim vovit servus tuus, cum esset in Gessur Syriæ, dicens: si reduxerit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo Domino. Dixitque ei rex David: vade in pace. Et surrexit & abiit in Hebron. ✠ Misit autem Absolom exploratores in universas tribus Israel, dicens: statim ut audieritis clangorem buccinæ, dicite: regnavit Absolom in Hebron. Porro cum Absolom issent ducenti viri de Jerusalem vocati, euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes. Accersivit quoque Absolom Achitophel Gilonitem consiliarium David de civitate sua Gilo. Cumque immolarent victimas, facta est coniuratio valida, populusque concurrens augebatur cum Absolom. ℣. Venit igitur nuntius ad David dicens: toto corde universus Israel sequitur Absolom. Dixit David servis suis, qui erant cum eo in Jerusalem: surgite, fugiamus; neque enim erit nobis effugium a facie Absolom: festinate

egredi, ne forte veniens occupet nos, et impellat super nos ruinam, et percutiat civitatem in ore gladii. Dixerunt que servi regis ad eum: omnia, quæcumque præceperit dominus noster rex, libenter exequemur servitii. ✠ Egressus igitur rex et universa domus ejus, pedibus suis: et dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum. Egressusque rex et omnis Israel pedibus suis, stetitque procul a domo. Et universi servi ejus ambulabant juxta eum, et legiones Cerethi et Phelethi, et omnes Gethæi pugnatores validi, sexcenti viri, qui secuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant regem.

℟. ex II. Nocturno Dominica præcedentis.

Lectio II.

Ex libro Sancti Augustini Episcopi contra Faustum. l. 22. cap. 66. 67.

In David erat tam prudens in filios et tanta clementia, ut cum innocentem puerum, pro quo ægrotante multis lacrymis et humilibus precibus se abjiciens Dominum fuerat deprecatus, mortuum non luxerit; idem juvenem filium parricidali furore præcipitem, qui contra patrem scelestum bellum gerebat, et vellet conservatum, et fleret occisum: animo scilicet talis criminibus involuto sempiternas providens pœnas, quibus evaderetis eum per pœnitentiam corrigendum vivere cupiebat humiliatum. Non autem in illo David prætermissa est secundum Dei comminationem flagelli paterni disciplina, ubi et confessus in æternum liberaretur, et afflictus temporaliter probaretur. Haud vero mediocre fidei robur fuit, aut parvum mitis et obedientis animi indicium, cum audiret a propheta, quod sibi Deus ignovisset, et tamen

Et hic quidem beatus, qui cum generat, et lucrat, tamquam erro et profugus errabat in deserto, et quo ex his sequuntur malis opprimebatur: ille vero in bonis paternis voluptatem explebat. Hæc omnia dicta sunt; ut quæcunque David tristia evenerunt, quæcunque passus est, discamus, et quæcunque alia commoda possunt ex historia percipi, ea etiam in medium adducamus. Cur enim, quod a multis assidue inquiritur: cur iusti affliguntur, improbi autem in quiete et otio versantur? id hic invenire possumus. Justus enim versabatur in calamitatibus; Sceleratus autem et patricida, et ipsius naturæ inimicus et hostis, in felicitate agebat et palatiis regiis; sed nec ille quidquam ex eo lucrabatur, neque sanctus hic lædebatur. Hinc ergo primum hoc dice, ne conturberis in huiusmodi rebus adversis, cum videas etiam iustis id evenire. Aliud autem postea, ne mutéris pro tempore, sed nouis legis amicitiæ. Tertium, ut etiam pericula audeas adire pro virtute. quartum, ut etiam in rebus dubiis et asperis bona spe fis proditus, Dei auxilium exspectans.

Feria V.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 16.

Venit ergo rex David usque Báhurim: et ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Sémei, filius Gera, procedebatque egrediens: et maledicebat, mittebatque lapides contra David, et contra universos servos regis David: omnis autem populus, et universi bellatores, a dextro et a sinistro latere regis incedebant. * Hæc autem loquebatur Semei, cum malediceret regi: egredere, egredere vir sanguinum et

vir Belial. Reddidit tibi Dominus universum
sanguinem domus Saul: quoniam invasisti
regnum pro eo, et dedit Dominus regnum in
manu Absolom filii tui: et ecce premuntur te
malis tuis, quoniam vir sanguinum es. ℣.
Dixit autem Abisai filius Sarviæ regi: quare
maledicit canis hic mortuus domino meo
regi? vadam et amputabo caput eius. Et
ait rex: quid mihi et vobis est filii Sarviæ?
Dimittite eum, ut maledicat; Dominus enim
præcepit ei, ut malediceret David: et quis est
qui audeat dicere, quare sic fecerit? ✠ Dixit
rex Abisai, et universis servis suis: ecce filius
meus, qui egressus est de utero meo, quærit
animam meam: quanto magis nunc filius
Jemini? dimittite eum, ut maledicat iuxta
præceptum Domini: si forte respiciat Dominus
afflictionem meam, et reddat mihi Dominus
afflictionem meam, et reddat mihi Dominus
bonum pro maledictione hac hodierna.
Ambulabat itaque David et socii eius per
viam cum eo. Semei autem per ingum
montis ex latere contra illum gradiebatur,
maledicens, et mittens lapides adversum eum,
terramque spargens.
℟. ex III. Nocturno Dominico procedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti Ambrosii Episcopi de
Apologia David. cap. 6.

Maledicebat Davidi vir, cui nomen Semei, ca-
nibum appellans, et virum sanguinis, digno-
que iudicio Domini deiectum esse de regno.
Sed ne talibus quidem movebatur convitiis,
movebantur autem comites eius. Denique
unus ex sociis vire minatus est, quod iniurio
rectum caput eius auferret; sed rex
conversus ad Abisai: quid mihi, ait, et tibi
est fili Sarviæ? ideo maledicit mihi, quoniam
Dominus dixit illi, ut maledicat. quem

moraliter docuit, quod iniuriarum vel periculorum nostrorum tempora, tentationum certamina et examina probationum sint, et ideo non sine divino ea irrogari solere iudicio. Exercetur bonus athleta convitiis, exercetur laboribus et periculis, ut dignus fiat, cui deferatur corona iustitiæ: et ideo ferenda patienter sunt, quo putantur adversa. Et reddidit sanctus propheta dicens: ecce filius meus, qui exivit de ventre meo, quærit animam meam. Si autem demens maledicit mihi, dimitte illum, ut maledicat; quoniam dixit illi Dominus, ut videat humilitatem meam, et retribuat mihi Dominus pro maledicto hoc. Vide, quam singula diligenter custodiat. Non accusat Dominum, quasi autorem iniurię, sed magis laudat, quod patiatur nos minora perpeti, ut maiorum veniam peccatorum adipiscamur. Ecce verborum contumelia parricidii levavit crimen, absolvit procacem, quæ maledicta plus pro profint, quæ divina remuneratione donantur. Quis secum talem non compensat iniuriam, ut quem homo lœsit, cum Deus meliorum retributione foleat?

Feria VI.

Lectio I.

De libro secundo Regum. cap. 18.

Igitur considerato David populo suo, constituit super eos tribunos et centuriones. Et præcepit rex Ioab, et Abisai et Ethai, dicens: Servate mihi puerum Absolom. Omnis populus audiebat præcipientem regem cunctis principibus pro Absolom. Itaque egressus est populus in campum contra Israel, et factum est prælium in saltu Ephraim. Et cæsus est ibi populus Israel ab

exercitu David, factaque est plaga magna in
die illa viginti millium. * Acciditautem, ut
occurreret Absolom servis David sedens mulo:
cumque ingressus fuisset mulus subter conden-
sam quercum et magnam, adhæsit caput ejus
querci: et illo suspenso inter cœlum et ter-
ram, mulus, cui insederat, pertransiit. Vidit
autem hoc quidam, et nuntiavit Joab, di-
cens: vidi Absolom pendere de quercu. ℣.
Tulit ergo tres lanceas in manu sua, et infixit
eas in corde Absolom: cumque adhuc palpi-
taret hærens in quercu, occurrerunt decem
juvenes armigeri Joab, et percutientes inter-
fecerunt eum. Et tulerunt Absolom, et pro-
jecerunt eum in saltu, in foveam grandem,
et congesserunt super eum acervum lapi-
dum magnum nimis: omnis autem Israel
fugit in tabernacula sua. * Veniens (autem
ad David) Chusi ait: bonum apporto nuntium,
domine mi rex: judicavit enim pro te Domi-
nus hodie de manu omnium, qui surrexerant
contra te. Dixit autem rex ad Chusi: estne pax
puero Absolom? Cui respondens Chusi, fiant,
inquit, sicut puer, inimici domini mei regis,
et universi qui consurgunt adversum eum in
malum. Contristatus itaque rex ascendit ce-
naculum portæ et flevit. Sic loquebatur
ambulans: Fili mi Absolom, Absolom fili mi:
quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te,
Absolom fili mi, fili mi Absolom!

℟. ℟. ex II. Nocturno Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
ad Hugu. l. 3.

Portentosa et frequentia dominii David conti-
nere mala, cum calamitates aliarum calami-

latum remedio curarentur. Considera quoso: Absolom insurgit in patrem, illumque rursus ad fugas errores que, quos passus erat sub Saul, revocat: immo illi multo molestior ea fuga, quam prior fuit. Nam prius quidem dux cum esset, ista perpessus est: nunc autem cum annis plurimis regnasset, hostesque fere omnes superasset, migrare cogebatur ac profugus fieri: quia tamen illum profugum agebat, non alienus quispiam sive hostis erat: sed qui ex ipsius utero egressus fuerat, ut ipse lamentabatur plorans. (Postea) bellum instruebatur, enigmati quam veritati similius. Eum enim, qui causa fuerat malorum omnium, eiusque belli totam materiam probuerat, et quo modus adversa omnia finiebantur, cum, ni quam, ducibus suis tota providentia et cura commendabat. Quid hac hospitatione et ambiguitate deterius? quid ea difficultate miserabilius? Suscipere bellum cogebatur, in quo et vincere et vinci eque illi molestum erat. Nam neque superari volebat, qui tantas copias emiserat: neque rursum superare, qui belli autorem necari prohibebat. Verum discreto bello, ac fine, quem voluit Deus, confecto, ac parricida ilio interfecto: reliquis omnibus in lætitia et gaudio agentibus, solus rex lugebat et lacrymabatur, ac seipsum increpans defunctum compellabat filium; ferebatque graviter, quod pro illo ipse non occubuisset.

Sabbato.

Lectio 1.

De libro secundo Regum. cap. 24.

ADDIDIT furor Domini irasci contra Israel, commovitque David in eis dicentem: Vade, numera Israel et Judam. Dereliquit autem eos

David cum, postquam numeratus est popu-
lus, et dixit David ad Dominum: peccavi valde
in hoc facto; sed precor Domine, ut transferas
iniquitatem servi tui, quia stulte egi nimis. ✠
Surrexit itaque David mane: et sermo Domini
factus est ad Gad prophetam et videntem David,
dicens: vade et loquere ad David: hæc dicit Domi-
nus: trium tibi datur optio, elige unum, quod
volueris ex his, ut faciam tibi. Cumque venisset
Gad ad David, nuntiavit ei dicens: aut septem
annis veniet tibi fames in terra tua: aut tri-
bus mensibus fugies adversarios tuos, et illi
te persequentur: aut certe tribus diebus erit
pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera,
et vide, quem responsum dem ei, qui me misit,
sermonem. ℣. Dixit autem David ad Gad:
coarctor nimis; sed melius est, ut incidam in
manus Domini, multæ enim misericordiæ
eius sunt, quam in manus hominum. Im-
misitque Dominus pestilentiam in Israel
de mane usque ad tempus constitutum: et
mortui sunt ex populo a Dan usque ad Ber-
sabee septuaginta millia virorum. ✠
℣. Cumque extendisset manum suam angelus
Domini super Jerusalem, ut disperderet eam,
misertus est Dominus super afflictione, et
ait angelo percutienti populum: sufficit,
nunc continue manum tuam. Erat autem
angelus Domini juxta aream Arauna Jebu-
sæi. Dixitque David ad Dominum, cum vi-
disset angelum cædentem populum: Ego sum,
qui peccavi, ego iniquè egi: isti, qui oves sunt,
quid fecerunt? vertatur, obsecro, manus tua
contra me, et contra domum patris mei.
℟. ex III. Nocturno Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
hom. 29. in epist. ad Rom.

Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Hoc David sepe numero multis quidem alibi locis fecit, tum vero maxime, quando adversus omnem populum terribilis illa ira divinitus demissa fuit, universis enim iam prope occisis dicebat: ego, qui pastor sum, peccavi; ego, qui pastor sum, male egi: illi vero, qui grex sunt, quid deliquerunt? Propterea in electione supplicium illorum non famem elegit, non hostilem persecutionem, sed immissam a Domino mortem, per quam sperabat alios quidem bene fore securos, se vero ante reliquos omnes e medio tollendum. Hoc vero cum non fieret, lamentando dicebat: si me sit manus tua, si vero ad expiandum facinus non sufficio, sit tua adversum domum patris mei. Ego enim, in quit, qui pastor sum, peccavi: quasi diceret: Etiamsi illi peccassent, ego tamen, qui illos non correxi, supplicii reus esse. Quando vero meum hoc est peccatum, ego ultique dignus sum, qui poenas luam. Ita igitur iram Dei sedit, ita sententiam divinam revocavit. Talem oportet esse principem, et ob aliorum magis, quam ob proprias dolere calamitates.

Ad Vesperas duplex.

Ad Magnif. ant. Sedit Salomon super solium Domini in regem pro David patre suo, et cunctis placuit: * Et paruit illi omnis Israel. 1. Paral. 29.

Oratio Sac. Gelas.

Deus virtutum, cuius est totum, quod est optimum, insere pectoribus nostris

amorem tui nominis, a prosta in nobis religionis augmentum: atque sunt bona nutrias; ac pietatis studio, quæ sunt nutrita, custodias. Per Dominum.

Dominica VI. post Pentecosten.

Duplex maius j. cl. cl.

In I. Nocturno.

Lectio I.

Incipit liber tertius Regum.

cap. j.

Rex David senuerat, habebatque ætatis plurimos dies. Adonias autem filius Haggith elevabatur, dicens: ego regnabo. Feceratque sibi currus et equites, et quinquaginta viros, qui currerent ante eum. Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicens: quare hoc fecisti. Erat autem et ipse pulcher valde, secundus natu post Absolom. Et sermocinatus cum Joab filio Sarvie, et cum Abiathar sacerdote, qui adiuvabant partes Adonie. Sadoc vero sacerdos, et Banáias filius Jóiade, et Nathan propheta, et Semei et Rei, et robur exercitus David non erat cum Adonia.

℟. Locutus est David rex ad omnem ecclesiam: * Salomonem filium meum unum elegit Deus, adhuc puerum et tenellum. ℣. Ipse ædificabit domum nomini meo: et stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum. * Salomonem. 1. Paral. 29. 2. Reg. 7.

Lectio II.

Dixit quoque Rex David: vocate mihi Sadoc sacerdotem, et Nathan prophetam,

et Banáiam filium Jóiade. qui cum introgressi fuissent coram rege, dixit ad eos: tollite vobiscum servos domini vestri, et imponite Salomonem filium meum super mulam meam, et ducite eum in Gihon: unxit eum ibi Sadoc sacerdos et Nathan prophéta in regem super Israel; et canetis buccina, atque dicetis: vivat rex Salomon. Et ascendetis post eum, et veniet, et sedebit super solium meum, et ipse regnabit pro me: illique præcipiam, ut sit dux super Israel et super Judam.

℟. Mortuus est David in senectute bona, plenus dierum, et divitiis et gloria: ✱ et regnavit Salomon filius eius pro eo. ℣. David in sua generatione cum administrasset voluntati Dei, dormivit, et appositus est ad patres suos. ✱ 3 Reg. 1. Paral. 29. ad. 15.

Lectio III.

Et respondit Banáias filius Jóiade regi, dicens: amen; sic loquatur Dominus Deus Domini mei regis. quomodo fuit Dominus cum Domino meo rege, sic sit cum Salomone, et sublimius faciat solium eius a solio Domini mei regis David. Descendit ergo Sadoc sacerdos, et Nathan propheta, et Banáias filius Joiade, et Cerethi et Phelethi, et imposuerunt Salomonem super mulam regis David, et adduxerunt eum in Gihon. Sumptaque Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, et unxit Salomonem; et cecinerunt buccina, et dixit omnis populus: vivat rex Salomon.

℟. Post David surrexit filius Jesse, et propter illum dejecit omnem potentiam inimicorum: ✱ ut conderet domum in nomine

uo, et pararet Sanctuarium in æternum.
℣. Dilexit Dominus Salomonem, et vocavit nomen eius, amabilis Domino, eo quod diligeret eum Dominus. ✠ ut. Euli. 47. 2. Reg. 12.

Lectio IV.

Adonias autem timens Salomonem, surrexit, et abiit, tenuitque cornu altaris. Nuntiaverunt Salomoni dicentes: ecce Adonias timens regem Salomonem tenuit cornu altaris dicens: iuret mihi rex Salomon hodie, quod non interficiat servum suum gladio. Dixitque Salomon: si fuerit vir bonus, non cadet ne unus quidem capillus eius in terram: si autem malum inventum fuerit in eo, morietur. Misit ergo rex Salomon, et eduxit eum ab altari; ~~Dicitque ei~~ et ingressus adoravit regem Salomonem. Dixitque ei Salomon: vade in domum tuam.

℣. Nunc Domine Deus, tu regnare fecisti servum tuum pro David patre meo: ✠ dabis ergo servo tuo cor docile, ut populum tuum iudicare possit, et discernere inter bonum et malum. ℣. Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare, quid velit Deus? ✠ dabis. ℣. gloria. dabis. 3. Reg. 3. Sap. 9.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Gregorii Papæ. l. 2. hom. 9. in Ezech.

Tanta debet esse (in sacerdote) discretio, ut nec disciplina nimia, nec misericordia sit remissa: ne si inordinate culpa dimittitur, is qui est culpabilis, in reatu gravius adstringatur: et rursus, si culpa immoderate retinetur, tanto, qui corrigitur, deterior fiat, quanto ergasse nil ex benignitatis gratia agi considerat. Exhibenda itaque pravis est asperitas in offensione, charitas in mente; ut et dura offensio delinquentem coerceat, et charitatis custodia mercedem mansuetudinis non amittat: Nec hoc est magisterium disciplinæ, ut culpas et discrete noverit parcere, et pie resecare. Qui autem discretionis spiritum non habent, aut sic dimittunt peccata, ut non corrigant; aut sic quasi corrigendo ferunt, ut non dimittant.

℣. Dixit Dominus ad Salomonem: quia petisti sapientiam et scientiam, ut iudicare possis populum meum: ✠ Sapientia et Scientia data sunt tibi: divitias autem et substantiam et gloriam dabo tibi. ℟. Si quis indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat; et dabitur ei. ✠ Sapientia. 2. Paral. 1. Jac. 3.

Lectio VI.

Doctor ergo, cui de disciplinæ moderamine loqui Dei necesse est, quod docendo loquitur, hoc sub discretionis spiritu vigilanter operetur. Nec si quidam sibi de ese considerat, oportet ut ab eorum prædicatione conticescat: locus quippe eius exigit, ut loquatur. Verbis ergo suis semetipsum conve-

nal: Si non ideo loquitur, quia non opera-
tur, ideo operetur, quia loqui compellitur.
Ubi itaque se conspicit opere implere, quod
audit, ibi auditores admonet, eorumque
animos ad studium bone operationis accen-
dit. Ubi autem nec dum se videt implere
quod loquitur, ad bona, de quibus auditores
admonet, se quoque pariter inflammet:
ipse etiam simul discat in opere, quod per
eum loquitur veritas in predicatione. Sope
enim quod vivendo nescimus, compulsi lo-
ctione doctrine, loquendo discimus: Dum
cogitatione nostre pigritie reatus nascitur
in mente, eandem mentem compunctio subito
corda transverberat, et sua voce excitate
vigilat in opere, que prius torpebat in otio
sine voce.

℣. Benedictus Dominus Deus Israel: qui de-
dit David regi filium sapientem et auditum,
et ut edificaret domum Domino. ℟. Imple-
vit eum Spiritu Dei, sapientia et intelligen-
tia, et scientia in omni opere. ✠ 2. Paral. 2.
Laudi. Of.

Lectio VII.

Libet inter hec Sancti Evangelii ad medium
verba deducere, cuius sacra historia per hoc,
quod factum miraculum narrat, mira que
quotidie agantur denuntiat. Cum cum
ieiuni atque ieiuni ad Dominum populi con-
venirent, discipulis Dominus dixit: mi-
sereor super turbam, quia ecce iam triduo
sustinent me. Turba triduo Dominum
sustinet, quando multitudo fidelium
peccata, que perpetravit, per pœniten-
tiam declinans, ad Deum se in opere,
locutione atque in cogitatione convertit.
Quos dimittere ieiunos in domum suam

Dominus non vult, ne deficiant in via: quia videlicet conversi peccatores in presentis vite via deficiunt, si in sua conscientia fine doctrine sancte pabulo dimittantur. Celigitur lapsentur in huius peregrinationis itinere, pascendi sunt sancta admonitione. R. Ait Salomon: si celum et celi celorum non te capiunt, quanto magis domus ista, quam edificavi? * sed ad hoc tantum facta est, ut respicias orationem servi tui et obsecrationem eius. V. Salomon edificavit Domino domum: sed non excelsus in manufactis habitat. * Sed. 2. Paral. 6. ad. 7.

Lectio VIII.

Valde autem pensanda est pia sententia, que processit ex ore veritatis, qua dictum: quidam enim ex eis de longe venerunt. alii enim post carnis flagitia, alii post falsa testimonia, alii post facta furta ad penitentiam redeunt, atque ad omnipotentis Dei servitium convertuntur: hi videlicet ad Dominum de longinquo veniunt. Dentur igitur alimenta eis etiam, qui de longinquo veniunt: quia conversis peccatoribus doctrine sancte cibi prebendi sunt, ut in Deum vires reparent, quas in flagitiis amiserunt. qui sepe a doctoribus tanto necesse est ut largioribus cibis doctrine satientur, quanto fessi maioribus vitiis venerunt. Etenim iam confiteri ceperint mala que commiserunt, atque confitendo relinquere et fletibus punire, necesse est, ut doctores sancti pro eorum peccato sollicite exorent. quorquoties aquam sua ante Dei oculos amplius detergunt, quia ea ipsa charitate se iustificandi qua mira pietate

ere alienis inquilinis sed in tamentis mae-
stat.

℣. Consurge Domine Deus in requiem tuam,
tu et aria fortitudinis tuae: ✠ sacerdotes tui
induantur salutem, et sancti tui laetentur
in bonis. ℟. Sicut oculi tui aperti super
omnem hanc die ac nocte: ut exaudias depre-
cationem servi tui et populi tui. ✠ Sacerdotes.
℣. Gloria. ✠ Sacerdotes. 2. Paral. 6. 3. Reg. 8.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

Incipit epistola secunda beati Pauli
Apostoli ad Thessalonicenses. cap. i.

Paulus et Sylvanus et Timotheus: Ecclesiae
Thessalonicensium in Deo Patre nostro et
Domino Jesu Christo: gratia vobis et pax
a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.
Gratias agere debemus semper Deo pro vobis,
fratres, sicut dignum est, quoniam super-
crescit fides vestra, et abundat charitas u-
nius cuiusque vestrum in invicem: ita
ut et nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis
Dei pro patientia vestra et fide, et in om-
nibus persecutionibus vestris et tribulationi-
bus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicii
Dei, ut digni habeamini in regno Dei.
℟. Si ambulaveris coram me, sicut ambu-
lavit pater tuus, et feceris iuxta omnia
quae praecepi tibi: ✠ suscitabo thronum regni
tui, sicut pollicitus sum David patri tuo. ℟.
Si custodieris praecepta mea, et mandata mea,
longos faciam dies tuos. ✠ suscitabo. 2. Paral. 7.
3. Reg. 9.

Lectio X.

Siquidem iustum est apud Deum, retribuere
tribulationem iis, qui vos tribulant: et vobis

qui tribulamini, requiem nobiscum in revelatione Domini Jesu de coelo cum angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictam iis, qui non noverunt Deum, et qui non obediunt evangelio Domini nostri Jesu Christi. qui poenas dabunt in interitu aeternas a facie Domini et a gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. In quo etiam oramus semper pro vobis: ut dignetur vos vocatione sua Deus noster, et impleat voluntatem bonitatis, et opus fidei in virtute, ut clarificetur nomen Domini nostri Jesu Christi in vobis, et vos in illo, secundum gratiam Dei nostri et Domini Jesu Christi.

℟. Dedisti maculam in gloria tua: Deus autem non derelinquet misericordiam suam, ✱ et non corrumpet nec delebit opera sua.

℣. Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam. ✱ et non. Euli. 17. Ps. 131.

Lectio XI. cap. 2.

Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, et nostrae congregationis in ipsum: ut non cito moveamini a vestro sensu, neque terreamini neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tamquam per nos missam, quasi instet dies Domini. ne quis vos seducat ullo modo: quoniam nisi venerit discessio primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adversatur, et extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus. Non retinetis,

quod cum adhuc essem apud vos, hoc dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis, ut reveletur in suo tempore.

℣. Certe in gentibus multis non erat rex similis Salomoni: ✠ dilectus Deo suo erat: et ipsum duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ. ℟. Hæc scripta sunt ad correptionem nostram: itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. ✠ dilectus. 2. Ep. ij. 3. j. Cor. 10.

Lectio XII.

Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat. Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui eum, cuius est adventus secundum operationem Satanæ, in omni virtute, et signis, et prodigiis mendacibus, et in omni seductione iniquitatis, iis qui pereunt: eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

℟. pro Dominica. Seraphim clamabant alter ad alterum: ✠ Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: † plena est omnis terra gloria ejus. ℣. Tres sunt, qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum et Spiritus sanctus; et hi tres unum sunt. ✠ Sanctus. ℣. gloria. † plena. Isa. 6. 1. Joan. 5.

℟. infra hebdomadam. Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, filio autem ejus dabo tribum unam: ✠ ut remaneat lucerna David omnibus diebus coram me.

℣. Semel iuravi in sancto meo, si David mentiar: semen eius in æternum manebit. * ut ℣. gloria. * ut 3. Reg. ii. Ps. 88.

Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum. cap. 8.

In illo tempore: Cum turba multa esset cum Jesu, nec haberent quod manducarent, convocatis discipulis, ait illis: misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent: et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via; quidam enim ex eis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui: unde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogavit eos: quot panes habetis? qui dixerunt: septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, et dabat discipulis suis, ut apponerent: et apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos: et ipsos benedixit, et iussit apponi. Et manducaverunt, et saturati sunt: et sustulerunt, quod superaverat de fragmentis septem sportas. Erant autem qui manducaverant quasi quatuor millia: et dimisit eos.

Ad Bened. ant. Misereor super turbam; quia ecce iam triduo sustinent me; * nec habent, quod manducent. Marc. 8.

Ad Magnif. ant. Accipiens Jesus septem panes, gratias agens fregit, et apposuerunt turbæ: * et manducaverunt, et saturati sunt. Marc. 8.

Feria II.

Lectio I.

Lectio 1.

De libro tertio Regum. cap: 3.

Apparuit autem Dominus Salomoni per
omnium nocte, dicens: postula, quod vis,
dabo tibi. Et ait Salomon: tu fecisti
cum servo tuo David patre meo misericordiam
magnam, sicut ambulavit in conspectu tuo
in veritate, et justitia, et recto corde tecum:
custodisti ei misericordiam tuam grandem,
et dedisti ei filium sedentem super thronum
ejus, sicut est hodie. * Et nunc Domine
Deus, tu regnare fecisti servum tuum pro
David patre meo: ego autem sum puer par-
vulus, et ignorans egressum et introitum
meum. Et servus tuus in medio est populi,
quem elegisti, populi infiniti, qui numerari
et supputari non potest pro multitu-
dine. Dabis ergo servo tuo cor docile, ut
populum tuum judicare possit, et discernere
inter bonum et malum. Quis enim poterit
judicare populum istum, populum tuum
tam multum? ℣. Placuit ergo sermo
coram Domino, quod Salomon postulasset hu-
jusmodi rem. Et dixit Dominus Salomoni:
quia postulasti verbum hoc, et non petisti
tibi multos, nec divitias, aut animas ini-
micorum tuorum, sed postulasti tibi sapien-
tiam ad discernendum judicium: ecce feci
tibi secundum sermones tuos, et dedi tibi cor
sapiens et intelligens, in tantum, ut nullus
ante te similis tui fuerit, nec post te surrec-
turus sit. * Sed et hoc, quod non postulasti, dedi
tibi: divitias scilicet et gloriam, ut nemo fuerit
similis tui in regibus, cunctis retro diebus.
Si autem ambulaveris in viis meis, et

Sanctus David electus ex omnibus ad plebem regendam, quam mitis et blandus, humilis spiritu, sedulus corde, faciliserat affatu? ante regnum se pro omnibus offerebat, rex cum omnibus æquabat suam malitiam, et partiebatur laborem; fortis in prœlio, manuetus in imperio, patiens in convitio, ferre magis promtus, quam referre injurias. Non mediocre istud, præsertim in rege sic obire humilitatis munia, ut communem se exhiberet etiam infimis, alieno periculo cibum non quærere, potum recusare, peccatum fateri, seque ipsum pro populo offerre morti, ut in se divina indignatio converteretur. Quid aliâ dicam? quod dolum meditantibus os suum non aperiebat, et tanquam non audiens, nullum sermonem referendum putabat. Non respondebat convitiis, cum sibi derogaretur, orabat, cum maledicteretur, benedicebat. ambulans in simplicitate, et superborum fugitans arrogantiam, sectator exstitit immaculatorum. qui cinerem miscebat alimentis suis, cum peccata propria deplorarent, et potum suum temperabat fletibus. Et quid plura de eo dicam? De quo hujusmodi Dei processit sententia, ut de eo diceret: inveni David servum meum secundum cor meum! quis enim ni sanctitate cordis et justitia sicut ipse ambulavit, ut impleret voluntatem Dei? propter quem et delinquentibus posteris ejus venia data est, et prærogativa est reservata heredibus.

Feria III.

Lectio I.

De libro tertio Regum. cap: 3.

Apparuit autem Dominus Salomoni per
omnium nocte, dicens: postula, quod vis,
ut dem tibi. Et ait Salomon: tu fecisti
cum servo tuo David patre meo misericordiam
magnam, sicut ambulavit in conspectu tuo
in veritate, et justitia, et recto corde tecum:
custodisti ei misericordiam tuam grandem,
et dedisti ei filium sedentem super thronum
ejus, sicut est hodie. * Et nunc Domine
Deus, tu regnare fecisti servum tuum pro
David patre meo: ego autem sum puer par-
vulus, et ignorans egressum et introitum
meum. Et servus tuus in medio est populi,
quem elegisti, populi infiniti, qui numerari et supputari non potest pro multitu-
dine. Dabis ergo servo tuo cor docile, ut
populum tuum judicare possit, et discernere
inter bonum et malum. Quis enim poterit
judicare populum istum, populum tuum
hunc multum? ℣. Placuit ergo sermo
coram Domino, quod Salomon postulaverit hu-
jusmodi rem. Et dixit Dominus Salomoni:
quia postulasti verbum hoc, et non petisti
dies multos, nec divitias, aut animas ini-
micorum tuorum, sed postulasti tibi sapien-
tiam ad discernendum judicium: ecce feci
tibi secundum sermones tuos, et dedi tibi cor
sapiens et intelligens, in tantum, ut nullus
ante te similis tui fuerit, nec post te surratu-
rus sit. * Sed et hoc, quod non postulasti, dedi
tibi: divitias scilicet et gloriam, ut nemo fuerit
similis tui in regibus, cunctis retro diebus.
Si autem ambulaveris in viis meis, et

custodieris precepta mea et mandata mea, fiant ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos.

R. R. ex II. Nocturno Dominico precedentis.

Lectio II.

Ex commentario sancti Joannis Chrysostomi in Matthæum. hom. 23.

Salomon, quia illa petiit, quæ petere oportebat, vide quam cito aueperit. Duo igitur observare oportet orantem, ut et vehementer petat, et ea petat, quæ sibi expediunt: quando quidem et vos, etiamsi patres fitis, filios vestros petere finitis: et si damnosum sit illud, quod petunt, negatis; sin utile sit, annuitis et datis. Tu igitur hæc cogitans ne absistas, donec aueperis; ne recedas, donec niveneris; ne fundum remittas, donec aperiatur janua. Si enim hoc animo aueperis, dixerisque: nisi recipiam, non abeo: prorsus accipies, si tamen illa petas, quæ Dei, a quo petis, et tibi expedit, ut detur. quonam porro sunt hæc? Si spiritualia petas omnia, si postquam offensas remiseris, sic audeas remissionem petens: si absque ira et disceptationibus sanctas manus attollamus: si sic petamus, accipiemus. Nunc vero nostra petitio irrisio est, potiusque ebriorum hominum, quam sobriorum. quid igitur, inquies, si spiritualia petam, nec accipiam? Non studiose procul dubio postulasti; vel te ipsum indignum fecisti, qui acciperes; audacius, quam par erat, abscessisti.

Feria IV.

Lectio I.

Ædificavit Salomon domum Domini, et
onsummavit eam, et perfecit omne opus,
uod faciebat in domo Domini, et intulit,
ua sanctificaverat pater suus, argentum
t aurum et vasa, reposuitque in thesau-
is domus Domini. Et intulerant sa-
erdotes arcam fœderis Domini in lo-
um suum, in oraculum templi, in
anctum sanctorum, subter alas cherubim.
9 In arca autem non erat aliud, nisi duo
abulæ lapideæ, quas posuerat in ea Moy-
es in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus
um filiis Israel, cum egrederentur de
erra Ægypti. Factum est autem, cum exi-
ent sacerdotes de sanctuario, nebula im-
levit domum Domini. Et non poterant
acerdotes stare et ministrare propter ne-
ulam: implevérat enim gloria Domini
omum Domini. 12 Tunc dixit Salo-
non: Dominus dixit ut habitaret in
ulegio, et expandit manus suas in cœlum,
ixit: Domine Deus Israel, non est si-
ilis tui Deus in cœlo desuper, et super
erram deorsum, qui custodis pactum et
niserationem servis tuis, qui ambulant coram
e in toto corde suo. qui custodisti servo tuo
avid patri meo, quæ locutus es ei: ore locutus
es, et manibus perfecisti, ut hæc dies probat.
16 Nunc ergo Domine Deus Israel,
conserva famulo tuo David patri meo,
uæ locutus es ei, dicens: non auferetur
e de vir coram me, qui sedeat super
hronum Israel: ita tamen, si custodierint

filii tui viam suam, ut ambulent coram me, sicut tu ambulasti in conspectu meo. Et nunc Domine Deus Israel, firmentur verba tua, quæ locutus es servo tuo David patri meo.

℟. ℟. ex III. Nocturno Dominico præcedentis.

Lectio II.

Ex tractatu sancti augustini Episcopi super Psalmos. in Psal. 126.

Salomon erat tempore suo filius David, magnus ille, per quem multa sancta præcepta, et salubria monita, et divina sacramenta Spiritus sanctus in divinis litteris operatus est. Nam ipse Salomon mulierum amator fuit, et reprobatus est a Deo: usque adeo laqueus illi fuit illa cupiditas, ut a mulieribus etiam idolis sacrificare cogeretur, sicut de illo Scriptura testis est. Sed si illo cadente, quæ per illum dicta sunt, delerentur, iudicaretur quia ipse dixerat, non per illum dicta erant. Optime igitur etiam hoc egit misericordia Dei, ut quidquid boni per Salomonem dictum est, Deo tribueretur; peccatum autem hominis homini. Ipse Salomon ædificaverat templum Domino, in typo quidem, et in figura futuræ ecclesiæ et corporis Domini; unde dicit in Evangelio: Solvite templum hoc, et in triduo excitabo illud. quia ergo ipse ædificaverat illud templum, ædificavit sibi templum verus Salomon Dominus noster Jesus Christus, verus pacificus. Est autem ille verus pacificus, de quo dicit apostolus: ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum: ipse est verus pacificus, qui duos parietes diverso venientes in se copulavit, quibus factus est

lapis angularis, venienti populo ex circum-
cisione credentium, et venienti populo ex
propatio gentium, et ipsorum credentium:
fecit unam ecclesiam de duobus populis:
factus est illis lapis angularis, et ideo vere
pacificus.

Feria V.

Lectio I.

De libro tertio Regum. cap. 9.

Factum est autem cum perfeciset Salomon
edificium domus Domini et edificium
regis, et omne quod optaverat et voluerat
facere, apparuit ei Dominus secundo sicut
apparuerat ei in Gabaon. Dixitque Dominus
ad eum: exaudivi orationem tuam et depre-
cationem tuam, quam deprecatus es coram
me: sanctificavi domum hanc, quam edifi-
casti, ut ponerem nomen meum ibi in
sempiternum, et erunt oculi mei et cor meum
ibi cunctis diebus. ✠ Tu quoque si ambulaveris
coram me, sicut ambulavit pater tuus, in
simplicitate cordis et in equitate, et fe-
ceris omnia, quæ præcepi tibi, et legitima
mea et judicia mea custodieris: ponam thronum
regni tui super Israel in sempiternum,
sicut locutus sum David patri tuo, dicens: non
auferetur vir de genere tuo de solio Israel.
Si autem aversione averti fueritis vos et
filii vestri, non sequentes me, nec custodien-
tes mandata mea et cæremonias meas,
quas proposui vobis, sed abieritis et colue-
ritis deos alienos, et adoraveritis eos: aufe-
ram Israel de superficie terræ, quam dedi
eis: et templum, quod sanctificavi nomini
meo, projiciam a conspectu meo, eritque Is-
rael in proverbium et in fabulam cunctis
populis. ✠ Et domus hæc erit in exemplum:

omnis qui transierit per eam, stupebit, et sibilabit, et dicet: quare fecit Dominus sic terre huic, et domui huic? Et respondebunt: quia dereliquerunt Dominum Deum suum, qui eduxit patres eorum de terra egypti, et secuti sunt deos alienos, et adoraverunt eos, et coluerunt eos: ideirco induxit Dominus super eos omne malum hoc.

RR ex I. Nocturno Dominice precedentis.

Lectio II.

Ex tractatu sancti augustini super Psalmos. c.c.

Salomon ille filius David, de muliere Bethsabee, rex Israel, figuram gestabat Christi pacifici, quando templum edificavit: ideo ne illum putes Salomonem qui edificavit Domum Deo, alium Salomonem tibi ostendens Scriptura, sic cepit in Psalmo: nisi Dominus edificaverit domum, in vanum laborave-runt edificantes eam. Dominus ergo edificat domum, Dominus Jesus Christus edificat domum suam. Quæ autem domus Dei, et ipsa civitas? Domus enim Dei populus Dei: quia domus Dei templum Dei. Et quid dicit apostolus? Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Omnes autem fideles, quæ est domus Dei, non solum qui modo sunt, sed et qui ante nos fuerunt, et iam dormierunt, et qui post nos futuri sunt, adhuc qui nasci habent in rebus humanis usque in finem seculi, congregati in unum fideles innumerabiles, sed Domino numerati, de quibus dicit apostolus: novit Dominus qui eius sunt; grana illa, quæ modo gemunt inter paleas, quo-nam pacto unam facturæ sunt, quando

Interim N.

ores in fine fuerit ventilata: omnis ergo
numerus fidelium sanctorum ex homini-
bus commutandorum, ut fiant equales an-
gelis Dei adiungi etiam ipsi angelis, omnes
simul unam domum Dei faciunt et unam
civitatem.

Feria VI.

Lectio I.

De libro tertio Regum. cap. ii.

Rex autem Salomon adamavit mulieres
alienigenas multas. cumque iam esset se-
nex, depravatum est cor eius per mulie-
res, ut sequeretur & deos alienos: nec
erat cor eius perfectum cum Domino Deo
suo, sicut cor David patris eius. Sed colebat
Salomon astarthen deam Sidoniorum, et
Moloch idolum Ammonitarum. ✠ Fe-
citque Salomon, quod non placuerat coram
Domino, et non adimplevit, ut sequere-
tur Dominum, sicut David pater eius.
Tunc edificavit Salomon fanum Chamos
idolo Moab in monte, qui est contra Je-
rusalem, et Moloch idolo filiorum am-
mon. atque in hunc modum fecit universis
uxoribus suis alienigenis, quae adolebant
thura, et immolabant diis suis. ℣. Igitur
iratus est Dominus Salomoni, quod aversa
esset mens eius a Domino Deo Israel, qui
apparuerat ei secundo, et praeceperat de
verbo hoc, ne sequeretur deos alienos: et non
custodivit, quae mandavit ei Dominus. ✠ Dixit
itaque Dominus Salomoni: quia habuisti
hoc apud te, et non custodisti pactum meum
et praecepta mea, quae mandavi tibi, dirum-
pens scindam regnum tuum, et dabo illud

Servo tuo. Verum tamen in diebus tuis non faciam, propter David patrem tuum: de manu filii tui scindam illud, nec totum regnum auferam, sed tribum unam dabo filio tuo, propter David servum meum, et Jerusalem quam elegi.

℟. ℟. Duo priora ex III. Nocl. Dom. precedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti augustini Episcopi contra Faustum. l. 22. cap. 88.

De Salomone quid dicam, quem vehementer arguit sancta scriptura atque condemnat, nihilque de poenitentia eius vel in eum indulgentia Dei omnino commemorat? Nec mihi prorsus occurrit, quid saltem in allegoria boni significet hoc eius flenda subversio: nisi forte quis dicat, mulieres alienigenas, quarum amore exarserat, significare ecclesias electas de gentibus. Posset hoc fortasse non absurde intelligi, si illo propter Salomonem defererent deos suos, et colerent Deum eius: cum vero ipse propter illas offendit Deum suum, et coluit deos earum, non est, quid inde boni coniectare possimus. Nec tamen nihil arbitror significare, sed malum. Apparet enim in persona huius Salomonis et mira excellentia, et mira subversio. quo digestur in illo diversis temporibus exstitit, prius bonum et posterius malum, hoc in ecclesia in ipso adhuc seculo simul uno tempore ostenditur. Nam bonos illius bonos ecclesiae, malos autem illius malos ecclesiae significatos puta: tamquam in unitate unius arcae, sicut in illo uno homine, bonos in granis, malos in palea, ut in unitate unius segetis bonos in tritico, malos in Zizaniis.

Sabbato.

Lectio I.

De libro tertio Regum. cap. ii.

ctum est in tempore illo, ut Jeroboam egrede-
tur de Jerusalem, et inveniret eum Ahias
lonides propheta in via opertus pallio novo;
erant autem duo tantum in agro. Apprehen-
nsque Ahias pallium suum novum, quo cooper-
us erat, scidit in duodecim partes. Dixit ad Jero-
oam: tolle tibi decem scissuras; hæc enim dicit
minus Deus Israel: ecce ego scindam regnum
manu Salomonis, et dabo tibi decem tribus. *
ec una tribus remanebit ei, propter servum
eum David, et Jerusalem civitatem, quam
legi ex omnibus tribubus Israel: eo quod
reliquerit me, et non ambulaverit in viis meis,
fecerit justitiam coram me, et præcepta mea
judicia sicut David pater ejus. Nec auferam
nne regnum de manu ejus, sed ducem po-
am eum cunctis diebus vitæ suæ: propter
vid servum meum, quem elegi, qui custodi-
t mandata mea et præcepta mea. ℣. Aufe-
m autem regnum de manu filii ejus, et
bo tibi decem tribus: filio autem ejus dabo
bum unam, ut remaneat lucerna David ser-
meo cunctis diebus coram me in Jerusalem
vitate, quam elegi, ut esset nomen meum
i. Te autem assumam, et regnabis super
nnia, quæ desiderat anima tua, eris que rex
per Israel. * Si igitur audieris omnia, quæ
præcepero tibi, et ambulaveris in viis meis,
feceris quod rectum est coram me, custodiens
andata mea et præcepta mea, sicut fecit
vid servus meus: ero tecum et ædificabo
bi domum fidelem, quomodo ædificavi David
mum; et tradam tibi Israel. Dies autem, quos
gnavit Salomon in Jerusalem super omnem
rael, quadraginta anni sunt. Dormivitque
lomon cum patribus suis, et sepultus est in

civitate David patris sui, regnavitque Roboam filius eius pro eo.

℟. Duo posteriora ex III. Nocturni Dom. præcedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi de civitate Dei. l. iv. cap. 20. 21. 22.

Salomon bonis initiis, malos exitus habuit. quippe secundo res, quo sapientium animos fatigant, magis huic obfuerunt, quam profuit ipsa sapientia, etiam nunc et deinceps memorabilis, et nunc longe latèque laudata. Diviso autem populo primus regnavit in Jerusalem Roboam rex Juda, filius Salomonis; et in Samaria Jeroboam rex Israel servus Salomonis. Ille mente perversa credens Deo, quem veracem promisso sibi regno dato que probaverat, timuit, ne veniendo ad templum Dei, quod erat in Jerusalem, quo secundum divinam legem veniendum fuit, seduceretur ab eo populus, et stirpi David tanquam regio semini redderetur; et instituit idololatriam in regno suo, et populum Dei secum simulacrorum cultu obstrictum nefanda impietate decepit. Nec tamen omni modo cessavit Deus non solum illum regem, verum etiam successores eius et impietatis imitatores, populumque ipsum arguere per prophetas.

Ad Vesperas Duplex.

Ad Magnif. ant. Ascendit Elias per turbinem in cælum; Eliseus autem videbat et clamabat: ✠ Pater mi, pater mi, currus Israel et auriga eius. 4. Reg. 2.

Oratio Saram. Gelas.

Deus, cuius providentia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus, ut noxia cuncta submoveas, et omnia nobis profutura concedas. Per Dominum.

P. C.

Dominica VII. post Pentecosten.

Duplex maius j2. lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

De libro tertio Regum. cap. 18.

Post dies multos factum est verbum Domini
ad Eliam in anno tertio, dicens: vade et
ostende te Achab, ut dem pluviam super fa-
ciem terræ. Ivit ergo Elias, ut ostenderet se
Achab. Venitque Achab in occursum Eliæ.
Et cum vidisset eum, ait: tune es ille, qui
conturbas Israel? Et ille ait: non ego turba-
vi Israel, sed tu et domus patris tui, qui
dereliquistis mandata Domini, et secuti
estis Baalim. Verumtamen nunc mitte, et
congrega ad me universum Israel in monte
Carmeli, et prophetas Baal quadringentos
quinquaginta, prophetas quoque lucorum qua-
dringentos, qui comedunt de mensa Jezabel.

℟. Jeroboam peccare fecit Israel, et viam pec-
candi Ephraim; * et plurima redundaverunt
peccata ipsorum; valde averterunt illos a
terra sua. ℣. Separavit Israel a Domino, et
peccare eos fecit peccatum magnum. * et.
Gali. 47. 4. Reg. 17.

Lectio II.

Misit Achab ad omnes filios Israel, et con-
gregavit prophetas in monte Carmeli.
Dixitque autem Elias ad omnem populum
dixit: usquequo claudicatis in duas partes?
si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem
Baal, sequimini illum. Et non respondit ei
populus verbum. Rursusque Elias ad po-
pulum: ego remansi propheta Domini solus;
prophetæ autem Baal quadringenti quin-
quaginta viri sunt. Detur nobis duo boves,
et illi eligant sibi bovem unum, et in frusta ce-
dentes ponant super ligna, ignem autem non

supponant: et ego faciam bovem alterum, et imponam super ligna ignem autem non supponam. Invocate nomina deorum vestrorum, et ego invocabo nomen Domini mei: et Deus, qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. Respondens omnis populus ait: optima proposito. ℟. Noster Dominus Deus est quem non reliquimus: * nos custodimus precepta Domini Dei nostri, quem vos reliquistis. ℣. Quare transgredimini preceptum Domini, quod vobis non proderit, et dereliquistis Dominum? * nos. 2. Paral. 32. et 24.

Lectio III.

Dixit ergo Elias prophetis Baal: eligite vobis bovem unum, et facite primi, quia vos plures estis: et invocate nomina deorum vestrorum, ignem que non supponatis. qui cum tulissent bovem, quem dederat eis, fecerunt: et invocabant nomen Baal de mane usque ad meridiem, dicentes: Baal exaudi nos. Et non erat vox, nec qui responderet: transiliebantque altare quod fecerant.

℟. Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum: * os habent, et non loquentur, aures habent et non audient. ℣. Ite, et invocate deos, quos elegistis. * os. Psl. 113. Judic. 10.

Lectio IV.

Cumque iam tempus esset, ut offerretur holocaustum, audens Elias propheta ait: Domine Deus Abraham et Isaac et Israel, ostende hodie, quia tu es Deus Israel, et ego servus tuus, et iuxta preceptum tuum feci omnia verba hec. Exaudi me Domine, exaudi me: ut discat populus iste, quia tu es Dominus Deus, et tu convertisti cor eorum iterum. Cecidit autem ignis Domini, et voravit holocaustum, et ligna

lapides, pulverem quoque, et aquam, quæ erat in agne ductu, lambens. quod cum vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, et ait: Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus. Dixitque Elias ad eos: apprehendite prophetas Baal, et ne unus quidem effugiat ex eis. quos cum apprehendissent, duxit eos Elias ad torrentem Cison, et interfecit eos ibi. ℣. Confundantur et pereant, et cognoscant, quia nomen tibi Dominus: * tu solus altissimus in omni terra. ℣. Vide, quod ego sim solus, et non sit alius Deus præter me. * tu. ℣. Gloria. * tu. Ps. 82. Deut. 32.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex libro sancti Cypriani Episcopi et Martyris de unitate ecclesiæ.

Immortalitate potiri quomodo possumus, nisi ea, quibus mors expugnatur, et vincitur, Christi mandata servemus? ipse monendo et dicendo: si vis ad vitam venire, serva mandata, iterum: si feceritis, quæ mando vobis, iam non dicam vos servos sed amicos. Hos denique fortes dixit et stabiles, hos super petram robusta mole fundatos, hos contra omnes tempestates et turbines venti immobili et inconcussa firmitate solidatos. Verbis igitur eius insistere, quocumque docuit et fecit, discere et facere debemus. Cæterum credere se in Christum quomodo dicat, qui non facit, quod Christus facere præcepit? aut unde perveniet ad præmium fidei, qui fidem non vult servare mandati? Multa necesse est et vagetur, et spiritu erroris arreptus relictis suis, quem ventus excussit, ventiletur, nec ambulando proficiet ad salutem, qui salutaris viæ non tenet veritatem.

℟. Surrexit Elias propheta quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardebat: ✱ verbo Domini continuit coelum. ℣. Elias oravit ut non plueret, et non pluit: et rursum oravit, et coelum dedit pluviam. ✱ verbo. Luc. 4. 8. Jac. 5.

Lectio VI.

Cavenda sunt autem, fratres dilectissimi, non solum quæ sunt aperta atque manifesta, sed et astutæ fraudis subtilitate fallentia. Quid vero astutius, quidve subtilius, quam ut Christi adventu detectus a profligatus inimicus, postquam lux gentibus venit, et hospitalis hominibus salutare lumen effulsit, ut surdi auditum gratiæ spiritalis admitterent, aperirent ad Deum oculos suos cæci, infirmi æterna sanitate revalescerent, claudi ad ecclesiam currerent, multi clarisvocibus et precibus orarent: videns illæ idola derelicta, et per nimium credentium populum sedes suas ac templa deserta, excogitaverit novam fraudem, ut sub ipso Christiani nominis titulo fallat incautos? Hæreses invenit et schismata, quibus subverteret fidem, veritatem corrumperet, scinderet unitatem, quos detinere non potest in via veteris coeitate, circumscribit et decipit novi itineris errore.

℟. Audens Elias ad omnem populum ait: usque quo claudicatis in duas partes? ✱ si Dominus est Deus, sequimini eum. ℣. Nemo servus potest duobus dominis servire: aut enim unum odiet, et alterum diliget: aut uni adhærebit, et alterum contemnet. ✱ Si. 3. Reg. 18. Luc. 16.

Lectio VII.

Rapit de ipsa ecclesia homines, et dum sibi appropinquare eam lumini, atque evasisse

Pro Dominica alia ℟℟.

Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine introibit in regnum cœlorum: ✱ sed † qui facit voluntatem patris mei, ipse introibit in regnum cœlorum. ℣. Quid prodest, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? numquid poterit fides salvare eum? † qui. Matth. 7. Jac. 2.

℟. Attendite a falsis prophetis ✱ qui † veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. ℣. Non omnes missi eos: et ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, ut pereatis. † veniunt. Matth. 7. Jer. 27.

culi noctem videntur, alias nescientibus tenebras rursus infundit: ut cum Evangelio Christi, et cum observatione eius et lege non loquentes, christianos se vocent, et ambulantes in tenebris habere se lumen existiment; blandiente adversario atque fallente, qui secundum apostoli vocem transfigurat se velut angelum lucis, et ministros subornat suos velut ministros iustitiæ; aferentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub protextu fidei, anti christum sub vocabulo Christi: ut cum verisimilia mentiuntur, veritatem subtilitate fraudentur.

℣. Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel: * prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus, et quærunt animam meam, ut auferant eam. ℣. An nescitis in Elia quid dicat scriptura: quemadmodum interpellat Deum adversum Israel? * prophetas. 3. Reg. 19. Rom. 11.

Lectio VIII.

Hoc eo fit, fratres dilectissimi, dum ad veritatis originem non redditur, nec capat quæritur, nec magistri cælestis doctrina servatur. Quo si quis consideret et examinet, tractatu longo atque argumentis opus non est. Brevitas est ad fidem facilis compendio veritatis. Loquitur Dominus ad Petrum: ego dico tibi, inquit, quia tu es Petrus, et super istam petram ædificabo ecclesiam meam, et portæ inferorum non vincent eam: et tibi dabo claves regni cælorum. Et iterum eidem post resurrectionem suam dicit: pasce oves meas. Super

℟. Prophetant de corde suo: * consumunt pulvillos sub omni cubito manus, et faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis animas. ℣. a fructibus eorum cognoscetis eos. * consumunt. Ezech. 13. Matth. 7.

unum ædificat ecclesiam suam. Etsi quamvis apostolis omnibus parem potestatem tribuat, tamen, ut unitatem manifestaret, unitatis eiusdem originem ab uno incipientem sua authoritate disposuit. Hoc utique erant et cæteri apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi et honoris et potestatis; sed exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclesia una ac per monstretur.

℟. Dixit Elias divinum responsum: reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal: ✠ sic et in hoc tempore † reliquiæ secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt. ℣. antequam veniat dies Domini magnus, convertet Elias cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum. ✠ sic. ℣. Glorià. † reliquiæ. Rom. 11. et Mal. 4.

℟. Solliciti (estote) servare unitatem Spiritus in vinculo pacis: ✠ unus Dominus, una fides, unum baptisma. ℣. qui ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. ✠ unus. ℣. Glorià. ✠ unus. Eph. 4. Matth. 18.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses. cap. 2.

Debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti a Deo, quod elegerit vos Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus et in fide veritatis: in qua et vocavit vos per evangelium nostrum, in adquisitionem gloriæ Domini nostri Jesu Christi. Itaque fratres, state et tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram. Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, et Deus et Pater vester, qui dilexit nos, et dedit consolationem æternam et spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra, et confirmet in omni operè et sermone bono.

℟. Scriptus est Elias in judiciis temporum, ✠

lenire iracundiam Domini, conciliare cor
patris ad filium, et restituere tribus Jacob. V.
Elias quidem venturus est, et restituet omnia:
dico autem vobis, quia Elias iam venit. ℟ Venire.
Luc. 1. 16. Matth. 17.

Lectio X. cap. 5.

Vecetero, fratres, orate pro nobis, ut sermo
Dei curram et clarificetur, sicut et apud vos:
et ut liberemur ab importunis et malis homini-
bus; non enim omnium est fides. Fidelis
autem Dominus est, qui confirmabit vos et cu-
stodiet a malo. Confidimus autem de vobis
in Domino, quoniam quæ præcepimus,
et facitis et facietis. Dominus autem
dirigat corda vestra in charitate Dei et pa-
tientia Christi.
℟. Amplificatus est Elias in mirabili-
bus suis: ℣. in turbine raptus est, et im-
pletus est spiritus eius.
℟. Transtulit illum Deus: ante trans-
lationem enim testimonium habuit
placuisse Deo. ℣. in. Luc. 1. 16. Hebr. 11.

Lectio XI.

Denuntiamus autem vobis, fratres, in
nomine Domini nostri Jesu Christi, ut
subtrahatis vos ab omni fratre ambu-
lante inordinate, et non secundum tradi-
tionem, quam acceperunt a nobis. Ipsi
enim scitis, quemadmodum oporteat imitari
nos: quoniam non inquieti fuimus inter
vos, nec gratis panem manducavimus ab
aliquo, sed in labore et fatigatione nocte
et die operantes, ne quem vestrum gra-
varemus. Non quasi non habuerimus
potestatem, sed ut nos metipsos formam
daremus vobis ad imitandum nos. Nam et
cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus
vobis: quoniam si quis non vult operari,

non manducet; audivimus enim inter vos quosdam ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes. His autem, qui ejus modi sunt, denuntiamus, et obsecramus in Domino Jesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducent.

℟. Misit ad Naaman Eliseus dicens: vade et lavare septies in Jordane: * descendit et lavit septies in Jordane secundum verbum viri Dei, et restituta est caro ejus, sicut caro pueri parvuli. ℣. Multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta; et nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. * Descendit. II. Reg. 5. Luc. 4.

Lectio XII.

Vos autem, fratres, nolite deficere bene facientes. Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, et ne commisceamini cum illo, ut confundatur: et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. Ipse autem Dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis. Salutatio mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola. Ita scribo. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. amen.

℟. pro Dominica. Seraphim clamabant alter ad alterum: * Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum: † plena est omnis terra gloria ejus. ℣. Tres sunt, qui testimonium dant in coelo, Pater, Verbum, et Spiritus Sanctus; et hi tres unum sunt. * Sanctus. ℣. Gloria. † plena. Ita. 6. j. Joan. 5.

℟. Infra hebdomadam. Potentia nemo vicit Eliseum: * mortuum prophetavit corpus ejus, † in vita sua fecit monstra, et in morte

mirabilia operatus est. ℣. Proiecerunt cadaver in sepulcro Elisæi: quod cum tetigisset ossa Elisæi, revixit homo, et stetit super pedes suos. ✠ mortuum. ℣. gloriâ. ✠ in vita. Psalm. 47. 4. Reg. 13.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 7.

In illo tempore: dixit Jesus discipulis suis: Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.

Ad Bened. ant. Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere: ✠ omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. Matth. 7.

Ad Magnif. ant. Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum: ✠ sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Matth. 7.

Feria II.

Lectio I.

De libro tertio Regum. cap. 19.

Nuntiavit Achab Jezabel omnia, quæ fecerat Elias, & quomodo occidisset universos prophetas gladio. Misitque Jezabel nuntium ad Eliam, dicens: hæc mihi faciant dii, & hæc addant, nisi hac hora cras ponam animam tuam sicut animam unius ex illis. Timuit ergo Elias, & surgens abiit, quocumque eum ferebat voluntas: venitque in Bersabée Juda, & dimisit ibi puerum suum, & pertransit in desertum viam unius diei. * Cumque venisset, & sederet subter unam juniperum, petivit animæ suæ, ut moreretur, & ait: sufficit mihi Domine, tolle animam meam; neque enim melior sum quam patres mei. Cumque venisset (in Horeb), mansit in spelunca, & ecce sermo Domini ad eum, dixitque illi: quid hic agis Elia? 9. At ille respondit: Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel: altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio: derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, ut auferant eam. Et ait Dominus ad eum: derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal, & omne os, quod non adoravit eum osculans manus. * Profectus ergo inde Elias, reperit Elisæum filium Saphat, arantem in duodecim jugis boum: & ipse in duodecim jugis boum unus erat: cumque venisset Elias ad eum, misit pallium suum super eum. Qui statim relictis bobus cucurrit post Eliam, & ait: osculer patrem meum & matrem meam, & sic sequar te. Dixitque ei: vade & revertere; quid enim meum erat feci tibi. Reversus autem ab eo, tulit par

boum, et macavit illud, et in crastro boum
coxit carnes, et dedit populo, et comederunt:
consurgensque abiit, et secutus est Eliam. et
ministrabat.

℟. Zelo. et Dixit Elias. ex II. nocturno
Dominico procedentis.

Lectio II.

Ex libro moralium sancti Gregorii Pape.
l. 19. cap. 6.

Sancti, qui sancto sublevante Spiritu ad summa
ascendunt, quamdiu in hac vita sunt, ne ali-
qua elatione superbiant, quibus dona tentatio-
nibus reprimuntur: ut nequaquam tantum
proficere valeant, quantum volunt; sed ne
extollantur superbia, fit in eis ipsarum quoda-
mmensura virtutum. Hinc est enim, quod Elias,
cum ad virtutibus in alta profecisset, qua-
si mensura suspensus est, dum Jezabel
nostro modum gravioris regi nam, tamen mu-
lieris fugit. Perpendo quippe hunc miro
virtutis virum ignem de coelo trahere, et se-
cundo quinquagenarios cum suis omnibus
ultione subita consumere, verbo coelos a
pluviis claudere, verbo coelos ad pluvias
aperire, suscitantem mortuos, ventura
usque providentem: et ecce rursus animo
cecidit, quo pavore ante unam mulier-
culam fugerit. Considero virum tantum per-
culsum de manu Dei mortem petere, nec
accipere: de manu mulieris mortem fugi-
endo vitare. quorebat enim mortem, dum
fugeret, dicens: sufficit mihi, tolle ani-
mam meam; neque enim melior sum quam
patres mei. unde ergo fit potens, ut tot
tas virtutes faciat? unde fit infirmus,
ut vita feminam pertimescat, nisi quia
aque appendunturmensura? ut ipsi sancti
Dei homines et multum valeant per

potentiam dei, & rursum quadam measura moderatissit per infirmitatem suam? In illis virtutibus Elias, quid de Deo aueperat; in istis infirmitatibus, quid de se esse poterat, agnoscebat. Illa potentia virtus fuit, ista infirmitas custos virtutis. In illis virtutibus ostendebat quid aueperat; in istis infirmitatibus hoc, quod aueperat, custodiebat. In miraculis monstrabatur Elias, in infirmitatibus seruabatur.

Feria III.

Lectio I.

De libro tertio Regum. cap. 21.

Factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens: surge et descende in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria: ecce in vinea Naboth descendit, ut possideat eam; et loquéris ad eum, dicens: hæc dicit Dominus: occidisti, insuper et possedisti: in loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. ℣ Dixit Achab ad Eliam: numquid invenisti me inimicum tibi? qui dixit: inveni, eo quod venumdatus sis ut facias malum in conspectu Domini. Ecce ego inducam super te malum, et demetam posteriora tua, et dabo domum tuam sicut domum Jeroboam filii Nabat: quia egisti, ut me ad iracundiam provocares, et peccare fecisti Israel. ℣. Sed et de Jezabel locutus est Dominus dicens: canes comedent Jezabel in agro Jezrahel. Si mortuus fuerit Achab in civitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cæli. Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venumdatus est, ut faceret malum in conspectu Domini: concitavit enim eum Jezabel uxor sua; et abominabilis factus est

in tantum, ut sequeretur idola, quo fece-
runt amorrhæi, quos consumsit Dominus
a facie filiorum Israel. + Stagne cum audis-
set Achab sermones istos, scidit vestimenta
sua, et operuit cilicio carnem suam, jeiuna-
itque et dormivit in sacco, et ambulavit
demisso capite. Et factus est sermo Domini
ad Eliam Thesbiten, dicens: nonne vidisti
humiliatum Achab coram me? quia igi-
tur humiliatus est mei causa, non inducam
malum in diebus eius, sed in diebus filii
ejus inferam malum domui eius.
℣. R. ex I. Nocturno Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
hom. 2. de poenit.

Habes alteram poenitentiæ viam: quam
tandem illam? peccatum flere. ~~gehenna~~
~~fugatur~~ Peccasti? fleto, et peccatum solvis. quis-
nam fuit labor? nihil a te amplius requiro,
quam ut fleas peccatum. unde vero hoc fit,
inquis, ut si plorem, peccatum solvam? Hu-
jus rei demonstrationem habes ex scriptura.
Fuit rex quidam Achab: is vero impius fuisse
perhibetur; cæterum propter Jezabel uxo-
rem suam impiste regnabat. Mittit ad
eum Eliam prophetam Deus, et recitat
illi sententiam. Hoc cum audisset Achab,
contristatus est, et propter peccatum suum
dolorabat. Agnovit iniquitatem, et sta-
tim in eum sententiam revocavit Deus.
Sed prius Elio se excusavit Deus, ne forte
mendax videretur. Papæ! Dominus servi
sui advocatus, et apud hominem Deus
homini patrocinatur. Vili existimare,
inquit, me causa me illi pepercisse:
mutavit mores, et iram meam mutavi

atque mitigavi. Ne vero falsus propheta censearis, siquidem vera pronunciasti; nisi mores mutasset, ea passurus erat, quæ sententia minabatur. Dixit Deus ad Eliam: vidisti quemadmodum incesserit Achab plorans et tristis? Non faciam secundum iram meam. Videlicet ploratu peccata deleri.

Feria IV.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 2.

Factum est autem, cum elevare vellet Dominus Eliam per turbinem in cœlum, ibant Elias et Eliseus de Gálgalis, dixitque Elias ad Eliseum: sede hic, quia Dominus misit me usque in Bethel. Cui ait Eliseus: vivit Dominus, et vivit anima tua, quia non derelinquam te. Cumque descendissent Bethel, egressi sunt filii prophetarum, qui erant in Bethel, ad Eliseum, et dixerunt ei: numquid nosti, quia hodie Dominus tollet dominum tuum a te? qui respondit: Et ego novi; silete. ✠ Dixerunt igitur ambo pariter et quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt eos, qui et steterunt e contra longe: illi autem ambo stabant super Jordanem. Tulitque Elias pallium suum et involvit illud, et percussit aquas, quæ divisæ sunt in utramque partem, et transierunt ambo per siccum. ℣. Cumque transissent, Elias dixit ad Eliseum: postula quod vis, ut faciam tibi, antequam tollar a te. Dixitque Eliseus: obsecro, ut fiat in me duplex spiritus tuus. qui respondit: rem difficilem postulasti: attamen si videris me, quando tollar a te, erit tibi quod petisti; si autem non videris, non erit. ✠ Cumque

pergerent, et incedentes sermocinarentur,
ecce currus igneus et equi ignei diviserunt utrumque: et ascendit Elias per turbinem in coelum; Eliseus autem videbat et clamabat: pater mi, pater mi, currus Israel, et auriga eius. Et non vidit eum amplius: apprehendit que vestimenta sua, et scidit illas in duas partes.

℟. ex III. Nocturno Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo Sancti Gregorii Papæ.

hom. 30. in Evang.

In veteri testamento cognovimus, quod Elias raptus in coelum. Sed aliud est coelum aëreum, aliud æthereum. Coelum quippe aëreum terræ est proximum. In coelum itaque aëreum Elias sublevatus est, ut in secretam quamdam terræ regionem repente duceretur, ubi in magna iam carnis et spiritus quiete viveret, quousque ad finem mundi redeat, et mortis debitum solvat. Ille etenim mortem distulit, non evasit. Notandum quoque est, quod Elias in curru legitur ascendisse: ut videlicet aperte demonstraretur, quia homo purus adiutorio indigeat alieno. Per angelos quippe facta illa et ostensa sunt adiumenta: quia nec in coelum quidem aëreum per se ascendere poterat, quem naturæ suæ infirmitas gravabat. Sicut autem Joseph a fratribus venditus venditionem Redemptoris nostri figuravit: sic Enoch translatus, atque ad coelum aëreum Elias sublevatus ascensionem Dominicam designavit. Ascensionis ergo suæ Dominus nuntios et testes habuit, unum ante se legem, alium sublege: ut quandoque veniret ipse, qui veraciter coelos penetrare potuisset. Unde et ipse ordo in eorum quoque utrorumque sublevatione per quos ad

incrementa distinguitur: etiam Enoch translatus, Elias vero ad coelum subvectus esse memoratur: ut veniret postmodum, qui neo translatus nec subvectus, coelum aethereum sua virtute penetraret.

Feria V.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 4.

Cum venisset mulier ad virum Dei in montem, apprehendit pedes eius: accessit Giezi ut amoveret eam. Dixitque homo Dei: Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est, et Dominus celavit a me, et non indicavit mihi. Quae dixit illi: numquid petivi filium a domino meo? numquid non dixi tibi: ne illudas mihi? * Ille ait ad Giezi: accinge lumbos tuos, et tolle baculum meum in manu tua, et vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: et si salutaverit te quispiam, non respondeas illi: et pones baculum meum super faciem pueri. Dixitque mater pueri ait: vivit Dominus et vivit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo et secutus est eam. Giezi autem praecesserat ante eos, et posuerat baculum super faciem pueri, et non erat vox neque sensus: reversusque est in occursum eius, et nuntiavit ei dicens: non surrexit puer. ℣. Ingressus est ergo Elisaeus domum, et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius: ingressusque clausit ostium super se et super puerum: et oravit ad Dominum. Et ascendit et incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius, et oculos suos super oculos eius, et manus suas super manus eius: et incurvavit se super eum, et calefacta est caro pueri. * Et ille reversus deambulavit in domo semel huc atque illuc: et ascendit,

Inclinavit super eum: & osculatus est puer
ophies, aperuitque oculos. At ille vocavit
ezi, & dixit ei: voca Sunamitidem hanc.
ue vocata ingressa est ad eum, qui ait:
lle filium tuum. Venit illa, & corruit
pedes eius, & adoravit super terram: tu-
ique filium suum, & egressa est.
R. ex II. Vsq. Dominica precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
Serm. 26. de verbis Psal. 91.

Mende Elisæum in magno atque my-
erio, tamquam prophetam, agendo pro-
ndiandem, non solum loquendo. Mortuus
st filius hospitæ ipsius. Quid significabat
ortuus puer, nisi Adam? Denuntiatum est
ndo prophetæ, gerenti in prophetia
pum Domini nostri Jesu Christi: misit per
rum baculum suum, Saitulli: vade,
de, pone super puerum mortuum. Surrexit
le tamquam servus obediens. Sciebat pro-
eta, quid fecerat. Posuit baculum super
ortuum, non surrexit. Sienim data
et lex, quæ posset vivificare, omnino
lege esset justitia. Non enim potuit lex
vificare. Venit ipse grandis ad parvulum,
valor ad salvandum, vivus ad mortuum:
uit ipse. Et quid fecit? invalida mem-
a contraxit, tamquam se ipsum exina-
iens, ut formam servi susciperet. Inva-
alia ergo membra contraxit, parvum se
ervo coaptavit, ut efficeret corpus humi-
itatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ.
Itaque in isto typo Christi prophetice ex-
repto jugulatus est mortuus, tamquam
ustificatus est impius.

Feria VI.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 5.

Venit Naaman cum equis & curribus, & stetit ad ostium domus Elisæi. Misitque ad eum Elisæus nuntium, dicens: vade & lavare septies in Jordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman recedebat dicens: putabam, quod egredderetur ad me, & stans invocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me. ℣ Cum ergo verteret se, & abiret indignans, accesserunt ad eum servi sui, & locuti sunt ei: pater, si rem grandem dixisset tibi propheta, certe facere debueras: quanto magis, quia nunc dixit tibi: lavare, & mundaberis? Descendit, & lavit in Jordane septies juxta sermonem viri Dei: & restituta est caro ejus sicut caro pueri parvuli, & mundatus est. ℟. Reversusque ad virum Dei cum universo comitatu suo, venit & stetit coram eo, & ait: vere scio, quod non sit alius Deus in universa terra, nisi tantum in Israel. Obsero itaque, ut accipias benedictionem a servo tuo. At ille respondit: vivit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cumque vim faceret, penitus non adquievit. ✱ Dixitque Naaman: ut vis; sed obsero, concede mihi servo tuo, ut tollam onus duorum burdonum de terra: non enim faciet ultra servus tuus holocaustum aut victimam diis alienis, nisi Domino. Hoc autem solum est, de quo deprecetur Dominum pro servo tuo: quando ingredietur dominus meus templum Remmon, ut adoret, & illo innitente super manum meam, si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac

. qui dixit ei: vade in pace.
R. Duo postrema ex III. Noct. Dominico praec.

Lectio II.

De quaestionibus Venerabilis Bedae Presbyteri.
in l. 4. Reg. cap. 16.

ijesus Christum figuravit, Naaman vero
populum gentium. Veniente Christo in carne
Judei et gentes lepra peccatorum suorum
mundati erant. Sed Judeis in iniquitate
sua permanentibus gentes a lepra peccatorum
eorum mundatae sunt. Aqua Jordanis bap-
tismum figurabat, eo quod in ea Christus
baptizatus sit. Naaman aquis Jordanis ablu-
tus est, et a lepra mundatus: quia populus
gentium aqua sacri baptismatis a lepra pec-
catorum suorum est purgatus. Septena vero
ejus lavatio septiformem Spiritum sanctum
figuravit, per cujus operationem remissio pec-
catorum in baptismo datur: quia sicut cor-
pus visibiliter aquis baptismatis, ita anima
invisibiliter per operationem Spiritus sancti
peccatis omnibus emundatur. Unde jure
corpus ejus post lavacrum velut caro pueri par-
vuli apparuisse memoratur, sive quia omnes
in Christo baptizatos in unam paritur gratia
filios in infantiam: seu magis ille sit intelli-
gendus puer, de quo dictum est: parvulus
natus est nobis, filius datus est nobis: cujus
corpori per baptismum tota credentium soboles
generatur. Et ut cuncta hui baptismi sacra
menta praemonstrata, in quo abrenun-
ciare Satanae, et fidem confiteri praecipimur,
negat se Naaman ultra diis alienis sacrifi-
cium, soli per omnia Deo servaturus. Barba
quoque sacro sancto scalpum tollere gaudet,
quia baptizatos oportet quoque Dominici
corporis participatione confirmari. Merito

igitur Naaman, anius dum aqua corpus abluitur, fide pectus imbuitur, id est, populus gentium Judeis lepra contumacia squalentibus anteferitur.

Sabbato.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 6. 1.

Dixerunt filii prophetarum ad Elisæum: ecce locus in quo habitamus coram te, angustus est nobis. Eamus usque ad Jordanem, et tollant singuli de silva materias singulas, ut ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. qui dixit: ite. Et ait unus ex illis: veni ergo et tu cum servis tuis. Respondit: ego veniam, et abiit cum eis. * Cumque venissent ad Jordanem, cædebant ligna. Accidit autem, ut cum unus materiam secuisset, caderet ferrum securis in aquam, exclamavitque ille et dixit: heu, heu, heu domine mi, et hoc non ipsum mutuo acceperam. Dixit autem homo Dei: ubi cecidit? at ille monstravit ei locum. Præcidit ergo lignum, et misit illuc, natavitque ferrum; et ait: tolle. qui extendit manum, et sustulit illud. 9. Elisæus autem ægrotabat infirmitate, qua et mortuus est: descenditque ad eum Joas rex Israel, et flebat coram eo, dicebatque: pater mi, pater mi, currus Israel et auriga eius. Dixit ei Elisæus: affer arcum et sagittas. Cumque attulisset ad eum arcum et sagittas, dixit ad regem Israel: pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Elisæus manus suas manibus regis. * Et ait: aperi fenestram orientalem. Cumque aperuisset, dixit Elisæus: iace sagittam. Et iecit. Et ait Elisæus: sagitta salutis Domini, et sagitta

dutis contra Syriam, percutiesque Syriam
in aphec, donec consumas eam. Mortuus est
go Eliseus, & sepelierunt eum. Latrun-
di autem de Moab venerunt in terram
in ipso anno. quidam autem sepelientes
minem, viderunt latrunculos, & proiece-
unt cadaver in sepulcro Elisei. quod cum tetig-
set ossa Elisei, revixit homo, & stetit super
edes suos.
R. 10. N/2. ex III. Nat. Dom. præcedentis.

Lectio II.

Ex libro moralium sancti Gregorii Papæ.

l. 22. cap. 5.

Non negligenter intuendum est, quod prophe-
um filii cum in Jordane ligna caderent, unus
rum ferris ex manubrio in profundum lapsa
isparuit. Ferrum quippe in manubrio est
rum intellectus in corde. Ligna vero per hoc
edere, est prave agentes in crepare. quod non
ungrum dum fluxe agitur, dum lapsus va-
e gloriæ in aucpta eadem scientia non vitatur,
rum in aqua perditur, quia ex dissoluto opere
elligentia infatuatur. quam profecto
elligentiam adhuc novimus dari, ut ante
ultis oculos ex bona debeat actione restitui.
nde reste is qui ferrum amiserat, clamabat:
eu domine mi, et hoc ipsum mutuo ace-
eram. Habent enim hoc electi proprium,
si grando eis in sua scientia furtiva vano
loriæ culpa subrepit, ardor velociter redeat,
quidquid inde ante distributi meritis oculos dam-
abile inveniunt, lacrymis insequantur.
ui flentes non solum caute inspiciunt mala
ua commiserunt, sed ex aucpto munere quo
edere etiam bona debuerunt: quia nimirum
anto se amplius penatores sentiunt, quanto
ex neglectis bonis, quæ agere potuerant, debitores

tenentur. Sed nunquam Deus mentem deseruit, quo in peccatis se veraciter agnosceret. unde et nox Eliseus veniens lignum desuper misit, et ferrum in superficiem attollit: quia videlicet Redemptor noster pie nos respiciens cor peccatoris humiliat, et si quam amiserat intelligentiam reformat, lignum mergit et ferrum relevat: quia cor affligit et scientiam reparat.

Ad vesperas Duplex.

Ad Magnif. ant. Noluit Dominus disperdere domum David, propter pactum, quod inierat cum eo: ✠ et quia promiserat, ut daret ei lucernam, et filiis eius omni tempore. 2. Paral. 21.

Oratio Sac. Leon.

Largire nobis, quæsumus Domine, semper Spiritum cogitandi quæ recta sunt, propitius et agendi: ut qui sine te esse non possumus, secundum te vivere valeamus. Per Dominum.

Dominica VIII. post Pentecosten.

Duplex maius 12. lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 17.

Anno nono Oseæ regis Israel cepit rex Assyriorum Samariam, et transtulit Israel in Assyrios. Factum est enim, cum peccassent filii Israel Domino Deo suo, qui eduxerat eos de terra Ægypti de manu Pharaonis regis Ægypti, coluerunt deos alienos. Et ambulaverunt iuxta ritum gentium, quas consumserat Dominus in conspectu filiorum Israel et regum Israel, quia similiter fecerant. Et offenderunt filii Israel verbis non rectis Dominum Deum suum: et ædificaverunt sibi excelsa in cunctis urbibus suis a turre

ſtorum uſque ad civitatem munitam.
Et contraxiſti ſuper eos Domine, annos multos,
& reverberentur ad legem tuam: iſti vero ſu-
perbe egerunt & non audierunt: * & tradi-
ſti eos in manus populorum terrarum.
℣. Dederunt humerum recedentem, & cervicem
ſuam induraverunt. * & trad. 2. Eſdr. 9.

Lectio II.

Fecerunt ſibi ſtatuas & lucos in omni colle
ſublimi, & ſubter omne lignum nemoroſum:
& adolebant ibi incenſum ſuper aras in mo-
re gentium, quas transtulerat Dominus
a facie eorum, feceruntque verba peſſima
irritantes Dominum. Et coluerunt immun-
dicias, de quibus præcepit eis Dominus, ne fa-
cerent verbum hoc. Et teſtificatus eſt Domi-
nus in Iſrael & in Juda, per manum omni-
um prophetarum & videntium, dicens:
Convertimini a viis veſtris peſſimis, & cuſtodite
præcepta mea & cæremonias, juxta omnem
legem, quam præcepi patribus veſtris: & quæ
miſi ad vos in manu ſervorum meorum
prophetarum.
℣. Dereliquerunt templum Domini Dei,
fabricatique ei prophetas, ut reverterен-
tur ad Dominum: * quos proteſtantes
ei audire noluerunt. ℣. Vos ſemper Spi-
ritui ſancto reſtitiſtis, ſicut patres veſtri,
& ad vos: quem prophetarum non fuerunt per-
ſecuti patres veſtri? * quos. 2. Paral. 24. ad. 7.

Lectio III.

Qui non audierunt, ſed induraverunt
cervicem ſuam juxta cervicem patrum
ſuorum, qui noluerunt obedire Domino
Deo ſuo. Et abiecerunt legitima eius,
& pactum, quod pepigit cum patribus
eorum, & teſtificationes, quibus conteſtatus

eſtcos: ſeautique ſunt vanitates, et vane egerunt: et ſecuti ſunt gentes, quæ erant per circuitum eorum, ſuper quibus præceperat Dominus eis, ut non facerent ſicut illæ faciebant. Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei ſui: feceruntque ſibi conflatiles duos vitulos, et lucos, et adoraverunt universam militiam cœli, ſervieruntque Baal.

℟. Mittebat Dominus ad illos quotidie commonens, eo quod parceret populo et habitaculo ſuo; at illi parvi pendebant ſermones eius, * donec aſcenderet furor Domini in populum eius, et eſſet nulla curatio. ℣. Subſannaverunt nuntios Dei, illudebantque prophetis. * donec. 2. Paral. 36.

Lectio IV.

Conſecraverunt filios ſuos et filias ſuas per ignem, et divinationibus inſerviebant et auguriis: et tradiderunt ſe, ut facerent malum coram Domino, ut irritarent eum. Iratusque eſt Dominus vehementer Iſraeli, et abſtulit eos a conſpectu ſuo, et non remanſit niſi tribus Iuda tantummodo. Sed nec ipſe Iuda cuſtodivit mandata Domini Dei ſui, verum ambulavit in erroribus Iſrael, quos operatus fuerat. Proiecitque Dominus omne ſemen Iſrael, et afflixit eos, et tradidit eos in manibus direptionum, donec proïceret eos a facie ſua.

℟. Non pœnituit populus, et non receſſerunt a peccatis ſuis: * uſque dum eiecti ſunt de terra ſua, et diſperſi ſunt in omnem terram: et †. relicta eſt gens per pauca, et princeps in domo David. ℣. Quidam ipſorum fecerunt quod placeret Deo; alii autem multa commiſerunt peccata. * uſque ℣. Gloria. † relicta. Pſal. 118.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex libro sancti Cypriani Episcopi et Martyris de unitate Ecclesiæ.

Ecclesiæ unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? qui ecclesiæ renititur et resistit, in ecclesia se esse confidit? quando et beatus apostolus Paulus hoc idem doceat, et sacramentum unitatis ostendat dicens: unum corpus et unus spiritus, una spei vocationis vestræ; unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus: quam unitatem firmiter tenere et vindicare debemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida prævaricatione corrumpat. Ecclesia Domini luce perfusa orbem totum radios suos porrigit; unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur: ramos suos in uni versam terram copia uberis extendit, profluentes largiter rivos latius expandit: unum tamen caput est, origo una, et una mater fœcunditatis successibus copiosa.

℣. Fecit Ezechias quod placuit Deo, * et ambulavit in via David patris sui, quam commendavit illi Isaias propheta magnus et fidelis in conspectu Dei. ℟. Operatus est bonum rectum et verum coram Domino, volens revereri Deum suum in toto corde suo. * Et sanctificavit.

Ps. 118. 2. Basil. 31.

Lectio VI.

Illius sacro nascimur, illius lacte nutrimur, ejus carne animamur. Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est et pudica: unam domum novit. Hoc nos Deo servat, hoc filios regno generavit assignat. Quis quis ab ecclesia segregatus adulteræ jungitur, a promissis ecclesiæ separatur: nec perveniet ad Christi præmia, qui

relinquit ecclesiam Christi: alienus est, profanus est, hostis est. Habere iam non potest Deum patrem, qui ecclesiam non habet matrem. Si potuit evadere quis piam qui extra aream steterit, et qui extra ecclesiam foris fuerit evadet. Monet Dominus et dicit: qui non est mecum, adversus me est, et qui non colligit meacum, spargit. qui pacem Christi et concordiam cum pio, adversus Christum facit. qui unitatem non tenet, Dei legem non tenet, non tenet patris et filii fidem, et veritatem non tenet ad salutem.

℟. Dixit Ezechias ad sacerdotes et levitas: * Sanctificamini, mundate domum Domini, et auferte omnem immunditiam de sanctuario. ℣. Filii mei, nolite negligere, eos elegit Dominus, ut stetis coram eo, et ministretis illi. * sanctificamini. 2. Paral. 29.

Lectio VII.

Malum hoc, dilectissimi fratres, iam pridem ceperat, sed nunc vetiti eiusdem mali infesta clades, et exurgere ac pullulare plus coepit haeretica pervicacitatis et schismatum venenata pernicies: quia sic in occasu mundi fieri oportebat, pronuntiante per apostolum nobis et prenoscente Spiritu sancto: in novissimis, inquit, diebus aderunt tempora molesta, erunt homines sibi placentes, superbi, tumidi, cupidi, blasphemi, voluptates magis quam Deum diligentes, habentes deformationem religionis, virtutem autem eius abnegantes: homines corrupti sensu, reprobi circa fidem. Adimplentur, quaecumque praedicta sunt, et ad propinquante iam seculi fine, hominum pariter ac temporum probatione venerunt. Magis ac magis adversario saeviente error fallit, extollit stupor, livor incendit, cupiditas excaecat, depravat impietas, superbia inflat, discordia exasperat, ira praecipitat.

Scripsit Ezechias ad omnem Israel & Judam:
& Israel revertimini ad Dominum, et
vertatur a vobis ira furoris eius: * pius enim
& clemens est Dominus Deus vester. ℣. Nolite
durare cervices vestras: date manus
mino, et non avertet faciem suam a vobis.
rius. 2. Paral. 30.

Lectio VIII.

Non tamen nos moveat aut turbet multorum
mia & abrupta perfidia, sed potius fidem
strum pronuntiante rei veritate corroboret.
Quidam tales esse ceperunt, quia hoc ante
dicta sunt: ita coeperi fratres ab eius modi
vocant, quia & hoc ante prodicta sunt.
versandus est talis atque fugiendus, quisquis
ecclesiæ fuerit separatus. Nam esse sibi cum
isto videtur, qui adversus sacerdotes Christi
ri? quise a clero eius & plebis societate
ermit? arma ille contra ecclesiam portat,
stra Dei dispensationem repugnat: hostis
laris, adversus sacrificium Christi rebellis,
o fide perfidus, pro religione sacrilegus,
obsequens servus, filius impius, frater
imicus, contemtis episcopis & Dei sacer-
tibus derelictis constituere audet aliud
tare, Dominico hostie veritatem perfalsa
rificia profanare; nec dignatur scire, quo-
am qui contra ordinationem Dei nitit-
, ob temeritatis audaciam divina ani-
adversione punitur.

℣. Non iuxta beneficia, quæ acceperat
Ezechias, retribuit, quia elevatum est cor
ius; & facta est contra eum ira, & con-
a Judam & Jerusalem: * humiliatus
postea, & ideirco non venit super eos ira
diebus Ezechiæ. ℣. In legatione principum
Babylonis derelinquit eum Deus, ut tentaret
nota faceret, quæ erant in corde eius. * hu-
el. ℣. gloriâ. * humiliatus. 2. Paral. 32.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

Incipit Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Timotheum. cap. i.

Paulus Apostolus Jesu Christi secundum imperium Salvatoris nostri et Christi Jesu spei nostro: Timotheo dilecto filio in fide, gratia, misericordia et pax a Deo patre, et Christo Jesu Domino nostro. Sicut rogavi te, ut remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam, ut denunciares quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis et genealogiis interminatis: quæ quæstiones præstant magis, quam ædificationem Dei, quæ est in fide. Finis autem præcepti est charitas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta: a quibus quidam aberrantes conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.

℟. Manasses seduxit habitatores Jerusalem, ut facerent malum: ✠ idcirco superinduxit eis Dominus principes regis Assyriorum, ceperuntque Manassen, et vinctum duxerunt in Babylonem. ℣. Laudans est Dominus ad eum et ad populum illius, et attendere noluerunt. ✠ idcirco. 2. Paral. 33.

Lectio X.

Scimus autem, quia bona est lex, si quis ea legitime utatur: sciens hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis et non subditis, impiis et peccatoribus, parricidis et matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus et periuris, et si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur, quæ est secundum evangelium gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi. Gratias ago ei, qui me confortavit, Christo Jesu Domino nostro, quia fidelem me existimavit ponens in ministerio: qui prius blasphemus fui et persecutor,

contumeliosus: sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.
perabundavit autem gratia Domini nostri
in fide et dilectione, quae est in Christo Jesu.
. Postquam convaluatus est Manasses, *
avit Dominum, et egit paenitentiam valde
am Deo: et exaudivit orationem eius, re-
xitque eum in regnum suum. V. Quo secun-
um Deum tristitia est, paenitentiam in salu-
em stabilem operatur. * oravit. 2. Paral. 33.
Cor. 7.

Lectio XI.

idelis sermo et omni acceptione dignus, quod
hristus Jesus venit in hunc mundum pecca-
res salvos facere, quorum primus ego sum:
ideo misericordiam consecutus sum, ut in
primo ostenderet Christus Jesus omnem
tientiam ad informationem eorum, qui
diturі sunt illi, in vitam aeternam. Regi
lem saeculorum immortali, invisibili, soli
o honor et gloria in saecula saeculorum. amen.
c praeceptum commendo tibi, fili Timothee,
undum praecedentes in te prophetias, ut
ilites in illis bonam militiam, quam quidem
ellentes, circa fidem naufragaverunt: ex
ibus est Hymenaeus et Alexander, quos tradidi
hanae, ut discant non blasphemare.

. Memoria Josiae in omni ore quasi mel;
se est directus divinitus ad poenitentiam
ntis, * et tulit abominationes impietatis.
. Gubernavit ad Dominum cor ipsius,
in diebus peccatorum corroboravit pie-
tem. * et. Tuli. 49.

Lectio XII. cap. 2.

bsecro igitur primum omnium fieri
bsecrationes, orationes, postulationes,
ratiarum actiones, pro omnibus homi-
ibus: pro regibus, et omnibus qui in
ublimitate sunt, ut quietam et tranquillam

vitam agamus, in omni pietate et charitate, hoc enim bonum est et acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum homo Christus Jesus: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, testimonium temporibus suis; in quo positus sum ego praedicator et apostolus, veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide et veritate.

℟. pro Dominica. Seraphim clamabant alter ad alterum: * Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum: ℣. plena est omnis terra gloria ejus. ℟. Tres sunt, qui testimonium dant in coelo, Pater, Verbum et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt. * Sanctus. ℣. gloria. ℟. plena. Isa. 6. 1. Joan. 5.

℟. infra hebdomadam. Reliquerunt legem Altissimi reges Juda, et contempserunt timorem Dei: * dederunt regnum suum aliis, et gloriam suam alienigenae genti. ℣. Prae David, et Ezechiam et Josiam, omnes peccatum commiserunt. * Dederunt. ℣. gloria. * Dederunt. Eccli. 49.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 16.

In illo tempore: dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam erat dives, qui habebat villicum: et hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocavit illum, et ait illi: quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuae: jam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se: quid faciam, quia dominus meus aufert a me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero a villicatione,

ecipiant me in domos suas. Convocatis sin-
ulis singulis redditoribus domini sui dicebat
rimo: quantum debes domino meo? at
lle dixit: centum cados olei. Dixitque illi:
ape cautionem tuam, et sede cito, scribe
inquaginta. Deinde alii dixit: tu vero
antum debes? qui ait: centum coros tri-
ci. Ait illi: ape litteras tuas, et scribe
ctoginta. Et laudavit dominus villicum
iquitatis, quia prudenter fecisset: quia filii
ius seculi prudentiores filiis lucis in
eneratione sua sunt. Et ego dico vobis: fa-
: vobis amicos de mammona iniquitatis:
tum defeceritis, recipiant vos in aeterna
abernacula.

℣. Bened. ant. Laudavit dominus villicum
iquitatis, quia prudenter fecisset: ✱ quia
ilii huius seculi prudentiores filiis lucis
n generatione sua sunt. Luc. 16.

℣. Magnif. ant. Facite vobis amicos de mam-
ona iniquitatis: ✱ ut cum defeceritis,
ecipiant vos in aeterna tabernacula. Luc. 16.

Feria II.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 18. 19.

ixit Ezechias quod erat rectum coram
omino iuxta omnia, quo fecerat David pater
ius. In Domino Deo Israel speravit. Itaque
ostcum non fuit similis ei de cunctis regibus
uda, sed neque in his, qui ante eum fuerunt.
it adhaesit Domino, et non recessit a vestigiis
ius, fecitque mandata eius, quo praeceperat
ominus Moysi. Unde et erat Dominus cum
o, et in cunctis, ad quae procedebat, sapien-
r se agebat. ✱ Misit autem rex assyriorum
habsam, et Rabsaris, et Rabsacen de Lachis
d regem Ezechiam cum manu valida

Jerusalem. Et misit nuntios ad Ezechiam dicens: hæc dicite Ezechiæ regi Juda: non te fallat Deus tuus, in quo habes fiduciam, neque dicas: non tradetur Jerusalem in manus Assyriorum. Tu enim ipse audisti, quæ fecerunt reges Assyriorum universis terris, quomodo vastaverunt eas: num ergo solus poteris liberari? 9. Itaque cum audisset Ezechias de manu nuntiorum, et legisset eas, ascendit in domum Domini, et expandit eas coram Domino, et oravit in conspectu eius dicens: Domine Deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus regum omnium terræ: tu fecisti cœlum et terram. Inclina aurem tuam, et audi: aperi Domine oculos tuos, et vide: audi omnia verba Sennacherib, qui misit ut exprobraret nobis Deum viventem. ✠ Vere Domine dissipaverunt reges Assyriorum gentes et terras omnium. Et miserunt deos eorum in ignem: non enim erant dii, sed opera manuum hominum ex ligno et lapide, et perdiderunt eos. Nunc igitur Domine Deus noster, salvos nos fac de manu eius, ut sciant omnia regna terræ, quia tu es Dominus Deus solus. ✠ Factum est igitur in nocte illa, venit angelus Domini, et percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Cumque diluculo surrexisset, vidit omnia corpora mortuorum: et recedens abiit, et reversus est Sennacherib rex Assyriorum, et mansit in Ninive.

℟. ℟. duo priora ex II. Noct. Dom. præcedentis.

Lectio II.

Ex libro Sancti Cyrilli Alexandrini de recta fide.

Postea quam Rabsaces universam Judeam provinciam propenodum occupasset, Jerusalem que una cum ipsa hostiliter populatus esset, copiis innumerabilibus ipsam quoque Hierosolyma admodum moliebatur. Nec hoc contentus, contra venerandam Dei majestatem petulanter eque insurgens, maledictas in Deum voces vomere non dubitat. Cum ergo audissent, qui insanos illius conatus verbaque ei denunciarent, ille convitia in Deum ebria egerrime ferens, eaque, si dissimularentur, capiendo civitatis causam de pace, pie prudenterque considerans, se nihilominus ab illo blasphemiarum eum crimine exsolvere percupiens, vestem conscissa veste in domum Dei scendit, supplicitet ire divino obseeuans. Et quid illo studio promovit? illud nimirum, quod virtutum Dominum benignum propitiumque sibi reddidit: quoniquidem non frenatis ad pugnam in-ruptis equis, non sagittarum dexteritate, Dei auxiliis usus munitusque assyrios bellavit, unaque nocte omnem illorum exercitum delevit. Hi pietatis fructus; hoc eorum, qui blasphemas in Deum voces non ferunt, merces.

Feria III.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 20.

In diebus illis ægrotavit Ezechias usque ad mortem: et venit ad eum Isaias filius Amos propheta, dixitque ei: hæc dicit Dominus Deus: præcipe domui tuæ;

morieris enim tu, et non vives. qui convertit faciem suam ad parietem, et coepit Dominum dicens: obsecro Domine memento quaeso, quomodo ambulaverim coram te in veritate et in corde perfecto, et quod placitum est coram te fecerim. Flevit itaque Ezechias fletu magno. * Et antequam egrederetur Isaias medianam partem atrii, factus est sermo Domini ad eum dicens: revertere, et dic Ezechiae duci populi mei: haec dicit Dominus Deus David patris tui: audivi orationem tuam, et vidi lacrymas tuas: ecce sanavi te, die tertio ascendes templum Domini, et addam diebus tuis quindecim annos. 9. Sed et de manu regis Assyriorum liberabo te et civitatem hanc, et protegam urbem istam propter me et propter David servum meum. Dixitque Isaias: afferte massam ficorum. quam cum attulissent, et posuissent super ulcus eius, curatus est. Dixerat autem Ezechias ad Isaiam: quod erit signum, quia Dominus me sanabit, et quia ascensurus sum die tertia templum Domini? * Cui ait Isaias: hoc erit signum a Domino, quod faciturus sit Dominus sermonem, quem locutus est: vis, ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias: facile est, umbram crescere decem lineis: nec hoc volo ut fiat; sed ut revertatur retrorsum decem gradibus. Invocavit itaque Isaias propheta Dominum, et reduxit umbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus.

℟. ℟. ex I. Adventus Dominica praecedentis.

Lectio II.

Ex catechesi sancti Cyrilli Hierosolymitani.

Catech. 2.

Vis cognoscere, quantum possit pœnitentia? is robustissimum hoc salutis telum perspice, et quantum valeat confessio, ad discere! Centum octoginta quinque hostium millia Ezechias per confessionem confecit. Sed hoc adhuc exiguum. Sententiam dei adversum se pronunciatam hic idem per pœnitentiam revocavit. Ægrotanti enim ipsi dixerat Isaias: morieris tu, et non vives. Quo iam reliqua exspectatio? Cum spes salutis, dicente propheta: morieris enim tu! at non revocatus est a pœnitentia Ezechias, memor huius quod scriptum est: cum averseris ingemueris, tunc salvaberis. Avertit se ad parietem, mentemque lecto in cœlum intendens ait: Domine memento mei: sufficit enim ad sanitatem mihi, si tu mei memineris. Temporibus consubiaces, sed ipse es vitæ arbiter et legislator. Neque enim secundum generum atque siderum complexionem, ut nonnulli delirant, vitæ nostro status alio, sed tu et vitam et tempus vitæ tuæ nam legislator pro voluntate moderaris. Cum itaque propter prophetæ denunciationem desperata vita erat, illi annorum quindecim tempus ad vitam prorogatum, sole signi gratia retrogresso.

Feria IV.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 20.

In tempore illo misit Berodach Báladan, filius Báladan, rex Babyloniorum, litteras et munera ad Ezechiam; audierat enim, quod ægrotasset Ezechias. Lætatus est autem in adventu eorum Ezechias, et ostendit eis

domum aromatum, aurum et argentum, et pigmenta varia, unguenta quoque et domum vasorum suorum, et omnia, quae habere poterat in thesauris suis. Non fuit, quod non monstraret eis Ezechias in domo sua, et in omni potestate sua. ✠ Venit autem Isaias propheta ad regem Ezechiam, dixitque ei: quid dixerunt viri isti? aut unde venerunt ad te? Cui ait Ezechias: de terra longinqua venerunt ad me, de Babylone. At ille respondit: quid viderunt in domo tua? ait Ezechias: omnia, quaecumque sunt in domo mea, viderunt: nihil est, quod non monstraverim eis in thesauris meis. ℣. Dixit itaque Isaias Ezechiae: audi sermonem Domini: ecce dies venient, et auferentur omnia, quae sunt in domo tua, et quae condiderunt patres tui usque in diem hanc, in Babylonem: non remanebit quidquam, ait Dominus. Sed et de filiis tuis, qui egredientur ex te, quos generabis, tollent, et erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. ✠ Dixit Ezechias ad Isaiam: bonus sermo Domini, quem locutus es: sit pax et veritas in diebus meis. Dormivitque Ezechias cum patribus suis, et regnavit Manasses filius eius pro eo. Fecitque malum in conspectu Domini iuxta idola gentium, quas delevit Dominus a facie filiorum Israel.

℟. ℟. Duo posteriora ex II. Vocat. Dom. procad.

Lectio II.

Ex libro Moralium sancti Gregorii Papae.

C. 8. cap. 48.

In eo, quod bona sua palefaciunt (hypocritae), ostenduntur malignis spiritibus, quasi insidiantibus hostibus, quae praedentur. Quorum profecto vitam illa eunuchis notissima Ezechiae

pa figuravit, qui postquam una prece, et
b uno nostris spatio, centum octoginta quin-
ue millia hostium angelo ferente prostravit,
postquam ouasui proximum ad superaccoli
talia solem reduxit, postquam vitam propin-
uante iam termino coarctatam in tempora
ngiora protelavit, susceptis Babylonici re-
is nuntiis bona omnia, quæ possidebat,
stendit: sed prophetæ voce protinus audivit:
ue dies venient, et auferentur omnia, quæ
i domo tua sunt, in Babyloxem: non relin-
uetur quidquam, dicit Dominus. Si fit nimi-
um hypocrisis, postquam magnis virtutibus
crescunt, quia cavere malignorum spiritum
nsidias negligunt, et celari in eisdem virtuti-
us nolunt, bona sua ostendendo, hostium
aciunt; et prodentes subito amittunt, quidquid
ndius studentes operantur. Hinc per Psal-
istam dicitur: tradidit in captivitatem
rtutes eorum, et pulchritudines eorum in
anus inimici. Virtus quippe et pulchritudo
rogantiam, inimici manibus traditur:
ma omne bonum, quod per concupiscentiam
ndis ostenditur, occulti adversarii uncis mancipatur. Hostes namque ad rapinam provocat,
ui suas eorum notitia divitias denudat.
uotus quippe enim ab æterna patria securitate
ilungimur, per latronum insidiantium ter-
mbulamus. qui ergo in itinere deprædari
nudat, abscondat necesse est bona, quo per-
at.

Feria V.

Lectio I.

De libro secundo Paralipomenon. cap. 33.

jdius Manasses seduxit Judam et habitato-
es Jerusalem, ut faceret malum super
mnes gentes, quas subverterat Dominus
facie filiorum Israel. Locutusque est
ominus ad eum, et ad populum illius, at ille non

nolucrunt. ℣. Iterco super indnxit eis principes exercitus regis assyriorum: ceperuntque Manassen, et vinctum catenis atque compedibus duxerunt in Babylonem. ✱ qui postquam coangustatus est, oravit Dominum Deum suum: et egit penitentiam valde coram Deo patrum suorum. ℣. precatusque est eum, et obsecravit illum: et exaudivit orationem eius, reduxitque eum Jerusalem in regnum suum: et cognovit Manasses, quod Dominus ipse esset Deus. ℣. Post hoc abstulit deos alienos et simulacrum de domo Domini: altaria quoque, quae fecerat in monte domus Domini et in Jerusalem, et proiecit omnia extra urbem. ℣. Porro instauravit altare Domini, et immolavit super illud victimas, et pacifica et laudem: precepitque Juda, ut serviret Domino Deo Israel. Attamen adhuc populus immolabat in excelsis Domino Deo suo. ✱ Dormivit ergo Manasses cum patribus suis, et sepelierunt eum in domo sua, regnavitque pro eo filius eius Amon. Feceratque malum in conspectu Domini sicut fecerat Manasses pater eius: et cunctis idolis, quae Manasses fecerat fabricatus, immolavit atque servivit. Et non est reveritus faciem Domini, sicut reveritus est Manasses pater eius: et multo maiora deliquit.

℟. Duo priora ex III. Nocturno. Dom. praeced.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi. adhort. j. ad Theod.

Huius modi est Dei erga homines clementia. nunquam aversatur sinceram poenitentiam, sed etiamsi quis in extremum improbitatis perrigerit, et huic ad virtutis viam redire voluerit, ipsum suscipit et amplexatur nihilque

on agit, ut eum in pristinum statum re-
stituat: quodque maioris est clementiæ, etsi
eis non integram pœnitentiam exhibeat,
brevem tamen illam et ad modicum exhibi-
um non abnuit, sed magnam huic meriedem
ibuit. Testis autem nobis erit Manasses, qui
mnes insania superavit, atque tyrannice
galem evertit cultum, templum clausit,
idolorum errorem florere fecit, omniumque,
ui ante fuerant, impiissimus fuit: cum
postea resipuisset, relatus est in numerum
iorum Dei. Si autem conspecta iniqui-
tum suarum magnitudine de reditu ac
mutatione desperasset, omnibus certe,
uo postea consecutus est, excidisset. Nunc
utem non ad molem peccatorum suorum,
ad immensam Dei commiserationem
spiciens, diruptis diaboli vinculis surrexit
Deserta vit, bonumque cursum consum-
avit.

Feria VI.

Lectio I.

De libro secundo Paralipómenon. cap. 34.

it Josías quod erat rectum in conspectu Do-
ini, et ambulavit in viis David patris
i: non declinavit neque ad dexteram neque
d sinistram. Octavo autem anno regni sui,
m adhuc esset puer, cepit quærere Deum
avid patris sui: et duodecimo anno, post-
uam regnare cœperat, mundavit Judam
Jerusalem ab excelsis et lucis, simulacrisque
sculptilibus. Destruxerunt quoque coram eo
as Baalim: et simulacra, quæ superposita
uerunt, demoliti sunt. * Reperit Hel-
as sacerdos librum legis Domini per ma-
um Moysi: quem cum rege præsente
ecitasset, audissetque illo verba legis,
idit vestimenta sua, dicens: Ite et orate

Dominum pro me, & pro reliquiis Israel & Juda, super universis sermonibus libri istius, qui repertus est: magnus enim furor Domini fillavit super nos, eo quod non custodierint patres nostri verba Domini, ut facerent omnia, quæ scripta sunt in isto volumine. ℣. Abiit ergo Helcias, et hi qui simul a rege missi fuerant, ad Oldam prophétidem, et locuti sunt ei verba, quæ supra narravimus. Illa respondit eis: hæc dicit Dominus Deus Israel: dicite viro, qui misit vos ad me: hæc dicit Dominus: ecce ego inducam mala super locum istum, et super habitatores eius, cunctaque maledicta, quæ scripta sunt in libro hoc, quem legerunt coram rege Juda. quia dereliquerunt me, et sacrificaverunt diis alienis, ut me ad iracundiam provocarent in cunctis operibus manuum suarum: ideirco fillabit furor meus super locum istum, et non extinguetur. ✠ Ad regem autem Juda, qui misit vos pro Domino deprecando, sic loquimini: hæc dicit Dominus Deus Israel: quoniam audisti verba voluminis atque emollitum est cor tuum, et humiliatus es in conspectu Dei super his, quæ dicta sunt contra locum hunc et habitatores Jerusalem, reverentiamque faciem meam scidisti vestimenta tua, et flevisti coram me, ego quoque exaudivi te, dicit Dominus. Tamen enim colligam te ad patres tuos, et inferéris in sepulcrum tuum in pace: nec videbunt oculi tui omne malum, quod ego inducturus sum super locum istum, et super habitatores eius.

℟. Duo posteriora ex III. et Sed. Dom. proced.

Lectio II.

Ex libro sancti Cyrilli Alexandrini de recta fide.

nod eximia in Deum pietas inconcussum
gis dignitatis fundamentum existat, ex
ra Divinaque Scriptura (palam est).
Plurimi citra controversiam retroactis tem-
oribus exstitere, qui Judeam provinciam
ministrarunt, regnique eius gubernacula
adiaverunt, sed sorte et fumtu dissimili.
am quotquot ex illis cultui et observantiæ,
no Deo debentur, impie contemtis, legibusque
stitiæ administris pro nihilo ductis, suo
stui, suisque libidinibus libere indulgen-
um se putaverunt, omnes hi mali et mi-
ri male miseque perierunt. Contra vero,
uicumque se pios in illum declararunt,
oque illi placitura credebant, omni ope pro-
are elaborarunt, citra sudorem ac pulve-
em hostle devicto debellatoque triumphum
inerunt. Eius modi inter cæteros fuit Josias
lle, qui idolorum cultoribus, unacum ipsis
ubris et aris incensis, incantationibusque
falsis divinationibus omnibus e medio
blatis, ac manibus Domoniaco impostore
dibus profligatis, regnum apprime
obilitatum, summaque apud vicinos et
entiores omnes, qui ea, quibus divina
ens oblectatur, colere didicerunt, laude
admiratione dignum reliquit.

Sabbato.

Lectio I.

De libro secundo Paralipómenon. cap. 36.

Fecit Sedecias malum in oculis Domini
ci sui, nec erubuit faciem Jeremiæ prophe-
e, loquentis ad se ex ore Domini. A rege
oque Nabuchodonosor recessit, qui adjura-
erat eum per Deum, et induravit cervicem
uam et cor put non revertendum ad Dominum
um Israel. Sed et universi principes sacer-
tum, et populus prævaricabi sunt inique
xta universas abominationes gentium,

polluerunt domum Domini, quam sanctificauerat sibi in Jerusalem. ✠ Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos per manum nunciorum suorum, de nocte consurgens, et quotidie commonens, eo quod parceret populo et habitaculo suo. At illi subsannabant nuncios Dei, et parvipendebant sermones eius, illudebantque prophetis: donec ascenderet furor Domini in populum eius, et sine nulla curatio. ℣. Adduxit enim super eos regem Chaldeorum, et interfecit iuvenes eorum gladio in domo sanctuarii sui: non est miserius adolescentis, et virginis et senis, nec decrepiti quidem, sed omnes tradidit in manibus eius. Universaque vasa domus Domini tam maiora quam minora, et thesauros templi, et regis, et principum, transtulit in Babylonem. ✠ Incenderunt hostes domum Dei, destruxerunt que muros Jerusalem, universas turres combusserunt, et quid quid pretiosum fuerat, demoliti sunt. Si quis evaserat gladium, ductus in Babylonem servivit regi et filiis eius, donec imperaret rex Persarum, et complerentur sermo Domini ex ore Jeremiæ, et celebraret terra sabbata sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum, usque dum complerentur septuaginta anni.

℟. ex I. Nocturno Dominicæ præcedentis.

Lectio II.

Ex libro sancti Augustini Episcopi de civitate Dei. l. 17. cap. 23.

In regno Juda pertinente ad Jerusalem, etiam sunt dentium regum temporibus non defuerunt prophetæ, sicut Deo placebat eos mittere vel ad prænunciandum quod opus erat, vel ad corripienda peccata, præcipiendamque iustitiam. Nam et illic, etsi longe minus quam in Israel, tamen

stiterunt reges, qui suis imprecationibus
eum graviter offenderent, et moderatis fla-
gellis cum populo suuili plecterentur. Bio-
rum sane regum merita ibi non parva
undantur. In Israel autem reges alios magis,
lios minus, omnes tamen reprobos legimus.
itaque igitur pars, sicut iubebat divina
rovidentia vel sinebat, variis deprigebatur
osperitatibus, et adversitatibus premebatur.
Sic affligebatur non solum externis, verum
iam inter se civilibus bellis, ut certis ex-
stentibus causis misericordia Dei vel ira
desereret; donec eius indignatione exces-
ste, universa gens illa a Chaldeis debellan-
bus non solum subverteretur in sedibus
is, sed etiam ex maxima sui parte trans-
retur in terras Assyriorum, prius illa
ars, que vocabatur Israel in tribubus de-
m; postea vero etiam Judas, eversa Jeru-
lem et templo illo nobilissimo: in qui-
us terris per annos septuaginta captivum
it otium.

Ad Vesperas Duplex.

Ad Magnif. ant. Reducam captivita-
m vestram, * et congregabo vos de uni-
ersis gentibus, et de cunctis locis, ad quo
spulivos, dicit Dominus. *Jer. 29.*

Oratio Sac. greg.

Pateant aures misericordiæ tuæ, Domine,
recibus supplicantium: et ut petentibus
desiderata concedas; fac eos, quæ tibi sunt
placita, postulare. Per Dominum.

Dominica IX. post Pentecosten.

Duplex maius. j2. Cen.

In I. Nocturno.

Lectio I.

Incipit liber primus Esdre. cap. i.

In anno primo Cyri regis Persarum, ut compleretur verbum Domini ex ore Jeremie, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum: et traduxit vocem in omni regno suo, et per scripturam, dicens: Hec dicit Cyrus rex Persarum: omnia regna terre dedit mihi Dominus Deus celi, et ipse precepit mihi, ut edificarem ei domum in Jerusalem, que est in Judea. Quis est in vobis de universo populo eius? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Jerusalem, que est in Judea, et edificet domum Domini Dei Israel; ipse est Deus, qui est in Jerusalem. Et omnes reliqui in cunctis locis, ubicumque habitant, adiuvent eum viri de loco suo, argento et auro, et substantia, et pecoribus, excepto quod voluntarie offerunt templo Dei, quod est in Jerusalem.

℣. Cum ceperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos, et suscitabo super vos verbum bonum: ✠ et reducam captivitatem vestram de universis gentibus. ℟. Orabitis me, et ego exaudiam vos: quaretis me, et invenietis. ✠ Et. Jer. 29.

Lectio II.

Et surrexerunt principes patrum de Juda et Beniamin, et sacerdotes et levite, et omnis, cuius Deus suscitavit spiritum, ut ascenderent ad edificandum templum Domini, quod erat in Jerusalem. Universique qui erant in circuitu, adiuverunt manus illorum in vasis argenteis et aureis, in substantia et iumentis, in supellectili; exceptis his, que sponte obtulerant. Rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, que tulerat

Nabuchodonosor de Jerusalem, et posuerat
in templo Dei sui.

℣. Ego Dominus, qui dico Cyro: pastor
meus es, et omnem voluntatem meam
impleb is: ✠ ego suscitavi eum, et captivi-
tatem meam dimittet, non in pretio ne-
que in munere. ℣. Omnes vias eius
dirigam: ipse ædificabit civitatem meam.
Ego. Isa. 44. 45.

Lectio III. cap. 3.

Jamque venerat mensis septimus, et erant
filii Israel in civitatibus suis: congrega-
tus est ergo populus quasi vir unus in Je-
rusalem. Et surrexit Josue filius Josedec,
et fratres eius sacerdotes, et Zorobabel fi-
lius Salathiel, et fratres eius: et ædifica-
verunt altare Dei Israel, ut offerrent in eo
holocaustomata, sicut scriptum est in lege
Moysi viri Dei. collocaverunt autem
altare Dei super bases suas, de terrentibus
eos per circuitum populis terrarum; et
obtulerunt super illud holocaustum Do-
mino mane et vespere. Fecerunt quoque so-
lemnitatem tabernaculorum, sicut scrip-
tum est: et holocaustum diebus singulis
per ordinem secundum præceptum opus
diei in die suo. Et post hoc holocaustum
iuge, tam in calendis, quam in universis
solemnitatibus Domini, quæ erant con-
secrata; et in omnibus, in quibus uetro
offerebatur munus Domino.

℟. Deus meus delicta nostra creverunt
usque ad cœlum: ✠ peccavimus graviter,
et iniquitatibus nostris tradidi sumus
in captivitatem et in confusionem. ℣. Tri-
bulatio et angustia in omnem animam
hominis operantis malum. ✠ peccavimus.
1. Cor. 9. Rom. 2.

Lectio IV.

Fundato igitur a comentariis templo Domini, steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis, et Levitæ filii Asaph in cymbalis, ut laudarent Deum per manus David regis Israel. Et concinebant in hymnis, et confessione Domino: quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eo quod fundatum esset templum Domini. Plurimi etiam de sacerdotibus et Levitis, et principes patrum et seniores, qui viderant templum prius cum fundatum esset, et hoc templum in ovilis eorum, flebant voce magna: et multi vociferantes in lætitia, elevabant vocem.

℟. Ne parcas Israel, non te faciam in consummationem: ✠ sed ✠ castigabo te in iudicio, ut non videaris tibi innoxius. ℣. Quid clamas super contritione tua? propter dura peccata tua hæc feci tibi. ✠ castig. ℟. glória. ✠ castig. Jer. 30.

vel ℣. Multo tempore non fuere passoribus ex sententia agere, sed statim ad hanes adhibere, magni beneficii est indicium ✠ castig. 2. Mach. 6.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Augustini Episcopi. Epist. 93. ad Vincent. n. 35.

Non displiceat ecclesiæ mansuetudo, quo membra Christi dispersa colligit, non collecta dispergit: quamquam olim, qui firmissimi fuerunt, et verbo hæreticorum insidiosa intelligere potuerunt, pauci quidem in comparatione cæterorum, sed tamen etiam ipsi quidam profide forbiter exulabant, quidam toto orbe latitabant. Nosti ecclesiam, quæ per omnes gentes crescit, in fructibus dominicis conservata est, eousque in finem, donec omnino gentes omnes, etiam barbaras teneat,

nsero abitur. Ipsa est enim ecclesia in bono
nine, quod seminavit filius hominis, et
sque ad messem crescere inter Zizania, pro-
nuntiavit. Ager autem mundus est, messis
inis est seculi.

℣. Hæc dies venient, dicit Dominus, et
onvertam conversionem populi mei, ✠ et
dificabitur civitas in excelso suo, et tem-
lum iusto ordinem suum fundabitur.

℟. Revertar ad Jerusalem in miserationibus
domus mea ædificabitur in ea. ✠ Et ædif.

er. 30. Zach. j.

Lectio VI.

Itaque Totus mundus in maligno posi-
us est propter Zizania, quæ sunt per totum
mundum: et Christus propitiator est pecca-
um nostrorum, non tantum nostrorum, sed
totius mundi, propter tritic̃um, quod est
r totum mundum. Refrigescit autem
aritas multorum propter scandalorum
bundantiam, quanto magis magisque
orificato Christi nomine congregantur
communionem sacramentorum eius
tiam maligni, et perseveranter omnino
erversi: sed tamen tamquam palea de area
minica non nisi ultima ventilatione
eparandi.

℣. Num quid tempus vobis est, ut habitetis
in domibus laqueatis, et domus ista deserta? ✠
scendite in montem, ædificate domum,
acceptabilis mihi erit. ℟. Populus iste
icit: nondum venit tempus domus Domini
dificandæ. ✠ Ascendite. Agg. j.

Lectio VII.

Non extinguunt isti frumenta dominica, in eorum quidem comparatione pau-
a, sed multa per se ipsa; non extinguunt
lectos Dei, congregandos in fine seculi,
icut Evangelium loquitur, a quatuor

ventis, a summis coelorum usque ad terminos eorum. Propter abundantiam (autem) iniquitatis, quam Dominus futuram esse prodixit, etiam illud positum est: Cum venerit Filius hominis, putas inveniet fidem in terra? Dubitatio enim cuncta scientis nostram in illo dubitationem prefiguravit, quando ecclesia ex multis, de quibus multum speravit, sepe decepta, quod aliter, quam credebantur, inventi sunt, sic perturbatur in suis, ut de nullo facile boni aliquid velit credere. Ipsos tamen, quorum inventurus est fidem in terra, per totum agrum cum zizaniis crescere, dubitare fas non est.

℟. Confortare omnis populus terre, dicit Dominus exercituum, et facite, quoniam ego vobiscum sum: * magna erit gloria domus istius novissimo plus quam primo, et in loco isto dabo pacem. ℣. Veniet desideratus gentibus, et implebo domum istam gloria. * magna. Agg. 2.

Lectio VIII.

Ipsa est ergo ecclesia, que intra sagenam dominicam cum malis piscibus natat, a quibus corde semper et moribus separatur atque discedit, ut exhibeatur viro suo gloriosa, non habens maculam neque rugam. Corporalem autem separationem in ultore maris, hoc est, in fine seculi exspectat, corrigens quos potest, tolerans quos corrigere non potest: non tamen propter eorum, quos non corrigit, iniquitatem, ipsa bonorum deserit unitatem. Neque apostolis concessit Dominus, ut ante tempus zizania colligerent, aut

mquam ipsis paleam ferre et aream pur-
re conflatum sit, paleas conarentur a tri-
o separare: quod unum quemque peccatis
ienis maculari non posse monstravit: quam
i omnes impiæ seditionis auctores solam
ssam separationis assumunt.

. Hoc est verbum Domini ad Zorobabel
icens: ℣. non in exercitu, nec in robore, sed
spiritu meo. ℣. Manus Zorobabel fun-
verunt domum istam, et manus eius per-
ficient eam. ℟. non. ℣. gloriâ. ℟. non.
ach. 4.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Timotheum. cap. 4.

piritus manifeste dicit, quia in novissimis
mporibus discedent quidam a fide, attendentes
bus spiritibus erroris et doctrinis dæmonio-
um, in hypocrisi loquentium mendacium,
cauteriatam habentium suam conscien-
im, prohibentium nubere, abstinere a
is, quos Deus creavit ad percipiendum
m gratiarum actione fidelibus, et iis
ui cognoverunt pietatem. Quia omnis crea-
ra Dei bona est, et nihil reiiciendum quod
m gratiarum actione percipitur; sanctifi-
atur enim per verbum Dei et orationem.
æc proponens fratribus, bonus eris minister
hristi Jesu, enutritus verbis fidei et bonæ
octrinæ, quam assecutus es. Ineptas autem
t aniles fabulas devita: exerce autem teipsum
d pietatem. Nam corporalis exercitatio
d modicum utilis est, promissionem habens
itæ quæ nunc est, et futuræ.

℟. Zorobabel et Jesus filius Josedec in
diebus suis ædificaverunt domum, ℟

et exaltaverunt templum sanctum domino.
℣. Suscitavit dominus spiritum Zorobabel
ducis Juda, et spiritum Jesu sacerdotis magni:
et ingressi sunt, et faciebant opus in domo
Domini. ✠ et. Eccli. 49. agg. i.

Lectio X.

Fidelis sermo et omni acceptione dignus.
In hoc enim laboramus, et maledicimur,
quia speramus in Deum vivum, qui est salva-
tor omnium hominum, maxime fidelium.
Præcipe hæc et doce. Nemo adolescentiam tuam
contemnat; sed exemplo esto fidelium, in
verbo, in conversatione, in charitate, in fide,
in castitate. Dum venio, attende lectioni,
exhortationi et doctrinæ. Noli negligere
gratiam, quæ data est tibi per prophetiam
cum impositione manuum presbyterii. Hæc
meditare, in his esto, ut profectus tuus ma-
nifestus sit omnibus. Attende tibi et doctri-
næ: insta in illis. Hoc enim faciens et teipsum
salvum facies, et eos qui te audiunt.
℟. Vos transgressi estis, aut aderetis super
delictum Israel: ✠ et nunc ✠ date confes-
sionem Deo, et facite placitum eius. ℣. Re-
formamini in novitate sensus vestri: ut
probetis, quæ sit voluntas Dei bona et bene-
placens et perfecta. ✠ Date. j. Cor. 10. Rom. 12.

Lectio XI. cap. 5.

Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut
patrem, juvenes ut fratres, anus ut matres,
juvenculas ut sorores, in omni castitate.
Viduas honora, quæ vere viduæ sunt. Si qua
autem vidua filios et nepotes habet, discat pri-
mum domum suam regere, et mutuam vicem
reddere parentibus: hoc enim acceptum est co-
ram Deo. Quæ autem vere vidua est, et desolata,
speret in Deum, et instet obsecrationibus et
orationibus nocte ac die: nam quæ in deliciis
est, vivens mortua est. Et hoc præcipe, ut

reprehensibiles sint. Signis autem suorum,
maxime domesticorum, curam non habet,
idem negavit, et est infideli deterior.

℣. Manus Dei nostri est super omnes, qui quae-
runt eum in bonitate: ✠ et imperium eius
fortitudo et furor super omnes, qui dere-
linquunt eum. ℟. Bonus Dominus sperant-
ibus in eum, animae quaerenti illum. ✠ et.

℣. S. Thren. 3.

Lectio XII.

Siquis fidelis habet viduas, subministret
illis, et non gravetur ecclesia, ut his, quae vere
viduae sunt, sufficiat. qui bene praesunt pres-
byteri, duplici honore digni habeantur, maxi-
me qui laborant in verbo et doctrina. Dicit
enim scriptura: non alligabis os bovi trituranti; et: dignus est operarius mercede sua.
Adversus presbyterum accusationem noli
recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.
Peccantes coram omnibus argue, ut et ceteri
timorem habeant. Testor coram Deo et
Christo Jesu et electis angelis, ut haec custo-
dias sine praeiudicio, nihil faciens in
alteram partem declinando. Manus cito
nemini imposueris, neque communicave-
ris peccatis alienis. Te ipsum castum cu-
stodi.

℟. Br. Dominica. Seraphim clamabant
alter ad alterum: ✠ Sanctus, Sanctus, San-
ctus Dominus Deus exercituum: ✠ plena
est omnis terra gloria eius. ℣. Tres sunt
qui testimonium dant in coelo, Pater,
Verbum et Spiritus sanctus: et hi tres
unum sunt. ✠ Sanctus. ℣. gloria. ✠ plena.

℣. 6. j. Joan. 5.

℟. infra hebdomadam. Animae quidem
vestrae et proclamate ad Dominum, erit
enim memoria vestra ab eo, qui duxit vos: ✠
sicut enim fuit sensus vester, ut terrarentis a

Deo; decies tantum iterum convertentes requirelis eum. ℣. Hoc dicit Dominus exercituum: convertimini ad me, & convertar ad vos. ✠ Sicut. ℣. gloria. ✠ Sicut. Bar. 11. Zach. j.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 19.

In illo tempore: Cum adpropinquaret Jesus Jerusalem, videns civitatem, flevit super illam, dicens: quia si cognovisses & tu, et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis: quia venient dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te: & coangustabunt te undique: et ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, et non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ. Et ingressus in templum, cepit ejicere vendentes in illo & ementes, dicens illis: Scriptum est, quia domus mea domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo.

Ad Bened. ant. Non relinquent in te lapidem super lapidem: ✠ eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ. Luc. 19.

Ad Magnif. ant. Scriptum est: quia domus mea domus orationis est: ✠ vos autem fecistis illam speluncam latronum. Luc. 19.

Feria II.

Lectio I.

De libro primo Esdræ. cap. 6.

Igitur seniores Judæorum ædificabant, & prosperabantur juxta prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filii Addo:

ædificaverunt, et construxerunt, iubente
eo Israel, et iubente Cyro et Dario, et Arta-
xerse, regibus Persarum: et compleverunt
domum Dei istam usque ad diem tertium
mensis Adar, qui est annus sextus regni
Darii regis. ℟ Fecerunt autem filii Israel,
sacerdotes et Levitæ, et reliqui filiorum trans-
migrationis, dedicationem domus Dei in
gaudio. Et obtulerunt in dedicatione domus
Dei vitulos centum, arietes ducentos, agnos
quadringentos, hircos caprarum pro pecca-
to totius Israel duodecim, iuxta numerum
tribuum Israel. Et statuerunt sa-
cerdotes in ordinibus suis, et Levitas in vici-
bus suis, super opera Dei in Jerusalem,
sicut scriptum est in libro Moysi. ℣.
Fecerunt autem filii Israel transmigra-
tionis Pascha, quarta decima die mensis
primi. Purificati enim fuerant sacerdotes
et Levitæ quasi unus: omnes mundi ad
immolandum pascha universis filiis
transmigrationis, et fratribus suis sacer-
dotibus, et sibi. ℟ Et comederunt filii
Israel, qui reversi fuerant de transmigra-
tione, et omnes qui se separaverunt a
coinquinatione gentium terræ ad eos, qui
quærerent Dominum Deum Israel. Fe-
cerunt solemnitatem azymorum septem
diebus in lætitia: quoniam lætificaverat
eos Dominus, et converterat cor regis Assur
ad eos, ut adjuvaret manus eorum in opere
domus Domini Dei Israel.

R. R. ex I. Nocturno Dominicæ præcedentis.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Bedæ
Presbyteri. in h. l.

Omnes prophetæ, immo omnes sacræ auctores

Scripturæ proppera structoribus sancte ecclesiæ, id est, doctoribus podicentur, si non ipsi adversitatibus fatigati a labore sancto quiescant. Aderit namque divinum auxilium, quo cepto domus Domini in aditorium corde credendo ac bene vivendo compleatur. Adveniet architectis eisdem benedictio et abundantia copiosior spiritualium charismatum: quo absque ulla dubietate tanto nobis largius a Domino profluabitur, quanto diligentius habitaculum gloriæ ipsius sive in nobis ipsis, sive in proximorum cordibus exstruere fategerimus. Verum quia reædificatio domus post captivitatem, illorum correctionem designat, quia via veritatis, quam paululum nichoaverant, peccando aberraverunt; apte restauratum hujus modi templum dedicatur a sacerdotibus et Levitis, et reliquis filiorum transmigrationis in gaudio: quia correctis his, qui peccavere, multum fit gaudium in cœlo coram angelis Dei. Fit et magistris, qui pro errantium salute laboraverunt: fit et omnibus, qui a Babylone, id est, confusione peccatorum ad virtutum arcem, terram ubique repromissionis, mente et opere transmigraverunt. Offerunt in hanc dedicationem hostias, cum per errantium conversationem vota gratiarum Deo offerunt; cum multi conspecta eorum vita Deo devota et ipsi se ad majora virtutum opera accingunt, nolentes eis segniores in operibus bonis existere, quibus innocentiores minus peccando remanserunt.

Feria III.

De libro primo Esdre. cap. 9.

Iquam autem hæc completa sunt, accesse-
runt ad me principes, dicentes: non est sepa-
ratus populus Israel, sacerdotes et Levitæ a
populis terrarum: tulerunt enim de filiabus
earum sibi et filiis suis, et commiscuerunt
semen sanctum cum populis terrarum: manus
etiam principum et magistratuum fuit in
transgressione hac prima. * Cumque audissem
sermonem istum, scidi pallium meum et
tunicam, et evelli capillos capitis mei et
barbæ, et sedi mœrens. Convenerunt autem
ad me omnes, qui timebant verbum Dei
Israel, pro transgressione eorum, qui de
captivitate venerant: et ego sedebam tristis
usque ad sacrificium vespertinum. 9. Et
a sacrificio vespertino surrexi de afflictione
mea, et scisso pallio et tunica cum vaginis
mea, et expandi manus meas ad Dominum
Deum meum, et dixi: Deus meus confundor
et erubesco levare faciem meam ad te: quo-
niam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt
super caput nostrum, et delicta nostra cre-
verunt usque ad cœlum. * Et post omnia,
quæ venerunt super nos in operibus nostris
pessimis, et in delicto nostro magno, quia
tu Deus noster liberasti nos de iniquitate
nostra, et dedisti nobis salutem, sicut est ho-
die, ut non converteremur, et irrita faceremus
mandata tua, neque matrimonia jungeremus
cum populis abominationum istarum. Num-
quid iratus es nobis usque ad consummationem,
et dimitteres nobis reliquias ad salutem.
Domine Deus Israel justus es tu: quoniam
relicti sumus, qui salvaremur sicut die hac.
Ecce coram te sumus in delicto nostro, non
enim stari possit coram te super hoc.

Xpr. ex II. Nat. Dominico precedentis.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Bede Presbyteri.

Esdras intimum cordis dolorem ostendit, scidit vestimentum, evellit pilos capitis et barbæ; sed mœrens, ut tali de honestamento corporis et indumenti cum mœrore vultus velocius omnium animos ad pœnitentiam vel sui vel fraterni reatus excitet. Exemplum (itaque omnes) sic habebunt eximium non solum flendi atque orandi, verum etiam ieiunandi pro his, qui peccaverunt: cum beati sint lugentes, qui propria delent peccata, quoniam aucta remissione consolantur; quanto esse beatiores credendi sunt, qui etiam fraternis lugent erratibus: et hoc in tantum, ut ne panem quidem atque aquam, quo abstinentium est refectio, contingere velint, neque domum suam ingredi, vel in lectum sui stratus ascendere, sed in atriis domus Domini potius orantes pernoctare gaudeant? Lugent etiam nunc in transgressione eorum, qui de captivitate venerant, qui dolent eos, qui nuper peccatis pœnitendo ereptis erant, rursus ad ea peccando esse prolapsos, per quod denuo a diabolo possint captivari. De qualibus, qui velut de captivitate ascendentes nihilominus per luxuriam sunt capti, loquitur apostolus Petrus: Si enim, inquit, refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri et Salvatoris nostri Jesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus.

Feria IV.

Lectio I.

De libro primo Esdræ. cap. 10.

ergo oranteEsdra, et implorante eo,
flente et iacente ante templum Dei,
ectus est ad eum de Israel coetus grandis
nis virorum et mulierum, et puerorum:
fleuit populus fletu magno. Et respondit
chenias et dixit Esdræ: nos prævaricati
mus in Deum nostrum, et duximus
ores alienigenas de populis terræ. *
nunc si est pœnitentia in Israel super
e, percutiamus fœdus cum Domino Deo
stro, ut proiiciamus universas uxores
eos qui de his nati sunt, iuxta voluntatem
mini, et eorum qui timent præceptum
mini Dei nostri: secundum legem fiat.
rge, tuum est decernere, nosque erimus te-
um: confortare et fac. 9. Surrexit ergo
dras, et adiuravit principes Sacerdotum
Levitarum, et omnem Israel, ut face-
t secundum verbum hoc: et iuraverunt.
missa est vox in Juda, et in Jerusalem om-
bus filiis transmigrationis, ut congre-
rentur in Jerusalem: et omnis, qui
non venerit in tribus diebus iuxta consi-
um principum et seniorum, auferetur
iuersa substantia eius, et ipse abiiciebur
ætu transmigrationis. * Convene-
unt igitur omnes viri Juda et Beniamin
Jerusalem tribus diebus, ipse est mensis
nus, vigesimo die mensis: et sedit omnis
opulus in platea domus Dei, tremente
ropter imbres et pluvias. Et surrexit Esdras
cerdos, et ait eis: vos transgressi estis, et
xistis uxores alienigenas, ut adderetis
per delictum Israel. Et nunc date confes-
nem Domino Deo patrum vestrorum,
facite placitum eius, et separamini
populis terræ, et ab uxoribus alienigenis.
respondit universa multitudo, dixitque

voce magna: iusta verbum tuum ad nos, sic fiat.

R. R. ex III. Noct. Dominica precedentis.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Bede Presbyteri.

Quantum oratio, fletus et lamentatio Ezdre profecerit, ostenditur, cum mox adeum cetus flentium permaximus utriusque sexus et omnis etatis collectus esse perhibetur. Juvabat autem eum Jechenias filius populum, inquit, perfecte huius transgressionis penitet, primo conversi ad Dominum promittamus correctionem, ac postulemus veniam. Deinde ad nos ipsos reversi, omnem a nobis patrati facinoris et radicem exturpemus et fruticem: hoc est enim quemquam veraciter agere penitentiam, et totum intus in corde ad Dominum converti, et foris omnes peccandi materias ab ipsa origine resecare. Notandum interea, quanta arte pugnandi diabolus fideles semper impugnet, quam nullum eis unquam securum a certando tempus relinquat. Ecce enim, qui adversitatibus superari non poterant, superantur blanditiis. Cuius rei temporibus nostris manifestissime est figura completa, cum videamus animos fidelium multo periculosius nunc interius tentari a concupiscentia sua abstractos et illectos, quam tentabantur quondam extrinsecus, cum immanis adversarius contra eorum constantiam ferro et igne saeviebat. Sed averit pietas Domini, quae fiant hunc illis adversus aperta furentium certamina virtutem patientiae largita est: ita et nobis adversus surripientium laqueos blanditiarum cautelo donet custodiam.

Feria V.

Lectio 1.

Incipit liber secundus Esdre. cap. j.

Verba Nehemie filii Helchie. Et factum
est in mense Caslev, anno vigesimo, ego
eram in Susis castro. Et venit Hanáni unus
de fratribus meis, ipse et viri ex Juda: et
interrogavi eos de Judeis, qui remanserant
qui supererant de captivitate, et Jerusalem.
Et dixerunt mihi: qui remanserunt, et
relicti sunt de captivitate ibi in provincia,
in afflictione magna sunt, et in opprobrio.
Et murus Jerusalem dissipatus est, et porte
eius combuste sunt igni. ℣. Cumque au-
dissem verba huiusmodi, sedi et flevi,
et luxi diebus multis: ieiunabam et ora-
bam ante faciem Dei celi, et dixi: quaso
Domine Deus celi fortis, magne atque
terribilis, qui custodis pactum et mise-
ricordiam cum his qui te diligunt, et
custodiunt mandata tua: fiant aures tue
auscultantes, et oculi tui aperti, ut audias
orationem servi tui, quam ego oro coram
te hodie nocte et die, pro filiis Israel
servis tuis: et confiteor pro peccatis filiorum
Israel, quibus peccaverunt tibi: ego et
domus patris mei peccavimus. ℣. Vani-
te seducti sumus, et non custodivimus
mandatum tuum, et ceremonias, et
judicia, que precepisti Moysi famulo tuo.
Memento verbi, quod mandasti Moysi servo
tuo, dicens: cum transgressi fueritis, ego
dispergam vos in populos: et si revertamini
ad me, et custodiatis precepta mea, et faciatis
ea, etiamsi abducti fueritis ad extremum celi,
inde congregabo vos, et reducam in locum, quem
elegi ut habitaret nomen meum ibi. ℟. Ipsi
sunt servi tui, et populus tuus, quos redemisti in for-

tudine tua magna, et in manu tua valida.
Obsero Domine, ſtauris tua attendens adora-
tionem ſervitui, et adorationem ſervorum
tuorum, qui volunt timere nomen tuum:
et dirige ſervum tuum hodie, et da ei miſeri-
cordiam ante virum hunc: ego enim eram
pincerna regis.
℟. ex I. Noct. Dominico procedentis.

Lectio II.

De expoſitione Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Patet littera ſenſus: quia qui remanſerant de
captivitate, etſi in pace verſari videbantur, in
afflictione tamen maxima erant miſeriæ, quod
exprobrarent eis hoſtes, civitatem ſanctam adhuc
remanſiſſe deſtructam. Sed et nunc in ſancta
eccleſia merito affligundus, ac triſtitia ſalutari
compungendus, qui reſipiſcentes ipſi a pravitatis
ſuæ ſceleribus, proximos ſuos adhuc ſuis vitiis ſubjacere
conſpiciunt: ita ut per negligentiam eorum,
qui correctis multis prodeſſe poterant, quaſi
per muros urbis diripiatur diabolus liberum
habeat in eccleſiam introitum. quod eo magis
dolendum eſt, ne forte eſt, ſi et ipſi, qui alii doctri-
na vel exemplo prodeſſe debuerant, exempla
interitus ſeſe cernentibus corrupte viven-
do præmonſtrant. Hoc eſt enim portas Je-
ruſalem flammis hoſtilibus eſſe peruſtas,
eos qui bene vivendo ac docendo dignos in
cœlum electorum introducere, indignos
vero arcere debuerant, avaritiæ, luxuriæ,
ſuperbiæ, contentionis, invidiæ, cæterorum-
que, quæ hoſtis malignus inſerere ſolet,
vitiorum incendio perire. quod ſi vir
ſanctus (Nehemias) audiens deſtructa
lapidum ac lignorum ædificia recte lu-
gebat, ieiunabat et orabat, et hoc multo
tempore ſedens in triſtitia: quanto magis
in deſtructione ac ruina animarum quæ

r peccatum committitur, continuis canti-
us, lacrymis, orationibus insistendum?
deus miserante Domino ad pristinam
iganter hospitalem, qui in opprobrium
igionis triumphante inimico iacebant diu-
no vitiorum sorde squalentes.

Feria VI.

Lectio I.

De libro secundo Esdræ. cap. 4.

congregati sunt omnes (inimici nostri)
riter, ut venirent et pugnarent contra
usalem, et molirentur insidias. (Et sta-
i in loco post murum per circuitum po-
dum in ordinem cum gladiis suis et lan-
is et arcubus. Factum est autem, cum au-
sent inimici nostri, nuntiatum esse
bis, dissipavit Deus consilium eorum. Et
versi sumus omnes ad muros, unusquisque
opus suum. * Et factum est a die illa,
edia pars iuvenum eorum faciebat opus,
media parata erat ad bellum, et lanceæ,
scuta, arcus et loricæ, et principes post
s in omni domo Juda ædificantium in
uro, et portantium onera, et imponentium:
a manu sua faciebat opus, et altera tene-
t gladium: ædificantium enim unus-
isque gladio erat accinctus renes. Et ædi-
icabant, et clangebant buccina coram me. 9.
dixi ad optimates et ad magistratus, et ad
liquam partem vulgi: opus grande est et lo-
um, et nos separati sumus in muro procul
ter ab altero. In loco quocumque audieritis
ngorem tubæ, illuc concurrite ad nos; Deus
ster pugnabit pro nobis. Et nos ipsi faciamus
us, et media pars nostrum teneat lanceas ab
ensu auroræ, donec egrediantur astra. * In
mpore quoque illo dixi populo: unusquisque
um puero suo maneat in medio Jerusalem,

et sint nobis vices per noctem et diem adoperandum. Ego autem et fratres mei, et pueri mei, et custodes qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra.

R. R. ex II. Noct. Dominico precedentis.

Lectio II.

De expositione venerabilis Bedo Presbyteri.

Notandum, quia non solum pars invenum media faciebat opus, et pars media parata erat ad bellum: sed et iidem ipsi, qui faciebant opus invenes, gladio erant accincti. Tanta namque versutia hostis antiqui, tantus est furor militiæ eius contra ecclesiam dimicantis, ut non solum prædicatores veritatis, sed et ipse Dei populus semper adversus machinas illius invigilare, et velut in acie debeat stare. Ædificantes namque gladio accinguntur renes, cum fit, qui bonis insistere operibus, qui commissos sibi regulari curant ratione disponere: hoc est enim vivos lapides in ædificio sanctæ civitatis ordine competenti locare: fluxa in se luxuria acumine verbi Dei restringere satagunt. Nec prodesse undum, quia cum David sive Salomon eandem civitatem ædificarent, nil de armatis structoribus vel adversarios impugnantibus refertur: verum destructa ob scelera eorum urbs maiore labore ac industria reficitur: quia et talis est ædificatio spiritualis, quo in animarum salute geritur, ut in baptismate renati per fidem et confessionem sanctæ Trinitatis absque ullo nostro labore, per gratiam Dei civitas ac domus eius efficiamur. Ad si post ablutionem sacri fontis, diabolo seducente, ad peccata relabimur, et virtutum mœnia nostrarum hostis victor igne vitiorum eiecit, gravioribus necesse est orationis,

ffectionis, vigiliarum, eleemosynarum,
vitæ auctioris studiis ea, quæ perdidimus,
morum operum ædificia reparemus. dum
experti vitiorum illecebris difficilius,
quam incognitis, caremus: minorisque
laboris est incognitam carnis cavere volupta-
tem, quam reücere cognitam.

Sabbato.

Lectio 1.

De libro secundo Esdræ. cap. 8. 9.

Venerat mensis septimus: filii autem Israel
erant in civitatibus suis. Congregatusque
omnis
est populus quasi vir unus, ad plateam,
quæ erat ante portam aquarum: & dixe-
runt Esdræ scribæ, ut afferret librum legis
Moysi, quam præceperat Dominus Israeli. ✠
Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram
multitudine virorum & mulierum, cunctis
qui poterant intelligere, in die prima
mensis septimi. Et legit in eo aperte in pla-
tea, quæ erat ante portam aquarum, de mane
usque ad mediam diem, in conspectu virorum
& mulierum & sapientium: & aures omnis
populi erant erectæ ad librum. 9. Stetitque
Esdras scriba super gradum ligneum,
quem fecerat ad loquendum, & aperuit librum
coram omni populo; (super universum quip-
pe populum eminebat: & cum aperuisset
eum,) stetit omnis populus. Et benedixit
Esdras Domino Deo magno; & respondit
omnis populus: amen amen; elevans ma-
nus suas, & incurvati sunt, et adoraverunt
eum proni in terram. ✠ In die autem vige-
simo quarto mensis hujus convenerunt
filii Israel in jejunio, & in saccis, & humus
super eos. Et separatum est semen filiorum Israel
ab omni filio alienigena: & steterunt, et

confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum. & consurrexerunt ad standum: & legerunt in volumine legis domini Dei sui quater in die, & quater confitebantur & adorabant Dominum Deum suum.
R. R. ex III. Noct. Dominico procedentis.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Bedæ Presbyteri.
Notanda devotio correcti post captivitatem populi, ut completa rite solemnitate, quæ per legem Domini mandata est, una tantum inter missa die, mox in ieiunio & in pœnitentia ipsi sua fronte convenirent: & quæ diebus lectionum sanctarum ac tabitio gerendum audierant, diligenter ex tempore gererent, separando scilicet se ipsos & mente & corpore a consortio eorum, qui alieni a Domino esse & abeius cultura comprobantur: ne rursus per societatem & exempla reproborum, inciderent in mala captivitatis & erumnæ: quo tamen vix post longa temporum sive seculorum volumina sese evasisse cernebant. Quid de his nobis mystice tractandum? nisi ut talium exempla secuti, quidquid in publica synaxi vel auditorio faciendum cognovimus, denuo mutua inter nos collatione tractemus: & qualiter singula hac castigatione cordis sive corporis nostri complere valeamus, solerti indagine perquiramus.

Ad Vesperas Duplex.

ad Magnif. ant. Sapientia insipientibus locuta est: relinquite infantiam, & vivete: * & ambulate per vias prudentiæ. Prov. 9.

Oratio Sacr. Gelas.

Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo
maxime, et miserando manifestas: multi-
plica super nos misericordiam tuam; ut ad
ea promissa currentes, cœlestium bonorum
facias esse consortes. Per Dominum.

Dominica X. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. lect.

In 1. Nocturno.

Lectio 1.

Incipit liber Proverbiorum. cap. 1.

Parabole Salomonis, filii David, regis Israel.
ad sciendam sapientiam et disciplinam: ad
intelligenda verba prudentiæ: ad suscipien-
dam eruditionem doctrinæ, iustitiam, et
iudicium, et æquitatem: ut detur parvulis
astutia, adolescenti scientia et intellectus.
audiens sapiens sapientior erit, et intelligens
gubernacula possidebit. animadvertet pa-
rabolam et interpretationem, verba sapi-
entum et ænigmata eorum. Timor Domini
principium sapientiæ. Sapientiam atque
doctrinam stulti despiciunt. Audi fili mi
disciplinam patris tui, et ne dimittas legem
matris tuæ; ut addatur gratia capiti tuo,
et torques collo tuo.

℣. Initium sapientiæ timor Domini. ✠
firmamentum est Dominus timenti-
bus eum, et testamentum ipsius, ut ma-
nifestetur illis. ℟. Principium sapi-
entiæ timor Domini: et scientia sanc-
torum prudentia. ✠ firmamentum. Ossio.
et 24. Prov. 9.

Lectio II.

Fili mi, si te lactaverint peccatores, ne
acquiescas eis. Si dixerint: veni nobiscum,
insidiemur sanguini, abscondamus laqueos

cas contra insontem frustra; deglutiamus eum sicut infernus viventem, et integrum quasi descendentem in lacum: omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis: Sortem mitte nobiscum, marsupium unum sit omnium nostrum. Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum a semitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt, et festinant, ut effundant sanguinem. ℟. Non æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius: ✠ quoniam qui malignantur, exterminabuntur; sustinentes autem Dominum ipsi hereditabunt terram. ℣. Non æmuletur cor tuum peccatores; sed in timore Domini esto tota die. ✠ quoniam. Prov. 3. Ps. 36. Prov. 1.

Lectio III.

Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam: in capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba sua, dicens: usquequo parvuli diligitis infantiam, et stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient, et imprudentes odibunt scientiam? Convertimini ad correptionem meam: en proferam vobis Spiritum meum, et ostendam vobis verba mea. quia vocavi, et renuistis; extendi manum meam, et non fuit, qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitu vestro ridebo et subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, advenerit. ℟. Disciplinam Domini ne abiicias, ne deficias, cum ab eo corriperis: ✠ quem enim diligit Dominus, corripit, et quasi pater in filio complacet sibi. ℣. Tamquam filius

obis offert se Deus: quis enim filius, quem
non corripit pater? * quem. Prov. 2. Hebr. 12.

Lectio IV.

Cum irruerit repentina calamitas, et inte-
ritus quasi tempestas ingruerit: quando
venerit super vos tribulatio et angustia:
tunc invocabunt me, et non exaudiam;
mane consurgent, et non invenient me:
eo quod exosam habuerint disciplinam,
et timorem Domini non susceperint,
nec adquieverint consilio meo, et detra-
xerint universo correptioni meo. Come-
dent igitur fructus viae suae, suisque
consiliis saturabuntur. Aversio parvu-
lorum interficiet eos, et prosperitas
stultorum perdet illos. qui autem me
audierit, absque terrore requiescet, et abun-
dantia perfruetur, timore malorum sublato.
℣. Si susceperis sermones meos, et man-
data mea abscónderis penes te: * tunc, †
intelliges timorem Domini, et scientiam
Dei invenies. ℣. Cogitatum tuum habe
in praeceptis Dei, et in mandatis illius ma-
xime assiduus esto. * tunc. ℣. gloria.
† intelliges. Prov. 2. Eccli. 6.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
l. 19. contra Faust. c. 12.

De Sacramentis.

Nullum nomen Religionis seu verum
aut falsum coagulari homines possunt, nisi
aliquo signaculorum vel Sacramentorum
visibilium consortio colligentur: quorum
Sacramentorum vis inenarrabiliter valet
plurimum, et ideo contenta sacrilegos facit.
Impie quippe continentur, sine qua non po-
test perfici pietas. Verumtamen quia visibilia
Sacramenta pietatis in se possunt etiam

impūs, sicut habuisse sanctum baptismum etiam Magum Simonem legimus: sunt tales, quales apostolus ait: habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Virtus autem pietatis est finis præcepti, id est, charitas de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta.

℟. Tene disciplinam, ne dimittas eam: * custodi illam, quia ipsa est vita tua. ℣. Conserva iustitiam, et Deus probebit illam tibi; sapientia enim est disciplina timor Domini. * custodi. Prov. 4. Iulij.

Lectio VI.

Unde apostolus Petrus, cum de sacramento arcæ, in qua Noe domus a diluvio liberata est, loqueretur: Sic et vos, inquit, simili forma baptismo salvos facit. Ne sibi sufficere putarent visibile sacramentum, per quod habebant formam pietatis, et per malos mores perdite vivendo virtutem eius abnegarent; continuo subiecit: non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio. Proinde prima sacramenta, quæ observabantur et celebrabantur ex lege, prænuntiativa erant Christi venturi: quæ cum suo adventu Christus implevisset, ablata sunt, et ideo ablata, quia impleta: non enim venit solvere legem, sed adimplere. Et alia instituta sunt, virtute maiora, utilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora, tam quam iustitia fidei revelata, et in libertatem vocatis filiis Dei, iugo servitutis ablato, quod duro et carni dedito populo congruebat.

℟. Sapientia ubi invenitur, et quis est locus intelligentiæ? * ecce timor Domini ipsa est sapientia, et recedere a malo

intelligentia. ℣. Fons sapientiæ verbum
Dei in excelsis, et ingressus illius mandata
æterna: plenitudo sapientiæ est timere
Deum. ℟. ene. Job. 28. Eccli. 1.

Lectio VII.

Verumtamen si antiqui iusti, qui sacra-
mentis illis intelligebant venturam pro-
nuntiari revelationem fidei, ex qua, licet
adhuc operta et abscondita, munere tamen
vaticinatis intellecta etiam tunc ipsi vivebant:
quia in hac vita nemo esse potest iustus, nisi
qui ex fide vivit. Si ergo antiqui iusti pro
illis nuntiativis sacramentis et rerum non-
dum impletarum figuris omnia dura et
horrenda perpeti parati fuerunt, et plerique
perpessi sunt: quanto magis nunc pro bapti-
smo Christi ad omnia perferenda paratior de-
bet esse christianus, cum illo fuerint promis-
siones rerum complendarum, hoc sunt
vaticinia completarum? quod enim adhuc
promittitur cœlestis, id est, corpori Christi,
et in manifestatione prædicatur, et in ipso
capite corporis Salvatore, id est, in ipso
mediatore Dei et hominum homine Christo
Jesu, iam ubique completum est.

℣. Vani sunt omnes homines, ℟ in quo-
rum non est subest Scientia Dei: et de his
quæ videntur bona, non potuerunt in-
telligere eum qui est. ℣. Invisibilia
Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspi-
ciuntur, ita ut sint inexcusabiles. ℟ in.
Ep. 13. Rom. 1.

Lectio VIII.

Quid enim promittitur, nisi vita æter-
na ex resurrectione a mortuis? Hoc
iam completum est in illa carne, quod
Verbum caro factum est, et habitavit in
nobis. Tunc ergo occulta erat fides;

nam eadem credebant, eademque spera-
bant omnes iusti & sancti huius tempo-
rum illorum, et promissiva erant omnia
illa sacramenta, omnisque ritus ille sacro-
rum. e Nunc autem revelata est fides,
in qua conclusus erat populus, quando
sub lege custodiebatur: & quod fidelibus
promittitur in iudicio, iam completum
est in exemplo per eum, qui legem et pro-
phetas non venit solvere, sed adimplere.
Quid sunt aliud quoque corporalia sacra-
menta, nisi quodam quasi verba sensibi-
lia, sacrosancta quidem, verumtamen
mutabilia & temporalia? Deus enim eter-
nus est, nec tamen aqua & omnis actio
corporalis, quo agitur, cum baptizamur,
& fit & transit, & terna est. Hoc omnia
fiunt & transeunt, sonant & transeunt:
virtus tamen, quae per ista operatur, iugita
manet; et donum spirituale, quod per ista
insinuatur, aeternum est.
℟. Beatus homo, qui invenit sapientiam:
praeclara est cunctis opibus; ✠ vie illius
pulcra, et omnes semite illius pacifice.
℣. Quae deorsum est sapientia, pudica est,
pacifica, modesta; plena misericordia et
fructibus bonis. ✠ vie. ℣. gloria. ✠ vie.
Prov. 3. Jac. 3.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Timotheum. cap. 6.

Quicunque sunt sub iugo servi, dominos
suos omni honore dignos arbitrentur, ne
nomen Domini & doctrina blasphemetur.
qui autem fideles habent dominos, non con-
temnant, quia fratres sunt: sed magis serviant,
quia fideles sunt & dilecti, qui beneficii parti-
ceps sunt. Haec doce & exhortare. Si quis

aliter docet, et non adquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, et ei quae secundum pietatem est doctrinae, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quaestiones et pugnas verborum: ex quibus oriuntur invidiae, contentiones, blasphemiae, suspiciones malae, conflictationes hominum mente corruptorum, et qui veritate privati sunt, existimantium quaestum esse pietatem. ℣. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos; * Sapientia enim huius saeculi, stultitia est apud Deum. ℣. Sapientia callidi est intelligere viam suam; et imprudentia stultorum errans. * Sapientia. Rom. 12. 1. Cor. 3. Prov. 14.

Lectio X.

Habemus quaestus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia et nociva, quae mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis.

℟. Vanitatem et verba mendacia longe fac a me Domine: * mendicitatem et divitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria. ℣. Melius est modicum iusto, super divitias peccatorum multas. * mendic. Prov. 30. Ps. 36.

Lectio XI.

Tu autem homo Dei haec fuge: sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem,

patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus. Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, et Christo Jesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem: ut serves mandatum sine macula, irreprehensibile, usque in adventum Domini nostri Jesu Christi: quem suis temporibus ostendet beatus et solus potens, Rex regum et Dominus dominantium: qui solus habet immortalitatem, et lucem inhabitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor et imperium sempiternum. amen.

℟. Sapientia clamitat: justi sunt omnes sermones mei; non est in eis pravum quid neque perversum. ✠ Recti sunt intelligentibus, et qui invenientibus scientiam. ℣. Si quis non adquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, superbus est, nihil sciens. ✠ rabi. Prov. 8. j. Tim. 6.

Lectio XII.

Divitibus hujus seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum: bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum futurum, ut apprehendant veram vitam. O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, et oppositiones falsi nominis scientiæ: quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum Amen.

℟. pro Dominica. Seraphim clamabant alter ad alterum: ✠ Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus exercituum: ✠ plena est omnis terra gloria ejus. ℣. Tres sunt, qui testimonium

nd in ecto: Pater, Verbum & Spiritus
ncti: & hi tres unum sunt. ℟. Sanctus.
. gloriâ. ℣. plena. Isa. 6. j. Joan. 5.

℟. infra hebdomadam. In multis offendi-
mus omnes: ℣. si quis in verbo non offendit,
hic perfectus est vir. ℟. In multiloquio
non deerit peccatum; qui autem moderatus
labia sua, prudentissimus est. ℣. Si. Nigoriâ.
. si quis. Jac. 3. Prov. 10.

Hoc ℟℟. dicuntur per hanc & sequentem
hebdomadam.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Lucam. cap. 18.

illo tempore: dixit Jesus ad quosdam, qui
in se confidebant tamquam justi, & aspernaban-
tur ceteros, parabolam istam: Duo homi-
nes ascenderunt in templum, ut orarent;
unus pharisæus & alter publicanus. Pha-
risæus stans hæc apud se orabat: Deus, gratias
ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum,
raptores, injusti, adulteri, velut etiam hic
publicanus. Jejuno bis in sabbato, decimas
do omnium, quæ possideo. Et publicanus
longe stans nolebat nec oculos ad cœlum
levare; sed percutiebat pectus suum dicens:
Deus propitius esto mihi peccatori. Dico
vobis, descendit hic justificatus in domum
suam ab illo: quia omnis, qui se exaltat,
humiliabitur; & qui se humiliat, exalta-
bitur.

℣. Benedicamus. ant. Publicanus percutiebat pec-
tus suum dicens: ✱ Deus, propitius esto mihi
peccatori. Luc. 18.

℣. Magnificat. ant. Omnis, qui se exaltat, humi-
liabitur: ✱ & qui se humiliat exaltabitur. Luc. 18.

Feria II.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 3.

Fili mi, ne obliviscaris legis mee, precepta
mea cor tuum custodiat; longitudinem enim
dierum, et annos vite, et pacem apponent
tibi. Misericordia et veritas te non deseranti;
circumda eas gutturi tuo, et describe in tabulis
cordis tui: et invenies gratiam et disciplinam bonam coram Deo et hominibus. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo,
et ne innitaris prudentie tue. In omnibus
viis tuis cogita illum, et ipse dirigit gressus
tuos. ℣. Noli esse sapiens apud temetipsum: time
Deum, et recede a malo: sanitas quippe erit
umbilico tuo, et irrigatio ossium tuorum.
Honora Dominum de tua substantia, et de
primitiis omnium frugum tuarum da ei:
et implebuntur horrea tua saturitate, et vino
torcularia tua redundabunt. Disciplinam
Domini, fili mi, ne abiicias, nec deficias cum
ab eo corriperis: quem enim diligit Dominus,
corripit, et quasi pater in filio complacet sibi. ℟.
Fili mi, ne effluant hec ab oculis tuis: custodi legem atque consilium, et erit vita animo
tuo, et gratia faucibus tuis. Tunc ambulabis
fiducialiter in via tua, et pes tuus non impinget: sed dormieris, non timebis, quiesces,
et suavis erit somnus tuus. ℣. Ne paveas repentino terrore et irruentes tibi potentias
impiorum: Dominus enim erit in latere
tuo, et custodiet pedem tuum ne capiaris. ℟.
Noli prohibere benefacere eum, qui potest:
si vales, et ipse benefac. ℣. Ne dicas amico tuo:
vade et revertere, cras dabo tibi, cum statim
possis dare. ℣. Ne moliaris amico tuo malum,
cum ille in te habeat fiduciam. ℣. Ne contendas
adversus hominem frustra, cum ipse tibi nihil
mali fecerit. ℣. Ne æmuleris hominem
iniustum, nec imiteris vias eius: quia abominatio Domini est omnis illusor, et cum
simplicibus sermocinatio eius.
℟. ex I. Vesp. Dominice precedentis.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Ne imposita præceptorum custodia turbaret audientem, præmisit præmia certa, et sic enumeravit præcepta. Longitudine enim dierum lucem sempiternam; annis vitæ transeuntis limina mortalitatis; augmento spacii, ipsum nactæ beatitudinis statum designat. Misericordia et veritas non te deserant. Nunquam abscedat a te veritas quæ dicenda: nunquam abscedat misericordia, quæ proximis sit impendenda, recedat. Sic enim fit, ut et te Dei semper misericordia prosequatur et veritas: misericordia videlicet, qua deleat peccata tua: veritas vero, qua compleat promissa sua. Sit (autem) virtus misericordiæ et veritatis radii infixa mentis, promatur et voce loquentis: ut testimonio inspectori Deo, qui corda solus scrutatur et renes, ariana placeant intentionis, et proximos invent officio locutionis. Bene autem additur circumdari oret gutturi, cum vox loquentis potius intus in gutture fieri soleat: quia videlicet prædicationis vox de visceribus emanat, sed extra circumdat, et ad plures audientes simul perfunditur. Quæ nos alios ad bene vivendum suscitat, seo ad bene agendum et opera prædicantis legat, ne extra sermonem actio transeat, ne vocis vita contradicat. Habe fiduciam in domino: nec metuas, ob imbecillitatem propriam divina non posse servare mandata: nec de rursum autumes, hæc tuis implere viribus posse, vel tua naturali scientia nosse, si non per illius legem instituaris: sed potius a discendo et agendo eius quære creber auxilium, et ipse qui inspirat, propitius, ut implere valeas, donabit.

Feria III.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 4.

Audite filii disciplinam patris, et attendite ut sciatis prudentiam; donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Audi fili mi, et suscipe verba mea, ut multiplicentur tibi anni vitæ. Viam sapientiæ monstrabo tibi, duam te per semitas æquitatis: quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, et currens non habebis offendiculum. * Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua. Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, nec transeas per illam: declina et devita eam. Non enim dormiunt, nisi malefecerint: et rapitur somnus abeis, nisi supplantaverint. Comedunt panem impietatis, et vinum iniquitatis bibunt. Justorum autem semita quasi lux splendens procedit, et crescit usque ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruant. Fili mi ausculta sermones meos, et ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui: vita enim sunt invenientibus ea, et universe carni sanitas. * Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Remove a te os pravum, et detractoria labia sint procul a te. Oculi tui recta videant, et palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Dirige semitam pedibus tuis, et omnes viæ tuæ stabilientur. Ne declines ad dexteram neque ad sinistram: averte pedem tuum a malo: vias enim, quæ ad dextram sunt, novit Dominus; perversæ vero sunt quæ a sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace præducet.

℟. ℟. ex 11. dom. Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papæ.
l. 19. moral. cap. 24.

Cordis oculis circumquaque porrectis, undique
nobis adhibenda custodia est. unde recte per
Salomonem dicitur: omni custodia serva cor
tuum, quia ex ipso vita procedit. Dicturus enim
Custodia, premisit omni: ut unde electus quis-
que sibi inde se diligenter inspiciat, et quamdiu
in hac vita est, contra spiritales inimicos in
arce se positum sciat, ne mercedem, quam
per has actiones colligit, per alias amittat:
ne sibi hosti fores obstruat, et alium de ad-
ventu paret. Si quis etenim civitas contra
infidentes inimicos magno valletur aggere,
fortibus cingatur muris, ex omni parte
insomni muniatur custodia, unum vero in
ea foramen tantum modo immunitum per
negligentiam relinquatur: inde procul dubio
hostis ingredietur, qui undique exclusus vide-
batur. Pharisaeus namque ille, qui in tem-
plum oraturus ascendit, civitatem mentis
suae quanta munitione vallaverit, audiamus:
Ieiuno, inquit, bis in sabbato, decimas do
omnium quae possideo. qui promisit gratias
ago tibi, magna certe munimina adhibuit.
Sed videamus, ubi infidenti hosti immunitum
foramen reliquit, quia non sum sicut
publicanus iste. Huc civitatem cordis sui
infidentibus hostibus per elationem
aperuit, quam frustra per ieiunium et
alia munera claudit. Ergo cum munita sunt
cetera, cum locus unus, de quo hosti patet
aditus, munitus non est. gratias recte agit,
sed perverse se super publicanum extulit.
Quot labores uno vitio percussi ceciderunt,
quanta bona unius culpae gladio sunt per-
empta! Unde magnopere oportet et bona sem-
per agere, et ab ipsis nos bonis operibus
caute in cogitatione custodire: ne si munitam
elevant, bona non sint, quae non autori
militant, sed elationi.

Feria IV.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 6.

Vade ad formicam o piger, et considera vias eius, et disce sapientiam: quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem nec principem, parat in æstate cibum sibi, et congregat in messe, quod comedat. Usquequo piger dormies? quando consurges e somno tuo? ✠ Paullulum dormies, paullulum dormitabis, paullulum conseres manus, ut dormias: et veniet tibi quasi viator egestas, et pauperies quasi vir armatus. Si vero impiger fueris, veniet ut fons messis tua, et egestas longe fugiet a te. g. Homo apostata vir inutilis, graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, et omni tempore iurgia seminat. Huic extemplo [illegible] veniet perditio sua, et subito conteretur, nec habebit ultra medicinam. ✠ Sex sunt, quæ odit Dominus, et septimum detestatur anima eius: oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia, testem fallacem, et eum qui seminat inter fratres discordias.

℟. ex III. et Vers. Dominico præcedentis.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Hic vagantem hortatur quemlibet, ut si ad alios erudiendos non sufficit, saltem sui met curas agere non negligat: et si sapientiam docendi nequit ab homine, vel operandi sapientiam discat a formica. Si enim tantillum animal principe careens, et rationis expers, natura duce sibi provident in posterum: multo magis tu ad imaginem Dei conditus, ad

videndam gloriam eius vocatus, doctorum
magisterio adiutus, ipsum conditorem habens
ducem, debes in profectu bonorum operum
fructus congregare, quibus aeternum vivas
in aevum. Hoc etenim vita ideo mesi compa-
ratur et aestati, quod nunc inter ardores tem-
porationum tempus est colligendi futurorum
gaudia bonorum. Ad diem iudicii hyemis
similatur frigoribus, quia tunc nimirum
nulla relinquitur facultas pro vita laborandi,
sed tantum cogitur quisque de horreo prius
actionis, quod recondidit, proferre. Usquequo
pigre dormis mi vitis? quando potes resurgere
ad bene operandum, qui noxio torpore
deprepus semper dicis: paululum adhuc
iaceam, et si postea poenitendo resurgam?
Tibi namque, mi te semper differenti opus
bonum, repente index, quia mala tua facta
non fideravit, adest. Hoc est enim quod sequitur:
Sic veniet tibi quasi viator egestas, et pau-
peries quasi vir armatus. Egestas namque
et paupertas poena est ultima, in qua dam-
nati nihil divitiarum merentur: quae
quasi viator veniet, quia improvisa et
subitanea: quasi vir armatus, quia devitari
perpetuo non potest.

Feria V.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 10.

Filius sapiens laetificat patrem, filius vero stul-
tus maestitia est matris suae. Nihil proderunt
thesauri impietatis: iustitia vero liberabit a
morte. Non affliget Dominus fame animam iusti,
insidias impiorum subvertet. Egestatem ope-
rata est manus remissa: manus autem fortium
divitias parat. Qui nititur mendaciis, hic pascit
ventos: idem autem ipse sequitur aves vo-
lantes. * Qui congregat in messe, filius
sapiens est: qui autem stertit aestate, filius

confusionis. Benedictio Domini super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas. Memoria iusti cum laudibus: & nomen impiorum putrescet. Sapiens corde precepta suscipit: fatuus cæditur labiis. ℣. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem depravat vias suas, manifestus erit. Qui annuit oculo, dabit dolorem: & fatuus labiis verberabitur. Vena vitæ os iusti: & os impiorum operit iniquitatem. Odium suscitat rixas: & universa delicta operit charitas. ℣. In labiis sapientis invenitur sapientia, & virga in dorso eius, qui indiget corde. ℣. Sapientes abscondunt scientiam: os autem fatui confusioni proximum est. Substantia divitis urbs fortitudinis eius: pavor pauperum egestas eorum. ℣. Opus iusti ad vitam: fructus autem impii ad peccatum. Via vitæ custodienti disciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat. ℣. In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est.

℟. ex I. Noct. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

l. past. p. 3. cap. 14.

In multiloquio non deerit peccatum. admonendi sunt (igitur) multiloquio vacantes, ut vigilanter aspiciant, a quanto rectitudinis statu depereant, dum per multiplicia verba dilabuntur. Humana siquidem mens, aqueo more circumclusa, ad superiora colligitur, quia illud repetit, unde descendit: et relaxata deperit, quia se per infima inutiliter spargit. quod enim superfluis verbis a silentii sui censura dispendit, quasi foras per rivos extra se ducitur. unde et redire interius ad sui cognitionem non sufficit, quia per multiloquium

sparsa a secreto se intimo considerationis
excludit: totam vero se insidiantis hostis ve-
neribus delegit, quia nulla munitione
custodio circumclusit. Unde scriptum est:
Civitas patens et absque murorum am-
itu, ita vir, qui non potest in loquendo
rohibere spiritum suum. Quia enim mu-
um silentii non habet, patet inimici
aulis civitas mentis: et cum se perverba
ltra semetipsam eiicit, apertam se adver-
rio ostendit. quam tanto ille fine labore
pera, quanto et ipsa, quo vincitur,
ltra semetipsam per multiloquium
ugnat. Plerumque autem, quia per
osdam gradus desidiosa mens in lapsum
ui impellitur, dum otiosa cavere ver-
a negligimus, ad noxia pervenimus:
d prius loqui aliena libeat, post modum
etractionibus eorum vitam, de quibus
quitur, mordeat; ad extremum vero
sque ad apertas lingua contumelias
rumpat. Hinc seminantur stimuli,
iuntur rixe, accenduntur faces odio-
um, pax extinguitur cordium.

Feria VI.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 12.

ui diligit disciplinam, diligit scientiam.
ui autem odit increpationes, insipiens est.
ir bonus est, hauriet gratiam a Domino:
ir autem confidit in cogitationibus suis,
impie agit. Non roborabitur homo ex im-
ietate: et radix iustorum non commove-
ur. Cogitationes iustorum iudicia: et con-
ilia impiorum fraudulenta. Verba impio-
um insidiantur sanguini: os iustorum
iberabit eos. Verte impios, et non erunt:
omus autem iustorum permanebit. Doctrina

sua noscetur vir: qui autem vanus est, axors
est, patebit contemtui. Melior est pauper
& sufficiens sibi, quam gloriosus & indi-
gens pane. Qui operatur terram suam,
satiabitur panibus: qui autem sectatur otium,
stultissimus est. 9. qui suavis est in vini
demoratione, in suis ministerionibus
relinquit contumeliam. Desiderium impii
munimentum est pessimorum: radix autem
iustorum proficiet. Propter peccata labiorum
ruina proximat malo: effugiet autem iustus
de angustia. De fructu oris sui unusquisque
replebitur bonis, & iuxta opera manuum
suarum retribuetur ei. * Via stulti recta in
oculis eius: qui autem sapiens est, audit
consilia. Iratus statim indicat iram
suam: qui autem dissimulat iniuriam,
callidus est. qui quod novit loquitur, index
iustitiæ est: qui autem mentitur, testis
est fraudulentus. Labium veritatis fir-
mum erit in perpetuum: qui autem
testis est repentinus, concinnat linguam
mendacii. Dolus in corde cogitantium
mala: qui autem pacis ineunt consilia,
sequitur eos gaudium. Non contristabit
iustum quidquid ei acciderit: impii autem
replebuntur malo.

℟. ex II. Vesp. Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
hom. de ferendis reprehens. T. III.

Amici sive iure sive iniuria arguant, non
exprobrandi sed corrigendi animo audiendi.
Inimici vero, etiamsi iure arguant,
non corrigendi sed infamandi animo ar-
guunt. Hi igitur cum laudant, id student,
ut meliorem efficiant; illi vero etiamsi
laudent, supplantare conantur. Cæte-
rum [illegible] quoquo modo reprehensio accidat,

magnum certe bonum est, si quis reprehen-
siones criminationesque ita ferre possit,
ut non exasperetur. qui enim odit increpa-
tiones, ait Scriptura, insipiens est. non dixit
odes vel tales increpationes, sed tantum
increpationes. ut cum si iure arguat amicus,
emendatum corrige, si absque ratione, landa
laudatem, scopum eius ad proba, amici-
æ gratiam conficere: ex magno quippe
more amicitia proficiscitur. nec stoma-
chemur, cum arguimur. id admodum ne-
cessarium est vitæ nostro, si ab omnibus fiat: si
peccantes arguamus, et dum labimur,
a aliis argui libenter feramus. in peccatis
enim idem sunt reprehensiones, quod in vul-
neribus remedia. quemadmodum igitur
infelix est, qui pharmaca reücit, ita et inmisa-
bilis is, qui reprehensiones non admittit.
hoc omnia subvertit, hoc vitam nostram
confundit, quod nec reprehensi generose fe-
ramus, neque alios reprehendere velimus.
Ideo enim molesti sumus cum arguimur,
quia exasperamur cum arguimur. enim-
vero si scirent fratres nostri, se ab his laudari
quam viri, si ille argueret, reprehensus ab ipso
viro rependeret vicem.

Sabbato.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 15.

Responsio mollis frangit iram: sermo du-
rus suscitat furorem. Lingua sapientium
ornat scientiam: os fatuorum ebullit stul-
titiam. In omni loco oculi Domini contem-
plantur bonos et malos. Lingua placa-
bilis lignum vitæ: quæ autem inmo-
derata est, conteret spiritum. Stultus
irridet disciplinam patris sui: qui autem
custodit increpationes, astutior fiet. *

Irabundanti iustitia virtus maxima est: cogitationes autem impiorum eradicabuntur. Domus iusti plurima fortitudo: et in fructibus impii conturbatio. Labia sapientium disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit. Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota iustorum placabilia. Abominatio est Domino via impii: qui sequitur iustitiam, diligetur ab eo. 9. Doctrina mala deserenti viam vitæ: qui increpationes odit, morietur. Infernus et perditio coram Domino: quanto magis corda filiorum hominum? Non amat pestilens eum, qui se corripit, nec ad sapientes gradietur. Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deiicit spiritum. ✠ Cor sapientis quærit doctrinam: et os stultorum pascetur imperitia. Omnes dies pauperis mali: secura mens quasi iugis convivium. Melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni et insatiabiles. Melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio. Vir iracundus provocat rixas; qui patiens est, mitigat suscitatas.

R. R. ex III. Nocturni Dominicæ præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

l. 5. moral. cap. 45.

Quanta sit iracundiæ culpa, pensemus: per quam dum manifesto remittitur, superno imaginis similitudo vitiatur. Per iram sapientia perditur, ut quid, quove ordine agendum sit, omnino nesciatur. Per iram vita amittitur, etsi sapientia teneri videatur. Per iram gratia vitæ socialis amittitur, quia quisque ex humana ratione non temperat, necesse est, ut bestialiter solus vivat. Per iram concordia rumpitur, sicut scriptum est. Vir animosus parit

xas. Duobus (autem) modis fracta possidere
animum ira desuescit. Primus quippe est,
ut mens sollicita antequam agere quodlibet
incipiat, omnes sibi, quas prati potest, con-
tumelias proponat, quatenus Redemtoris
sui probra cogitans ad adversa se praparet.
Quo nimirum verentia tanto fortior
excipit, quanto se cautius ex prascientia
armavit. Secundus autem servandæ man-
suetudinis modus est, ut cum alienos ex-
cessus aspicimus, nostra, quibus in aliis
vexamur, delicta cogitemus. Considerata
quippe infirmitas propria, mala nobis
excusat aliena. Patienter ergo namque illa
tam iniuriam toleravit, qui prius meminit, quod
forsan adhuc habeat, in que debeat ipse tole-
rari. Et quasi aqua ignis extinguitur, cum
surgente furore animi, sua cuique ad men-
tem culpa revocatur: quia erubescit peccata
non parcere, qui vel Deo vel proximo sæpe
recolit parcenda peccasse.

Ad Vesperas. Duplex.

Ad Magnif. ant. Timor Domini disci-
plina sapientiæ, et gloriam præcedit
humilitas. Prov. 15.

Oratio Sacr. Gelas.

Omnipotens sempiterne Deus, qui a-
bundantia pietatis tuæ et merita sup-
plicum excedis et vota: effunde super
nos misericordiam tuam; ut dimittas
quæ conscientia metuit, et adicias,
quod oratio non præsumit. Per Dominum.

Dominica XI. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 16.

Hominis est animam preparare, et Domini gubernare linguam. Omnes vie hominis patent oculis eius: spirituum ponderator est Dominus. Revela Domino opera tua, et dirigentur cogitationes tue. Universa propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum. Abominatio Domini est omnis arrogans: etiamsi manus ad manum fuerit, non est innocens. Initium vie bone facere iustitiam: accepta est autem apud Deum magis, quam immolare hostias. Misericordia et veritate redimitur iniquitas: et in timore Domini declinatur a malo. Cum placuerint Domino vie hominis, inimicos quoque eius convertet ad pacem.

℟. ex Dominica precedente.

Lectio II.

Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate. Cor hominis disponit viam suam: sed Dominus est, dirigere gressus eius. Posside sapientiam, quia auro melior est: et adquire prudentiam, quia pretiosior est argento. Semita iustorum declinat mala: custos anime servat viam suam. Contritionem precedit superbia: et ante ruinam exultatur spiritus. Melius est humiliari cum mitibus, quam dividere spolia cum superbis. Eruditus in verbo reperiet bona: et qui sperat in Domino, beatus est.

Lectio III.

Qui sapiens est corde, appellabitur prudens: et qui dulcis eloquio, maiora percipiet. Fons vite eruditio possidentis: doctrina stultorum fatuitas. Cor sapientis erudiet os eius, et labiis eius addet gratiam. Favus mellis composita verba: dulcedo animo sanitas ossium. Est via, que videtur homini recta: et novissima eius ducunt

ad mortem. Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum.

Lectio IV.

Vir impius fodit malum, et in labiis eius ignis ardescit. Homo perversus suscitat lites: et verbosus separat principes. Vir iniquus lactat amicum suum, et ducit eum per viam non bonam. Qui annuit oculis cogitat prava, mordens labia sua perficit malum. Corona dignitatis senectus, quae in viis iustitiae reperietur. Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur.

In II. Nocturno.

~~Lectio~~ Lectio V.

Ex libro sancti Irenaei Episcopi et Martyris contra haereses. l. 3. cap. 3. 4.

Traditionem apostolorum in toto mundo manifestatam, in omni ecclesia adest respicere omnibus, qui vera velint videre: et habemus annumerare eos, qui ab apostolis instituti sunt Episcopi in ecclesiis, et successores eorum usque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab his haereticis deliratur. Etenim si recondita mysteria sciissent apostoli, quae seorsim et secunder ab reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea, quibus et ipsas ecclesias committebant. Valde enim perfectos et irreprehensibiles in omnibus eos volebant esse, quos et successores relinquebant, suum ipsorum locum magisterium tradentes: quibus emendate agentibus fieret magna utilitas, lapsis autem summa calamitas.

Lectio VI.

Sed quoniam valde longum est omnium ecclesiarum enumerare successiones; maximo et antiquissimo, et omnibus cognita, a gloriosissimis duobus apostolis Petro et Paulo Romae fundata et constituta ecclesia, eam, quam habet ab apostolis traditionem, et annuntiatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum pervenientem usque ad nos, indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel ~~sibi~~ per sibiplacentiam, vel vanam gloriam, vel per caecitatem et malam sententiam, praeterquam oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire ecclesiam, hoc est, eos qui undique fideles: in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quae est ab apostolis, traditio.

Lectio VII. cap. 4.

Tanto igitur ostensiones cum sint, non oportet adhuc quaerere apud alios veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere; cum apostoli, quasi in depositorium dives, plenissime in eam contulerint omnia, quae sunt veritatis: uti omnis, quicumque velit, sumat ea potum vitae. Haec est enim vitae introitus; omnes autem reliqui fures sunt et latrones. Propter quod oportet devitare quidem illos; quae autem sunt ecclesiae, cum summa diligentia diligere, et apprehendere veritatis traditionem.

Lectio VIII.

Quid enim? Si de aliqua modica quaestione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus apostoli conversati sunt, et ab eis de praesenti quaestione sumere, quod certum et re liquidum est? Quid autem, si neque

postoli quidem scripturas reliquerunt nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt his, quibus committebant Ecclesias? Cui ordinationi assentiunt multæ gentes barbarorum, eorum qui in Christum credunt, sine charta et atramento scriptam habentes per Spiritum in cordibus suis salutem, et veterem traditionem diligenter custodientes.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

Incipit epistola secunda beati Pauli apostoli ad Timotheum. cap. j.

Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, secundum promissionem vitæ, quæ est in Christo Jesu: Timotheo carissimo filio gratia, misericordia, pax a Deo Patre et Christo Jesu Domino nostro. Gratias ago Deo, cui servio a progenitoribus in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die, desiderans te videre, memor lacrymarum tuarum, ut gaudio implear.

Lectio X.

Recordationem accipiens ejus fidei, quæ in te non ficta, quæ et habitavit primum in avia tua Loide, et matre tua Eunice, certus sum autem, quod et in te. Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, et dilectionis, et sobrietatis.

Lectio XI.

Nolite itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum ejus:

Sed collabora Evangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberavit, et vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum et gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora secularia; manifestata autem est nunc per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam et incorruptionem per Evangelium, in quo positus sum ego prædicator et apostolus, et magister gentium. Ob quam causam etiam hæc patior, sed non confundor. Scio enim, cui credidi, et certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem.

Lectio XII.

Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti in fide et in dilectione in Christo Jesu. Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Scis hoc, quod averterunt me omnes, qui in Asia sunt, ex quibus est Phygellus et Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpe me refrigeravit, et catenam meam non erubuit, sed cum Romam venisset, sollicite me quæsivit, et invenit. Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti.

Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum. cap. 7.

In illo tempore: Exiens Jesus de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt

surdum et mutum; et deprecabantur
um, ut imponat illi manum. Et appre-
ens eum de turba seorsum, misit digitos
os in auriculas eius: et exspuens tetigit
inguam eius; et suspiciens in coelum
gemuit, et ait illi: Ephphetha, quod
, adaperire. Et statim aperta sunt aures
is, et solutum est vinculum linguæ eius,
loquebatur recte. Et præcepit illis, ne cui
erent. Quanto autem eis præcipiebat,
to magis plus prædicabant, et eo am-
ius admirabantur, dicentes: Bene omnia
cit; et surdos fecit audire, et mutos loqui.

Benedictus ant. Statim aperta sunt aures
rdi et muti, et solutum est vinculum
ingua eius: * et loquebatur recte. Marc. 7.

Magnif. ant. Bene omnia fecit: * et
rdos fecit audire, et mutos loqui. Marc. 7.

Feria II.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 18.

mpius, cum in profundum venerit
ualorum, contemnit: sed sequitur eum
nominia & opprobrium. Aqua profunda
rba ex ore viri: et torrens redundans fons
pientiæ. Accipere personam impii non est
num, ut declines a veritate judicii. Labia
ili miscentur rixis, et os eius iurgia provo-
t. Os stulti contritio eius, et labia ipsius
ina animæ eius. Verba bilinguis quasi
mplicia: et ipsa perveniunt usque ad in-
riora ventris. * Pigrum dejicit timor:
nimo autem effeminati esurient.
ui mollis et dissolutus est in opere suo, frater
ffusa opera dissipantis. Turris fortissima
omen Domini: ad ipsum curret justus,

Nexaltabitur. antequam conteratur, exaltatur cor hominis; et antequam glorificetur, humiliatur. 9. Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat et confusione dignum. Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam: spiritum vero adrascendum facilem quis poterit sustinere? Cor prudens possidebit scientiam, et auris sapientium quaeret doctrinam. Donum hominis dilatat viam eius, et ante principes spatium ei faciet. * Justus prior est accusator sui: venit amicus eius, et investigabit eum. Contradictiones comprimit sors, et inter potentes quoque dijudicat. Frater, qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma: et judicia quasi vectes urbium. De fructu oris viri replebitur venter eius: et genimina labiorum ipsius saturabuntur eum. Mors et vita in manu linguae: qui diligunt eam, comedent fructus eius.

℟. ℣. ex I. Nocturno Dominico X.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

ℓ. j. ad Theodorum.

Nequaquam peccatorum multitudo in desperationem conjicere solet, sed anima ex se impia. Quapropter Salomon non dixit simpliciter: quis quis venit in profundum malorum, contemnit; sed impius tantum: impiorum enim duntaxat est ille morbus, quando in profundum malorum venerint. Et hoc ipsis ne respiciendi quidem facultatem reliquit, neque eo revertendi, unde exciderat. Nam flagitiosa illa cogitatio tanquam jugum quoddam ligneum animo cervici impositum, et compellens oculos in terram demittere, prohibet, ne ad Dominum suum respiciat. Propterea enim diabolus nos in desperatas cogitationes

nüat, ut spem erga Deum procidat: anchoram nempe tutam vitæque nostro sustentaculum, ducem nivia nostra ad cœlum salutem perditarum animarum. Spe enim salvi facti sumus. Hoc, inquam, hoc velut manu fortis de cœlo pendens, animas sustinet nostras, et ad cacumen illud paulatim trahit nos, qui hanc firmiter tenet, et a procellis maris præsentis vitæ abripit. Siquis igitur se mollitie hanc Anchoram dimittat, statim Deo decidit et suffocatur in abyssum salutis demersus. quod cum sciat malignus ille, postquam nos malorum operum conscientia oneratos sensit, irruens et ipse cogitationis cogitationem plumbo gravionem immittit: quam si susceperimus, necesse est prondere statim avulsos, et catena ea abstractos, in profundum malorum premi.

Feria III.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 19.

Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quam dives torquens labia sua, et insipiens. Ubi non est scientia animæ, non est bonum: et qui festinus est pedibus, offendet. Stultitia hominis supplantat gressus eius, et contra Deum fervet animo suo. Divitiæ addunt amicos plurimos: a paupere autem et hi, quos habuit, separantur. qui tantum verba sectatur, nihil habebit: qui autem custos est mentis, diligit animam suam, et custos prudentiæ inveniet bona. * Falsus testis non erit impunitus: et qui loquitur mendacia peribit.

Non decent stultum deliciæ, nec servum dominari principibus. Doctrina viri per patientiam noscitur: et gloria eius est iniqua pretergredi. Dolor patris filius stultus, et tecta iugiter ~~pers~~ perstillantia, litigiosa mulier. Domus et divitiæ dantur a parentibus: a Domino autem proprie uxor prudens. ℣. Pigredo immittit soporem, et anima dissoluta esuriet. Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit viam suam, mortificabitur. Fœneratur Domino qui miseretur pauperis: et vicissitudinem suam reddet ei. Erudi filium tuum, ne desperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam. Qui impatiens est, sustinebit damnum: nam rapuerit, aliud apponet. ✱ Audi consilium, et suscipe disciplinam, ut sis sapiens in corde viri: voluntas autem Domini permanebit. Homo indigens misericors est: et melior est pauper, quam dives mendax. Timor Domini ad vitam, et in plenitudine commorabitur absque visitatione pessima. Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Pestilente flagellato stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam.

℟. ℟. ex II. Nocturno Dominico X.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

Lib. past. P. 3. cap. 9.

Qui impatiens est, sustinebit damnum. Impatientes dum perturbationi suæ minime obsistunt, etiam si quo a se tranquilla mente meruerunt bene gesta, confundunt, et improviso

mpulsu destruunt, quid quid forsitan diu
abore provide construxerunt. Ipsa namque,
ne mater est omnium custosque virtutum,
er impatientiæ vitium virtus amittitur
aritatis. Scriptum quippe est: caritas patiens
Agitur cum minime est patiens, caritas
n est. Per hoc quoque impatientiæ vitium
la virtutum nutrix doctrina dissipatur, scrip-
m namque est: doctrina viri per patientiam
scitur. Tanto ergo quisque minus offenditur
ctus, quanto minus convincitur patiens.
que enim potest veraciter bona docendo in-
idere, si vivendo nescit æquanimiter aliena
la tolerare. Per hoc quoque impatientiæ
hium plerumque mentem arrogantiæ culpa
us figit: quia dum despici in mundo hoc
isque non patitur, bona, si qua sibi forte
Ostentare conatur, atque sic per impa-
ntiam usque ad arrogantiam ducitur.
mque ferre despectionem non potest, dete-
ndo semetipsum in ostentatione gloriatur.
de scriptum est: melior est patiens arrogante;
ia videlicet eligit patiens quolibet malo
rpeti, quam per ostentationis vitium bona
a occulta cognosci. At contra eligit arro-
ns bona de se vel falsa iactari, ne mala
sibi vel minima perpeti. Quia igitur igi-
r patientia relinquitur, etiam bona re-
qua, quæ iam gesta sunt, destruuntur.

Feria IV.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 21.

nnis via viri recta sibi videtur; appendit
dem corda Dominus. Facere misericordi-
m et iudicium magis placet Domino, quam

victimo. Exaltatio oculorum est dilatatio cordis: lucerna impiorum peccatum. Cogitationes robusti semper in abundantia; omnis autem piger semper in egestate est. Qui congregat thesauros lingua mendacii, vanus et excors est, et impingetur ad laqueos mortis. * Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, ipse clamabit, et non exaudietur. Munus absconditum extinguit iras, et donum in sinu indignationem maximam. Gaudium iusto est facere iudicium, et pavor operantibus iniquitatem. Vir, qui erraverit a via doctrinæ, in coetu gigantum commorabitur. ℣. Thesaurus desiderabilis et oleum in habitaculo iusti: et imprudens homo dissipabit illud. ℟. Qui sequitur iustitiam et misericordiam, inveniet vitam, iustitiam et gloriam. Qui custodit os suum et linguam suam, custodit ab angustiis animam suam. Desideria occidunt pigrum; noluerunt enim quidquam manus eius operari: tota die concupiscit et desiderat: qui autem iustus est, tribuet et non cessabit. * Hostiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere. Testis mendax peribit: vir obediens loquetur victoriam. Vir impius procaciter obfirmat vultum suum: qui autem rectus est, corrigit viam suam. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Equus paratur ad diem belli: Dominus autem salutem tribuit.

℟. ex III. Nocturno Dominico X.

Lectio II.

Sermone sancti Gregorii Papæ.

l. 33. moral. cap. III.

Sola virtus est obedientia, quæ virtutes cæteras mentibus inserit, insertasque custodit: sola est, quæ fidei meritum possidet, sine qua quisque

idelis esse convincitur, etiamsi fidelis esse
catur. Hinc per Salomonem in offen-
ne obedientiæ dicitur: vir obediens lo-
etur victorias. Vir quippe obediens victo-
s loquitur: quia dum alieno voci humi-
s subdimur, nos metipsos in corde superа-
es. Hinc in evangelio veritas dicit: Cum,
i venit ad me, non ejiciam foras: quia de
o descendi, non ut faciam voluntatem
am, sed voluntatem ejus, qui misit me.
oniam (enim) primus homo, quia suam
ere voluntatem voluit, a paradiso gau-
exivit: secundus ad redemptionem homi-
m veniens, dum voluntatem se Patris
non suam facere ostendit, permanere nos
us docuit. Cum igitur non suam, sed
ius voluntatem fecit, eos qui ad se ve-
nit, foras non ejecit: quia dum exemplo
nos obedientiæ subjecit, viam nobis egres-
nis claudit. Hinc rursum ait: non
sum ego a me ipso facere quidquam,
sicut audio judico. Nobis quippe obe-
ntia usque ad mortem servanda præci-
ur. Ipse autem si sicut audit judicat,
e quoque obedit, cum judex venit. Ne
tur nobis usque ad præsentis vitæ terminum
dientia laboriosa appareat, Redemptor nostra
icat, quia hanc etiam cum Judex venerit,
eat. Quid ergo mirum, si homo peccator
bedientiæ in præsentis vitæ brevitate
jecit, quando hanc Mediator Dei & hominum,
um obedientes remunerat, non reliquit?

Feria V.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 24.

e mulieris viros malos, nec desideres esse cum
quia rapinas meditatur mens eorum, & in-
des labia eorum loquuntur. Erue eos, qui

ducuntur ad mortem: et qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses. Si dixeris: ignores non suppetunt; qui inspector est cordis, ipse intelligit, et servatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua. ℣. comede fili mi mel, quia bonum est, et favum dulcissimum gutturi tuo. Sic et doctrina sapientiæ animæ tuæ: quam cum inveneris, habebis in novissimis spem, et spes tua non peribit. ℣. Ne insidieris, et quæras impietatem in domo iusti, neque vastes requiem eius: septies enim cadet iustus, et resurget: impii autem corruent in malum. ℣. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, et in ruina eius ne exultet cor tuum: ne forte videat Dominus, et displiceat ei, et auferat ab eo iram suam. ℣. Ne contendas cum pessimis, ne æmuleris impios: quoniam non habent futurorum spem, et lucerna impiorum extinguetur. Time Dominum fili mi, et regem: et cum detractoribus ne commiscearis: quoniam repente consurget perditio eorum: et ruinam utriusque quis novit? ℣. Hæc quoque sapientibus: cognoscere personam in iudicio non est bonum. Qui dicunt impio: iustus es, maledicent eis populi, et detestabuntur eos tribus. Qui arguunt eum, laudabuntur, et super eos veniet benedictio. ℣. Præpara foris opus tuum, et diligenter exerce agrum tuum: ut postea ædifices domum tuam. ℣. Ne sis testis frustra contra proximum tuum: nec lactes quemquam labiis tuis. ℣. Ne dicas: quomodo fecit mihi, sic faciam ei: reddam unicuique secundum opus suum.

R℟. ex I. Nocturno Dominica X.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

l. 10. moral. cap. 15.

Quis quis iam prava a se opera exterius refugit, nec hæc profecto est, ut ad semetipsum redeat,

olerter sese in mentis intentione discernat;
e culpa, quam iam in actione non habet,
ltuc in cogitatione perduret. Unde bene per
elomonem dicitur: propara foris opus tuum,
diligenter exerce agrum tuum; ut postea
ifices domum tuam. Quid namque est, propa-
ro opere agrum externus diligenter exercere,
si vel sis iniquitatis sentibus, actionem
ostram ad frugem retributionis excolere?
quid est, post agri exercitium ad aedificium
mus redire, nisi quod plerumque ex bonis
ceribus discimus, quantam vitae mundiciam
cogitatione construamus? Bene cuncta namque
na opera ex cogitatione procedunt; sed sunt
nnulla cogitationis agmina, quae ex ope-
tione nascuntur. Nam sicut ab animo
us sumitur, ita rursus ab opere animus
ditur. Mens quippe divini amoris exor-
capiens, imperat bona quae fiant: sed
ffiquam fieri imperata cognoverit, ipsis suis
ercitata actionibus discit, cum imperare
na inchoaverat, quantum minus videbat.
ris ergo ager excolitur, ut domus postmo-
um construatur: quia plerumque ab exte-
ori opere sumimus, quantam subtilitatem
ritudinis in corde teneamus.

Feria VI.

Lectio 1.

De libro Proverbiorum. cap. 28.

git impius nemine persequente: justus
tem quasi leo confidens absque terrore
t. Propter peccata terrae multi principes
is: et propter hominis sapientiam et ho-
um scientiam, quae dicuntur, vita ejus
gior erit. Vir pauper calumnians pauperes,
milis est imbri vehementi, in quo paratur
mes. qui derelinquunt legem, laudant
mpium: qui custodiunt, succenduntur

contra eum. * Viri mali non cogitant
iudicium: qui autem inquirunt Dominum,
animadvertunt omnia. Melior est pauper
ambulans in simplicitate sua, quam dives in
pravis itineribus. qui custodit legem, filius
sapiens est: qui autem comedatores pascit,
confundit patrem suum. qui coacervat divitias
usuris et foenore, liberali in pauperes con-
gregat eas. ℣. qui declinat aures suas, ne
audiat legem, oratio eius erit execrabilis.
qui decipit iustos in via mala, in interitu
suo corruet: et simplices possidebunt bona
eius. Sapiens sibi videtur vir dives, pauper
autem prudens scrutabitur eum. In ex-
ultatione iustorum multa gloria est: reg-
nantibus impiis ruinæ hominum. *
qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui
autem confessus fuerit et reliquerit ea,
misericordiam consequetur. Beatus homo,
qui semper est pavidus: qui vero mentis est
duræ, corruet in malum. qui ambulat
simpliciter, salvus erit: qui perversis
graditur viis, concidet semel. qui corripit
hominem, gratiam postea inveniet apud
eum, magis quam ille, qui per linguæ blan-
dimenta decipit.

℟. ex II. Nocturno Dominico X.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

L. 22. moral. cap. 16.

Cuique peccatori iam exordium illumina-
tionis, est humilitas confessionis: quia sibimet
ipsi iam parcere renuit, qui malum non
erubescit confiteri, quod fecit: et qui defen-
dendo excusari potuit, accusando se celerime
defendit. Unde et Salomon ait: qui abscondit
scelera sua, non dirigetur; qui autem confessus
fuerit et dereliquerit ea, misericordiam con-
sequetur. Sed inter hæc sciendum est, quod

clerumque homines et culpas confitentur, et
humiles non sunt. etiam multos novimus,
ni arguente nullo peccatores se esse confiten-
tur: cum vero de culpa sua fuerint forte sape
reprehensi, defensionis patrocinium quorum,
se peccatores esse videantur. qui si tum, cum
fronte dicunt, peccatores se esse veraci hu-
militate cognoscerent, cum arguuntur ab aliis,
se esse, quod confessi fuerant, non negarent.
sua in re indicia vere confessionis sunt, si
unusquisque se peccatorem dicit, id de se di-
centi etiam alteri non contradicit. Nam
scriptum est: iustus in principio accusa-
tor est sui: non magis peccator, sed iustus videri
petit, cum peccatorem se quisque nullo ar-
gente confitetur: sed confessionis veritatem
probat, cum alter malum, quod fecimus, in-
spat. quod si superbe defendimus, liquet,
quia peccatores nos ex nobis fieri dicebamus.
de summo opere curandum est, ut mala,
que fecimus, et fronte fateamur, et hoc aliis
arguentibus non negemus. Superbia quip-
pe vitium est, ut quod de se fateri quisque
confusa fronte dignatur, hoc sibi diabolus
dignetur.

Sabbato.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 29.

Vir qui corripientem dura cervice con-
temnit, repentinus ei superveniet interitus,
et cum sanitas non sequetur. In multiplica-
ri iustorum letabitur vulgus: cum impius
imperarit principatum, gemet populus.
Vir, qui amat sapientiam, letificat patrem
suum: qui autem nutrit scorta, perdet
substantiam. Homo, qui blandis fictisque
sermonibus loquitur amico suo, rete expandit
pedibus eius. * Virga atque correptio

tribuit sapientiam; puer autem, qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, et iusti minas eorum videbunt. Erudi filium tuum, et refrigerabit te, et dabit delicias animo tuo. Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus: qui vero custodit legem, beatus est. Servus verbis non potest erudiri: quia quod dicis intelligit, et respondere contemnit. Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est, quam illius correptio. Qui delicate a pueritia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem. Vir iracundus provocat rixas, et qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum promptior. * Superbum sequitur humilitas: et humilem spiritu suscipiet gloria. Qui cum fure participat, odit animam suam: adiurantem audit, et non indicat. Qui timet hominem, cito corruet: qui sperat in Domino, sublevabitur. Multi requirunt faciem principis, et iudicium a Domino egreditur singulorum. Abominantur iusti virum impium: et abominantur impii eos, qui recta sunt via. Verbum custodiens filius, extra perditionem erit.

℟. ex III. Nocturno Dominica X.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papæ.
lib. 34. moral. cap. 23.

Alia vitia eas solummodo virtutes impetunt, quibus ipsa destruuntur: ut videlicet ira patientiam, gastrymargia abstinentiam, libido continentiam expugnet. Superbia autem, quam vitiorum radicem diximus, nequaquam unius virtutis extinctione contenta, contra cuncta animo membra se erigit, et

asi generalis ac pestifer morbus corpus
nne corrumpit: ut quidquid illa invadat
gitur, etiamsi ese virtus offendatur, non
r hoc Deo, sed soli vane gloriæ serviatur.
asi enim tyrannus quidam obsessam civita-
m intercipit, cum mentem superbia irrum-
t: et quo deteriorem quemque cesperit, eo in
minio durior exurgit: quia quo amplius re-
ctudis fine humilitate agitur, eo latius ipsa
minatur. quisquis vero eius in se tyrannidem
ptiva mente susceperit, hoc primum dam-
um patitur, quod clauso cordis oculo, iudicii
quitatem perdit. Nam omnia, quæ ab aliis
el bene geruntur, displicent, et sola ei,
æ ipse vel prave egerit, placent. Semper
liena opera despicit, semper miratur quæ
se facit: quia et quidquid egerit, egisse
singulariter credit, atque ni eo, quod ex-
ibet per gloriæ cupiditatem, sibimetipsi
vel per cogitationem: et cum se in omnibus
anscendere cæteros æstimat, per lata cogi-
tionum spatia secum deambulans, laudes
os tacitus clamat. Sed tanto facilius ruina
quitur, quanto apud se quisque impuden-
s exaltatur. Ante enim scriptum est: ante
inam exaltatur cor, et superbum se-
itur humilitas.

Ad Vesperas Duplex.

ve Magnif. ant. Si quid vovisti Deo, ne mo-
eris reddere: displicet enim ei infidelis, et
icta promissio. Eccle. 5.

Oratio Sac. Gelas.

mnipotens et misericors Deus, de cuius mu-
re venit, ut tibi a fidelibus tuis digne et
debiliter serviatur: tribue, quæsumus, nobis;
ad promissiones tuas sine offensione curramus.
r Dominum.

Dominica XII. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

Incipit liber Ecclesiastes. cap. j.

Verba Ecclesiastæ filii David, regis Jerusalem. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum, et omnia vanitas. quid habet amplius homo de universo labore suo, quo laborat sub sole? generatio præterit, et generatio advenit: terra autem in æternum stat. Oritur sol et occidit, et ad locum suum revertitur: ibique renascens gyrat per meridiem, et flectitur ad aquilonem: lustrans universa in circuitu pergit spiritus, et in circulos suos revertitur.

℟. Cum esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, et enarravit, quæ fecerat; et investigans composuit parabolas multas: * quæsivit verba utilia, et conscripsit sermones rectissimos ac veritate plenos. ℣. Hæc scripta sunt ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt. * quæsivit. Eccle. 12. 1. Cor. 12.

Lectio II.

Omnia flumina intrant in mare, et mare non redundat: ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant. cuncta res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur. quid est quod fuit? ipsum quod futurum est; quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole novum, nec valet quis quam dicere: ecce hoc recens est, jam enim præcessit in sæculis, quæ fuerunt ante nos. Non est priorum memoria: sed nec eorum quidem, quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos, qui futuri sunt in novissimo.

℟. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt: * quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ. ℣. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes,

omnia vanitas. ℣. quoniam. j. Joan. 2.
ale. j.

Lectio III.

go Ecclesiastes fui rex Israel in Jerusalem, et
reposui in animo meo quærere et investigare
pienter de omnibus, quæ fiunt sub sole. Hanc
cupationem pessimam dedit Deus filiis ho-
inum, ut occuparentur in ea. Vidi cuncta
æ fiunt sub sole: et ecce universa vanitas
afflictio spiritus. Perversi difficile corri-
untur, et stultorum infinitus est nu-
erus.
. Vidi sub sole in loco judicii impietatem,
in loco justitiæ iniquitatem, et dixi in
rde meo: ℣. justum et impium judicabit
us, et tempus omnis rei tunc erit. ℟. Unius-
uisque opus manifestum erit, dies enim
mini declarabit. ℣. justum. Eccle. 3. j. Cor. 3.

Lectio IV.

ravius sum in corde meo, dicens: ecce mag-
s effectus sum, et processi omnes sapien-
s, qui fuerunt ante me in Jerusalem;
et mens mea contemplata est multa sapi-
ntiam, et didici. Dedique cor meum, ut scirem
rudentiam atque doctrinam, erroresque
et stultitiam: et agnovi, quod in his quoque
set labor et afflictio spiritus; eo quod in
ulta sapientia multa sit indignatio; et
ui addit scientiam, addit et laborem.
. Cum me convertissem ad universa opera,
æ fecerant manus meæ, et ad labores,
quibus frustra sudaveram: ℣. vidi in
nibus vanitatem, et afflictionem animi.
. Mundus transit, et concupiscentia ejus.
vidi. ℟. gloria. ℣. vidi. Eccle. 2. j. Joan. 2.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex libro sancti Irenæi Episcopi et Martyris contra hæreses. l. 4. cap. 16.

Deus erga se dilectionem præcipiebat (antiquo populo), et eam, quæ ad proximum est, justitiam insinuabat, ut nec injustus nec indignus sit Deo, prostruens hominem per decalogum in suam amicitiam, et eam, quæ circa proximum est, concordiam, quo quidem ipsi proderant homini, nihil tamen indigente Deo ab homine. Propter hoc Scriptura ait: Hos sermones locutus est Dominus ad omnem synagogam filiorum Israel in monte, et nihil adjecit; nihil enim, quem admodum prædiximus, indigebat abeis. Et iterum Moyses ait: Nunc Israel, quid Dominus Deus tuus postulat a te, nisi timere Dominum Deum tuum, ambulare in omnibus viis ejus, et diligere eum, et servire Domino Deo tuo ex toto corde tuo, et ex tota anima tua?

℟. Homini bono dedit Deus sapientiam et lætitiam; peccatori autem afflictionem et curam superfluam: ✠ sed et hoc vanitas est, et casa solicitudo mentis. ℣. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes inseruerunt se doloribus multis. ✠ hoc vanitas. Eccle. 2. j. Tim. 6.

Lectio VI.

Hoc autem gloriosum quidem faciebat hominem, id, quod decerat ei, impletio, id est, amicitiam Dei; Deo autem prosta bant nihil: nec enim indigebat Deus dilectione hominis. Decebat autem hominem gloria Dei, quam nullo modo poterat percipere, nisi per eam obsequentiam, quæ est erga Deum. Et propter iterum Moyses ait eis: elige vitam, ut vivas tu et semen tuum, diligere Dominum Deum tuum, exaudire vocem ejus, et apprehendere eum: quoniam hæc est vita tua, et longitudo dierum tuorum.

a quam vitam prosternens hominem, decalogi
iidem verba ipse per semetipsum omnibus
militer locutus est: et ideo similiter perma-
at apud nos, extensionem et augmentum,
non dissolutionem accipiens per carna-
n eius adventum.

. Dicit, quod omnia opera, quæ fecit Deus,
rseverent in perpetuum: ✝ non possumus
quidquam addere nec auferre, quæ fecit Deus,
timeatur. V. Quam desiderabilia omnia
era eius! omnia hoc vivunt, et manent
culum seculi. ✝ non possumus. Lule. 9.

li. 42.

Lectio VII.

veteribus autem præcepta separatim per
oysem præcepit populo, aptia illorum erudi-
nis; quemadmodum ipse Moyses ait: Ut
ihi præcepit Dominus in tempore illo: discere
os justificationes et judicia. Hoc ergo quo
servitutem et in signum data sunt illis,
eum scripsit novo libertatis testamento.
o autem naturalia, et liberalia, et com-
unia omnium, auxit et dilatavit, sine
vidia largiter donans hominibus per a-
ptionem Patrem scire Deum, et diligere
um ex toto corde, et sine adversatione sequi
ius Verbum, non tantum abstinentes a
alis operationibus, sed etiam a concupis-
ntiis earum.

. Sunt justi atque sapientes, et opera eorum
manu Dei: ✝ et tamen ✝ nescit homo, u-
trum amore an odio dignus sit. V. Omnis
a viri recta sibi videntur: ponderat autem
da Dominus. ✝ nescit. Eccle. 9. Prov. 21.

Lectio VIII.

uxit autem etiam timorem: filios enim
lus timere oportet, quam servos, et maiorem
verentiam habere in patrem. Et propter hoc

ait Dominus: omnem sermonem otiosum, quem locuti fuerint homines, reddent proco rationem in die iudicii; et: qui viderit mulie rem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo; et: qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio; ut sciamus, quoniam non solum factorum reddemus rationem Deo, ut servi; sed etiam sermonum et cogitationum, tamquam qui et libertatis potestatem acceperimus: in qua magis pro batur homo, si revereatur, et timeat, et diligat Dominum. Et propter hoc Petrus ait: non velamentum malitiæ habere nos libertatem, sed ad probationem et manifestationem fidei.

℟. Salus animæ in sanctitate iustitiæ, me lior est omni auro et argento: miserere animæ tuæ placens Deo: * Congrega cor tuum in sanctitate eius. ℣. Christus factus est nobis sapientia a Deo, et iustitia. * Congrega. ℣. Gloria. * Congrega. Eccli. 20. i. Cor. i.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Pauli apostoli ad Timotheum. cap. 2.

Tu ergo fili mi confortare in gratia, quæ est in Christo Iesu: et quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit. Nam et qui certat in agone, non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Intellige quæ dico: da bit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.

℟. Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere;

ffplicet enim ei infidelis est fuelta promissio:
multo melius est non vovere, quam post
tum promissa non reddere. V. Si nolueris
llicere, absque peccato eris: quod autem semel
repsum est de labiis tuis, observabis. & multo.
de. s. Deut. 23.

Lectio X.

lemor esto Dominum Jesum Christum resur-
xisse a mortuis ex semine David, secundum
angelium meum, in quo laboro usque ad
incula, quasi male operans: sed verbum Dei
on est alligatum. Ideo omnia sustineo propter
ectos, ut et ipsi salutem consequantur, quae
in Christo Jesu cum gloria coelesti. Fidelis
rmo: si sustinebimus, et conregnabimus:
negaverimus, et ille negabit nos: si non
edimus, ille fidelis permanet, negare se
ipsum non potest. Haec commone, testifi-
ns coram Deo. Noli contendere verbis:
nihil enim utile est, nisi ad subversionem
udientium.
Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit
elox ad proferendum sermonem: & idcirco sint
pauci sermones tui. V. Sit omnis homo velox
d audiendum, tardus autem ad loquendum.
idcirco. Eccle. 5. Jac. 1.

Lectio XI.

Sedule cura teipsum probabilem exhibere
o, operarium inconfusibilem, recte tractan-
n verbum veritatis. Profana autem et vani-
quia devita: multum enim proficiunt ad
npietatem, et sermo eorum ut cancer serpit:
quibus est Hymenaeus et Philetus, qui a veri-
te exciderunt, dicentes resurrectionem esse
m factam, et subverterunt quorumdam
dem. Sed firmum fundamentum Dei stat,
abens signaculum hoc: cognovit Dominus,
ui sunt eius, et discedat ab iniquitate
mnis, qui nominat nomen Domini.

℟. Memento creatoris tui in diebus inventutis tuæ, ante tempus afflictionis: ✠ antequam revertatur pulvis in terram suam, et spiritus redeat ad Deum. ℣. Non demoréris in errore impiorum, ante mortem confitére, confitebéris vivus et sanus. ✠ antequam. Eccle. 12. Eccli. 17.

Lectio XII.

In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, et quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum et utile Domino, ad omne opus bonum paratum. Juvenilia autem desideria fuge; sectare vero justitiam, fidem, charitatem, et pacem cum iis, qui invocant Dominum de corde puro. Stultas autem et sine disciplina quæstiones devita, sciens quia generant lites. Servum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati; ne quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, et resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. ℟. pro Dominica. Seraphim clamabant alter ad alterum: ✠ Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum: ✠ plena est omnis terra gloria ejus. ℣. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt. ✠ Sanctus. ℣. gloria. ✠ plena. Isa. 6. 1. Joan. 5. ℟. infra hebdomadam. Finem loquendi pariter omnes audiamus: ✠ Deum time, et mandata ejus observa; hoc est enim omnis homo. ℣. Finis præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta.

Deum. V. gloria. ℟ Deum. Epist. 12. j. Tim. j.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 10.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetæ et reges voluerunt videre quæ vos videtis, et non viderunt; et audire quæ auditis, et non audierunt. Et ecce quidam legis peritus surrexit tentans illum, et dicens: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? at ille dixit ad eum: in lege quid scriptum est, quomodo legis? Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, et ex omni mente tua; et proximum tuum sicut te ipsum. Dixitque illi: recte respondisti; hoc fac et vives. Ille autem volens justificare seipsum, dixit ad Jesum: Quis est meus proximus? Suscipiens autem Jesus dixit: Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho, et incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum, et plagis impositis abierunt, semivivo relicto. Contigit autem, ut sacerdos quidam descenderet eadem via; et viso illo præterivit. Similiter et Levita, cum esset juxta locum et videret eum, pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit juxta eum; et videns eum misericordia motus est. Et approprians alligavit vulnera ejus, infundens oleum et vinum: et imponens illum jumento suo, duxit in stabulum, et curam ejus egit. Et altera die protulit duos denarios, et dedit stabulario, et ait: curam illius habe: et quodcumque supererogaveris, ego cum rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus

fuisse illi, qui incidit in latrones? at ille dixit: qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Jesus: vade, et tu fac similiter.

ad Benedict. ant. Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? at ille dixit ad eum: in lege quid scriptum est? * qui respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum. Luc. 10.

ad Magnif. ant. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus, et ex omni mente tua; et proximum tuum sicut te ipsum. * hoc fac, et vives. Luc. 10.

Feria II.

Lectio I.

De libro Ecclesiaste. cap. 2. 3.

Cum me convertissem ad universa opera, quæ fecerant manus meæ, et ad labores, in quibus frustra sudaveram, vidi in omnibus vanitatem et afflictionem animi, nihil permanere sub sole. Transivi ad contemplandam sapientiam, errores que et stultitiam: quid est, inquam homo, ut sequi possit regem factorem suum? et vidi, quod tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux a tenebris. * omnia tempus habent, et suis spatiis transeunt universa sub cælo. quid habet amplius homo de labore suo? vidi afflictionem, quam dedit Deus filiis hominum, ut distendantur in ea: cuncta fecit bona in tempore suo, et mundum tradidit disputationi eorum, ut non inveniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio usque ad finem. 9. Cognovi, quod non esset melius, nisi lætari, et facere bene in vita sua. Omnis enim homo, qui comedit et bibit, et videt bonum de labore suo, hoc donum

ieſt. Didici quod omnia opera, quæ fecit
us, perſeverent in perpetuum: non poſſu-
us eis quidquam addere, nec auferre,
æ fecit Deus, ut timeatur. quod factum
ſt, ipſum permanet: quæ futura ſunt, iam
erunt: et Deus inſtaurat, quod abiit. *
di ſub ſole in loco iudicii impietatem, et in
co iuſtitiæ iniquitatem. Et dixi in corde
eo: iuſtum et impium iudicabit Deus,
tempus omnis rei tunc erit. Dixi in corde
eo de filiis hominum, ut probaret eos
us, et oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis. Omnia
rgunt ad unum locum: de terra facta
nt, et in terram pariter revertuntur.
Ex. ex I. Noct. Dominicæ præcedentis.

Lectio II.

Sermo ſancti Gregorii Papæ.

l. 4. Dialog. cap. 4.

i liber idcirco Eccleſiaſtes ſive concionator
ſurgia Salomon in eo quaſi tumultuantis
bo ſuſcepiſſe ſenſum, ut ea per inquiſitionem
at, quæ fortaſſe per tentationem imperitia
ns ſentiat. Nam quod ſententias quaſi per
quiſitionem movet, quaſi tot in ſe perſonas
erſorum ſuſcipit. Unde et alia ſunt, quæ in
re eodem per inquiſitionem moventur, atque
a quæ per rationem ſatisfaiunt: alia quæ ex
abi proferit animo, atque ad huc huius mundi
ectationibus dediti: alia vero, in quibus
, quæ rationis ſunt diſerat, ut animum
delectatione compeſcat. Ibi namque ait:
e itaque mihi viſum eſt, bonum, ut comedat
is et bibat, et fruatur lætitia ex labore
o. Et longe inferius ſubiungit: melius
ire ad domum luctus, quam ad domum
rivii. Si enim bonum eſt manducare
bibere, melius ſuiſſe videbatur ad domum
rivii pergere, quam ad domum luctus.

Ex qua re ostenditur, quia illud ex infirmantium persona intulit, hoc vero ex rationis definitione subiunxit. Nam ipsas protinus rationis causas edisserit, et de domo Iudae quo sit utilitas ostendit, dicens: ni illa enim finis cunctorum admoneamur hominum, et vivens cogitat quid futurus sit.

Feria III.

De libro Ecclesiastes. cap. 4. 5.

Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, et appropinqua ut audias. Melior enim melior est obedientia, quam stultorum victimae, qui nesciunt quid faciunt mali. Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo: Deus enim in coelo, et tu super terram; idcirco sint pauci sermones tui. * Multas curas sequuntur somnia, et in multis sermonibus invenietur stultitia. Si quid voveris Deo, ne moreris reddere; displicet enim ei infidelis et stulta promissio: sed quodcumque voveris redde: multoque melius est non vovere, quam post votum promissa non reddere. ℣. Ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam; neque dicas coram angelo: non est providentia; ne forte iratus Deus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum. Ubi multa sunt somnia, plurimae sunt vanitates, et sermones innumeri: tu vero Deum time. Si videris calumnias egenorum, et violenta iudicia, et subverti iustitiam in provincia, non mireris super hoc negotio: quia excelso excelsior est alius, et super hos quoque eminentiores sunt alii, et insuper

niverso terre rex imperat servientibus. *
Quid necesse est homini maiora sequerere,
am ignoret, quid conducat sibi in vita
ua, numero dierum peregrinationis
ui, et tempore quod velut umbra pre-
rit? aut quis ei poterit indicare, quid
ostea futurum sub sole sit? Melius
nomen bonum, quam unguenta pre-
iosa, et dies mortis die nativitatis.
R. ex II. Vesp. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini episcopi.
Epist. 45. ed. ant. et in psal. 75.

uia iam vovisti, iam te obstrinxisti,
liud tibi facere non licet. Prius quam
es voti reus, liberum fuit, quo esses infe-
ior: quamvis non sit gratulanda libertas,
ua sit, ut non debeatur, quod cum lucro red-
itur. Nunc vero quia teneris apud Deum
rofessione tua, non te ad magnam iustitiam in-
ito, sed a magna iniquitate deterreo. Non
nim talis eris, si non feceris quod vovisti,
ualis manifestes, si nihil tale vovisses: mi-
or enim tunc esses, non peior. Modo audiem
ulio, quod absit, miserior, si fidem Deo fre-
eris, quando beatior, si persolveris. Nec
eo te vovisse poeniteat, imo gaude, iam tibi
i non licere, quod cum tuo detrimento li-
uisset. Aggredere itaque intrepidus, et dicta
ipse factis: ipse te adiuvabit, qui vota tua
epedit. Felix est necessitas, que ad meliora
ompellit. (Sed) quia ista tractavimus, forte
olebas vovere, et modo non vis vovere:
ed quid dixerit tibi psalmus, attende; non
ixit: nolite vovere; sed: vovete et reddite.
uia audisti: reddite, non vis vovere! Ergo
overe ~~vovere~~ volebas, et non reddere?
inne utrumque fac. Unum fit ex professione

tua; aliud ex adiutorio Dei perficietur. Affice cum, qui te ducit, & non respicies retrounde te ducit. qui te ducit, ante te ambulat; unde te educit, post te est. anima ducentem, & non te damnat retro respicientem.

Feria IV.

Lectio 1.

De libro Ecclesiastes. cap. 8. 7.

Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & vivens cogitat quid futurum sit. Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Cor sapientium ubi tristitia est, et cor stultorum ubi lætitia. ✠ Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi: quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti: sed & hoc vanitas. Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius. Ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit. Ne dicas: quid putas causæ est, quod priora tempora meliora fuere quam nunc sunt? Stulta enim est huiuscemodi interrogatio. 9. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit. In die bona fruere bonis, & malam diem præcave: sicut enim hanc, sic illam fecit Deus, ut non inveniat homo contra Deum iustas querimonias. Hoc quoque vidi in diebus vanitatis meæ: iustus perit in iustitia sua, & impius multo vivit tempore in malitia sua. Noli esse iustus multum, neque plus sapias, quam necesse est, ne obstupescas. Ne impie agas multum, & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. ✠ Bonum est te sustentare iustum, sed de illo & ab illo ne subtrahas manum tuam: quia qui timet Deum,

chil negligit. Non est enim homo iustus
in terra, qui faciat bonum, et non peccet.
De cunctis sermonibus, qui dicuntur, ne
accommodes cor tuum: ne forte audias
servum tuum maledicentem tibi. Scit
enim conscientia tua, quia et tu crebro
male dixisti aliis.
℣. ℟. ex III. Nocturno Dominico precedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri.
commenta. in h. l.

Si quem rigidum et atrocem ad omnia fra-
gum peccata conspexeris; ut nec in sermone
blandiri, nec propter naturalem interdum
frigiditatem morari, de his veniam, hunc scito
plus iustum esse, quam iustum est. Cum enim
Salvator precipiat, dicens: nolite iudicare,
et non iudicemini; et nullus sit absque peccato,
nec si unius quidem diei fuerit vita eius:
et humana iustitia est, fragilitatis conditio-
nis hominum non ignoscens. (Tu autem)
ad quos precepta sunt, et sapientie auxilio
confortatus, vel ad bona, vel ad mala pro-
para cor tuum, et non cures, quid de te
loquantur inimici, qualis foris opinio sit.
Quomodo enim prudentis viri est, mur-
murantem famulum non audire, nec
curiosam aurem apponere, quid de se loqua-
tur absente; si enim hoc fecerit, semper in tri-
bulatione erit, et ad mussitationem verbi
vacuum commovebitur: sic et sapientis
hominis est, sapientiam proximam sequi, et
eius non considerare rumores. Sed et alio
exemplo docet, penitus non curandum
iusto homini, quid homines loquantur,
dicens: pro modo novit conscientia tua,
quod tu de multis locutus es, et forte
aliis detraxisti: sic et aliis debes ignos-
cere detrahentibus. Et simul docet, non

facile indicandum, et habentem trabem in oculo, de festuca alterius non loquendum.

Feria V.

Lectio I.

De libro Ecclesiastic. cap. 8. 9.

Qui custodit preceptum, non experietur quidquam mali. Tempus et responsionem cor sapientis intelligit. Omni negotio tempus est et opportunitas, et multa hominis afflictio: quia ignorat preterita, et futura nullo scire potest nuntio. Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec finitur quiescere ingruente bello, neque salvabit impietas impium. * Vidi impios sepultos, qui etiam cum adhuc viverent, in loco sancto erant, et laudabantur in civitate quasi iustorum operum; sed et hoc vanitas est. Quoniam quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala. attamen peccator ex eo quod centies facit malum, et per patientiam sustentatur, ego cognovi, quod erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem eius. 9. Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius: sed quasi umbra transeant, qui non timent faciem Domini. Est et alia vanitas, quae fit super terram: sunt iusti, quibus mala proveniunt, quasi opera egerint impiorum: et sunt impii, qui ita securi sint, quasi iustorum facta habeant: sed et hoc vanissimum iudico. * Et appposui cor meum, ut scirem sapientiam: et intellexi, quod omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem, eorum quae fiunt sub sole: et

uanto plus laboraverit ad quæ reperiendum,
ante minus inveniat: etiamsi dixerit sa-
piens se nosse, non poterit reperire.
℣. ℟. ex I. et Sch. Dominico procedentis.

Lectio II.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.
l. 20. de civ. Dei cap. 2.

is etiam rebus, in quibus non apparet di-
ina justitia, salutaris est divina doctrina.
cimus enim, quo judicio Dei bonus ille sit
uper, malus ille sit dives: et cætera hujus-
modi. (Si enim) non nisi mali adipiscerentur
ansitoria bona ista atque terrena, nec ulli
ni talia paterentur mala, profecto hoc referri
judicium justum Dei, vel etiam benignum;
i qui non erant apecturi bona æterna, quo
cunt beatos, temporalibus vel decipe-
ntur pro malitia sua, vel pro Dei miseri-
dia consolarentur bonis: et qui non erant
apturi æterna tormenta, temporalibus vel
ro istis quibuscumque et quantuliscumque
ualis affligerentur, vel propter implen-
s virtutes exercerentur malis. Nunc
ero quando non solum in malo sunt boni,
in bono mali, quod videtur injustum: ve-
um etiam plerumque et malis mala eve-
iunt, et bonis bona proveniunt: magis in-
mutabilia sunt judicia Dei, et investigabiles
ia illius. Quamvis ergo nescia mus, quo judicio
us ista vel faciat vel fieri sinat, apud quem sum-
a virtus est, et summa sapientia, summaque
stitia, nulla infirmitas, nulla temeritas, nulla
iquitas: salubriter tamen discimus non
agni pendere seu bona seu mala, quæ vide-
us esse bonis malisque communia, et illa
na quærere, quæ bonorum, atque illa mala
axime fugere, quæ propria sunt malorum.
m vero ad illud judicium Dei venerimus,
on solum quæcumque judicabuntur, ve-
um etiam quæcumque ab initio judicata,
quæcumque usque ad illud tempus adhuc

iudicanda sunt, apparebunt tepe insipissima.

Feria VI.

Lectio I.

De libro Ecclesiastæ. cap. 10. 11.

Qui fodit foveam, incidet in eam; et qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Qui transfert lapides, affligetur in eis: et qui scindit ligna, vulnerabitur abeis. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit. Verba oris sapientis gratia; et labia insipientis præcipitabunt eum: initium verborum eius stultitia, et novissimum oris illius error pessimus. * Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia post tempora multa invenies illum. Da partem septem necnon et octo: quia ignoras, quid futurum sit mali super terram. Si repleta fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. Qui observat ventum, non seminat: et qui considerat nubes, nunquam metet. Quomodo ignoras, quæ sit via spiritus, et qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis; sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium. Mane semina semen tuum, et vespere ne cesset manus tua: quia nescis, quid magis oriatur, hoc aut illud; et si utrumque simul, melius erit. * Si annis multis vixerit homo, et in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis et dierum multorum: qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita. Lætare ergo juvenis in adolescentia tua, et in bono sit cor tuum in diebus juventutis tuæ, et ambula in viis cordis tui, et in intuitu oculorum tuorum: et scito, quod pro

mnibus adducat te Deus in iudicium. aufer
ram a corde tuo, et amove malitiam a carne
ua: adolescentia enim et voluptas vana sunt.
Fe. ex II. Noct. Dominico procedentis.

Lectio II.

De Sermone sancti Gregorii Papæ.
l. 4. dial. cap. 4.

eriptum est (in Ecclesiaste): Lætare juvenis
adolescentia tua; et paulo post subditur:
dolescentia enim et voluptas vana sunt.
ui dum hoc post modum vanum esse vider
uit, quod prius admoniise videbatur, pa
ter indicat, quia illa quasi ex desiderio car
li verba intulit; hoc vero ex judicii veri
te subjunxit. Sicut ergo lætari debere
venem in adolescentia sua quasi ex deli
ratione carnalium proponit, et tamen
ostmodum per definitionem sententiæ
olescentiam et voluptatem vana esse re
rquit: ita etiam concionator noster, velut
mente infirmantium, humanæ spei.
onis sententiam proponit, dum dicit:
us interitus est hominis et jumentorum,
aqua utriusque conditio. qui tamen
definitione rationis suæ post modum
ntentiam profert, dicens: quid habet am
ius sapiens a stulto, et quid pauper, nisi
pergat illuc, ubi est vita? qui igitur
xit: nihil habet homo immentis amplius;
se rursum definivit, quia habet aliquid
piens non solum amplius a jumento,
etiam ab homine stulto, videlicet ut
rgat illuc ubi est vita. Quibus verbis pri
um indicat, quia hic hominum vita
n est, quam esse alibi testatur. Habet
go hoc homo amplius immentis, quia illa
est mortem non vivunt, hi vero dum
vere inchoat, cum per mortem carnis hanc

visibilem vitam consummat. Ex utraque (igitur) iam dispari sententia demonstratur, quia concionator verax illud ex tentatione carnali intulit, et hoc postmodum ex spirituali veritate definivit.

Sabbato.

Lectio I.

De libro Ecclesiastæ. cap. 12.

Memento Creatoris tui in diebus inventutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, et appropinquent anni, de quibus dicas: non mihi placent: antequam tenebrescat sol, et lumen, et luna et stellæ, et revertantur nubes post pluviam: quando commovebuntur custodes domus, et nutabunt viri fortissimi, et otiosæ erunt molentes in minuto numero, et tenebrescent videntes per foramina: et claudent ostia in platea, in humilitate vocis molentis, et consurgent ad vocem volucris, et obsurdescent omnes filiæ carminis. * Excelsa quoque timebunt et formidabunt in via, florebit amygdalus, impinguabitur locusta, et dissipabitur cápparis: quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, et circuibunt in platea plangentes. antequam rumpatur funiculus argenteus, et recurrat vitta aurea, et conteratur hydria super fontem, et confringatur rota super cisternam, et revertatur pulvis in terram suam, unde erat, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. ℣. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, et omnia vanitas. Cumque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, et enarravit quæ fuerat: et investigans composuit parabolas multas. quæsivit verba utilia, et conscripsit sermones rectissimos et veritate plenos. Verba sapientium sicut stimuli, et

uasi clavi in altum defixi, quæ per ma-
ssorum consilium data sunt a pastore
uro. * His amplius fili mi ne requiras.
Faciendi plures libros nullus est finis:
requensque meditatio carnis afflictio est.
finem loquendi pariter omnes audiamus.
eum time, et mandata eius observa: hoc est
im omnis homo: et cuncta quæ fiunt,
ducet Deus in iudicium pro omni errato,
ve bonum sive malum illud sit.
R. ex III. Noct. Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
l. 20. de civit. cap. 2.

alomon sapientissimus rex Israel, librum,
ui vocatur Ecclesiastes, sic exorsus est: va-
itas vanitatum, et omnia vanitas.
tam ex hac sententia connecteret cætera,
emmemorans errumnas erroresque vito
ium, et vanescentes interea temporum
æpsus, ubi nihil solidum, nihil stabile
dinetur: in ea rerum vanitate sub sole
uid etiam deplorat quodam modo, quod
nodunus tamen incursus incurrat omni-
us, utique in hac vita, quæ sub sole agitur:
gnificans videlicet ea mala, quæ bonis et
alis videmus esse communia. Dicit etiam
tud, quod et boni patiantur mala, tam-
uam mali sint; et mali tam quam boni
int, adipiscantur bona. In hac vanitate, cui
uantum satis visum est, intimando, totum
lum librum vir sapientissimus deputa-
it, non utique ob aliud, nisi ut eam vitam
videremus, quæ vanitatem non habet sub
oc sole, sed veritatem sub illo, qui fecit hunc
olem: in hac ergo vanitate numquid nisi
usto Dei rectoque iudicio similis eidem va-
itati factus vanesceret homo? In diebus
men vanitatis suæ interest plurimum,

utrum resistat, an obtemperet veritati, et utrum sit expers vero pietatis, an particeps: non propter vitæ hujus vel bona adquirenda, vel mala vitanda vanescendo transeuntia: sed propter futurum judicium, per quod erunt et bonis bona, et malis mala, juxta finem mandatura. Denique iste sapiens hunc librum sic concluserit, ut diceret: Deum time, et mandata ejus custodi: quia hoc est omnis homo. Quid brevius, verius, salubrius dici potuit? quicumque enim est, hoc est custos undique mandatorum Dei: quoniam quia hoc non est, nihil est. Non enim ad veritatis imaginem reformatur, remanens in similitudine vanitatis.

Ad vesperas Duplex.

Ad Magnif. Ant. Per sapientiam sanati sunt, * quicumque placuerunt tibi, Domine, a principio. Sap. 9.

Oratio Sanct. Leon.

Omnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei et charitatis augmentum: et ut mereamur adipisci, quod promittis, fac nos amare, quod præcipis. Per Dominum.

Dominica XIII. post Pentecosten.

Duplex majus. 12. Lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

Incipit liber Sapientiæ. cap. 1.

Diligite justitiam, qui judicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, et in simplicitate cordis quærite illum: quoniam invenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Perverse enim cogitationes separant a Deo: probata autem virtus corripit insipientes, quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.

℣. Fac cum servo tuo Domine secundum misericordiam tuam, et justificationes tuas doce me: ✠ da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua. ℣. Sensum tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam. ✠ da. Ps. 118. sp. 9.

Lectio II.

Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, et auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, et corripietur a superveniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientiæ, et non liberabit maledictum a labiis suis: quoniam renum illius testis est Deus, et cordis illius scrutator est verus, et linguæ eius auditor. quoniam spiritus Domini replevit orbem terrarum; et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis.

℣. Sapientia ubi invenitur, et quis est locus intelligentiæ? Deus intelligit viam eius, et dixit homini: ✠ ecce timor Domini ipsa est sapientia; et recedere a malo, intelligentia. ℣. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, et ingressus illius mandata æterna: plenitudo sapientiæ est timere Deum. ✠ ecce. Job. 28. Eccli. 1.

Lectio III.

Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens judicium. In cogitationibus enim impii interrogatio erit: sermonem autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius. quoniam auris zeli audit omnia, et tumultus murmurationum non absconditur. Custodite ergo vos a murmuratione, quæ nihil prodest, et a detractione parcite linguæ, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit, os autem, quod mentitur, occidit animam.

℟. Abyssum & cor hominis investigavit Deus: non præterit illum omnis cogitatus, ✝ & ✝ non absconditur ab eo ullus sermo. ℣. Qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens judicium. ✝ non abscondetur. Eccli. 42. Sap. 1.

Lectio IV.

Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque adquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum. Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. Creavit enim, ut essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non est in illis medicamentum exterminii, nec inferorum regnum in terra. Justitia enim perpetua est & immortalis. Impii autem manibus & verbis accersierunt illam: & æstimantes illam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam: quoniam digni sunt, qui sint ex parte illius.

℟. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem implevit; ✝ plenitudo legis est dilectio. ℣. Cura disciplinæ dilectio est; & dilectio custodia legum illius est. ✝ plenitudo. ℣. Gloria. ✝ plenitudo. Rom. 13. Sap. 6.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo Sancti Augustini Episcopi. Enarr. 2. in psal. 31. n. 5.

De virtutibus theolog.

Abraham ex fide justificatus est: sed si fidem opera non præcesserunt, tamen secuta sunt. Numquid enim fides sua sterilis erit? Si sterilis non es, sterilis non est & ipsa. Jene ergo fidem operaturus. Sed dices: non hoc ait Apostolus Paulus. Immo hoc ait Paulus apostolus: fides, inquit, quæ per dilectionem

eratur. Alio loco: plenitudo ergo legis
aritas. Alio loco: omnis enim lex in uno
rmone impletur, in eo quod scriptum est:
diliges proximum tuum tamquam te ipsum.
e, si non vult te operari, qui dicit: non ad-
lterabis, non homicidium facies, non con-
pisces, & si quod est aliud mandatum, in
e sermone recapitulatur: diliges proxi mum
um tamquam teipsum: dilectio proximi
alum non operatur: plenitudo autem legis
aritas. Numquid charitas permittit ali-
id mali te facere ei, quem diligis?
. Ego sapientia habito in consilio, & eru-
tis interfum cogitationibus: * ego diligen-
s me diligo, et qui mane vigilant ad me,
venient me. V. qui habet mandata mea
servate ea, ille est qui diligit me: qui autem
diligit me, & ego diligam eum. * ego. Prov. 8.
an. 14.

Lectio VI.

Forte tantum modo mali nihil facis, non
iam aliquid boni. Ergone charitas permit-
t te non prostare, quidquid potes, ei quem
ligis? Nonne illa est charitas, quo oratione
ro inimicis? ~~Itaque si dilectione~~ Ergo desiit
micum, qui bene optat inimico? Itaque si
ver sine dilectione sit, sine opere erit. Ne
hem multa cogites de opere fidei, adde illi
em & dilectionem, & noli cogitare, quid
ereris. Ipsa dilectio vacare non potest. quid
im de quoquam homine etiam male opera-
r, nisi amor? Da mihi vacantem amorem,
nihil operantem. Flagitia, adulteria, fa-
nora, homicidia, luxurias omnes, nonne
nor operatur? Purga ergo amorem tu-
m: aquam fluentem in cloacam converte
horrum: quales in pectus habebat ad mun-
um, tales habeat ad artificem mundi.
. In Christo Jesu sunt omnes thesauri

Sapientia & scientia absconditi: ℟ quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. ℣. Sapientia candor est lucis æterno, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. ✱ quia. Coloss. 2. Sap. 7.

Lectio VII.

Vum vobis dicitur, nihil amatis? absit. Pigri mortui, detestandi, miseri eritis, si nihil amatis. Amate, sed quid amatis videte. Amor Dei, amor proximi charitas dicitur: amor mundi, amor huius seculi cupiditas dicitur. Cupiditas refrenetur, charitas excitetur. Ipsa enim charitas bene operantis dat ei spem bonæ conscientiæ. Spem enim gerit bona conscientia: quomodo mala conscientia tota in desperatione est, sic bona conscientia tota in spe. Manent tria hæc, de quibus dicit apostolus: fides, spes, charitas. Et alio loco ipsa tria, sed pro spe bonam conscientiam posuit: finis enim præcepti est, dixit. Quid est finis præcepti? quo perficiuntur præcepta, non quo consumantur. Finis, inquit, præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

℟. Sapientiam sine fictione didici: ✱ infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei. ℣. Sapientiam & disciplinam qui abiicit, infelix est: neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. ✱ infinitus. Sap. 7. & 3.

Lectio VIII.

Bro spe bonam conscientiam posuit: ille enim sperat, qui bonam conscientiam gerit. Quem vero pungit mala conscientia retrahit

a spe, et non sibi speret nisi damnationem.
Ergo speret regnum, habeat bonam con-
entiam; et ut habeat bonam conscientiam,
edat et operetur. quod credit, fidei est: quod
eretur, charitatis est. Illo ergo loco a fide
pit Apostolus, fides, spes, charitas: alio loco
ipsa charitate cepit, charitas de corde puro,
conscientia bona et fide non ficta. Modo
os a medio cepimus, ab ipsa conscientia et
e. Qui vult, inquam, habere bonam spem,
abeat bonam conscientiam: ut autem
beat bonam conscientiam, credat et opere-
tur. A medio imus ad initium et finem:
edat et operetur. quod credit, fidei est; quod
eretur, charitatis est.

℣. Super salutem et speciem dilexi sapientiam,
et proposui pro luce habere illam: ✱ quo-
iam inextinguibile est lumen illius. ℟.
at lux vera, quæ illuminat omnem ho-
inem venientem in hunc mundum. ✱
oniam. ℣. Gloria. ✱ quoniam. Sap. 7. Joan. 1.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Timotheum. cap. 3.

oc autem scito, quod in novissimis diebus
stabunt tempora periculosa: erunt ho-
ines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi,
blasphemi, parentibus non obedientes,
ingrati, scelesti, sine affectione sine pace,
criminatores, incontinentes, immites,
ne benignitate: proditores, protervi,
umidi, et voluptatum amatores ma-
is, quam Dei: habentes speciem quidem
ietatis, virtutem autem eius abnegantes.
℟. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet
ictum, ✱ et auferet se a cogitationibus,

quæ sunt sine intellectu. ℣. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. ✠ Et. Sap. j. Gen. 6.

Lectio X.

Et pos de vita: ex his enim sunt, qui penetrant domos, et captivas dúcunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis: semper discentes, et numquam ad scientiam veritatis pervenientes. quemadmodum autem Jannes et Mambres restiterunt Moysi: ita et hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit.

℟. Sapientia clamitat: usquequo parvuli diligitis infantiam, et stulti ea, quæ sibi sunt noxia cupient: ✠ et imprudentes odibunt scientiam? ℣. Veniunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. ✠ Et. Prov. j. Sap. 15.

Lectio XI.

Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii et Lystris: quales persecutiones sustinui, et ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. Mali autem homines et seductores proficient in peius, errantes et in errorem mittentes.

℟. Scio, quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum: ✠ nam velle adiacet mihi, perficere autem non invenio. ℣. Ut scivi, quoniam aliter non possem esse

entinens, nisi Deus dei, adū Dominum n
precatus sum illum. * nam. Rom. 9. Sap. 8.

Lectio XII.

Tu vero permane in ūs, quæ didicisti, et cre
ta sunt tibi: sciens a quo didiceris: et quia
ab infantia sacras litteras nosti, quæ te
possunt instruere ad salutem per fidem,
quæ est in Christo Jesu. Omnis scriptura divi
nitus inspirata utilis est ad docendum, ad
arguendum, ad corripiendum, ad erudien
dum in justitia: ut perfectus sit homo dei,
ad omne opus bonum instructus.

℣. pro Dominica. Seraphim clamabant
alter ad alterum: * Sanctus, sanctus, sanctus
Dominus Deus exercituum: ℟ plena est om
nis terra gloria ejus. ℣. Tres sunt, qui
testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum,
et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt.
Sanctus. ℣. Gloria. ℟ plena. Isa. 6. 1. Joan. 5.

℣. Infra hebdomadam. Sapientia in se per
manens omnia innovat, et per nationes
in animas sanctas se transfert. * amicos
dei et prophetas constituit; neminem enim
diligit Deus, nisi qui cum sapientia inhabi
tat. ℣. Melior est sapientia cunctis pretio
sis, et omne desiderabile ei non potest
comparari. * amicos. ℣. Gloria. * amicos.
Sap. 7. Prov. 8.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Lucam. cap. 17.

in illo tempore: Dum iret Jesus in Jerusalem,
transibat per mediam Samariam et Gali
læam. Et cum ingrederetur quoddam ca
stellum, occurrerunt ei decem viri leprosi:
qui steterunt a longe, et levaverunt vocem
dicentes: Jesu præceptor, miserere nostri.
Quos ut vidit, dixit: Ite ostendite vos sacer-

Dotibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt. Unus autem ex illis, ut vidit quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens: et hic erat Samaritanus. Respondens autem Jesus dixit: nonne decem mundati sunt? et novem ubi sunt? non est inventus, qui rediret, et daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: surge, vade, quia fides tua te salvum fecit.

Ad Bened. ant. Steterunt a longe leprosi, et levaverunt vocem, dicentes: ✠ Jesu praeceptor, miserere nostri. Luc. 17.

Ad Magnif. ant. Regressus est unus, cum magna voce magnificans Deum: ✠ dixit illi Jesus: surge, vade, quia fides tua te salvum fecit. Luc. 17.

Feria II.

Lectio I.

De libro Sapientiae. cap. 5.

Stabunt justi in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione insperato salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, et pro angustia spiritus gementes: hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, et in similitudinem improperii. ✠ Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, et finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est. Ergo erravimus a via veritatis, et justitiae lumen non luxit nobis, et sol intelligentiae non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis, et ambulavimus vias difficiles: viam autem Domini

noravimus. g. Quid nobis profuit superbia?
ut divitiarum iactantia quid contulit no-
bis? Transierunt omnia illa tamquam umbra, et tamquam nuntius percurrens, et
tamquam navis, quae pertransit fluctuantem
aquam: cuius, cum praeterierit, non est vestigium invenire, neque semitam carinae
eius in fluctibus. Sic et nos nati continuo
desivimus esse: et virtutis quidem nullum
signum voluimus ostendere: in malignitate autem nostra consumpti sumus. Talia
dixerunt in inferno hi, qui peccaverunt. X
accipiet armaturam zelus (Domini) et
armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Induet pro thorace iustitiam, et assumet pro galea iudicium certum: sumet
scutum inexpugnabile aequitatem. Acuet
autem duram iram in lanceam, et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insipientes.

R. ex I. Noct. Dominico praecedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
Serm. 22. de verb. psal. 67.

Quid faciemus, fratres, nisi ut, dum tempus
est, vitam mutemus, et facta nostra, si
qua mala sunt, corrigamus? Propterea se
dex venturum minatur, ut non inveniat
nos puniat, cum venerit. Et totum, quod
patimur, tribulationes in hac vita, flagellum Dei est corrigere volentis, ne damnet
in fine. Quasi dura sunt, molesta sunt,
horrent quando narrantur, quae quisque
gravia valde patitur in hac vita: in comparatione autem aeterni ignis non parva,
sed nulla sunt. Omnia ista, fratres, quae
in hac vita infliguntur a Domino, admonitiones sunt et stimuli correctionis
nostrae. Venit autem ignis aeternus, de

que dicetur illis, qui ad sinistram constituendi sunt: ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Tunc adhuc sunt quidam pœnitentiam. Nam Scriptum est in libro Sapientiæ: dicent intra se pœnitentiam agentes, & pro angustia spiritus gementes: quid nobis profuit superbia, & quid divitiarum iactantia contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam umbra. Erit enim ibi pœnitentia, sed infructuosa: erit ibi pœnitentia, sed dolorem habens, medicinam non habens. Nunc est fructuosa pœnitentia, quando correctio libera. Pœnitet te ad vocem Scripturæ. Nam ad vocem profectis iudicijs sine causa pœnitebit te. Tunc iam ille sententiam dicturus est: & non erit quod reprehendas, quando sententiam dicturus est. Non enim iacitanter sententiam.

Feria III.

Lectio I.

De libro Sapientiæ. cap. 6.

Melior est Sapientia quam vires: & vir prudens quam fortis. Audite ergo reges, & intelligite, discite iudices finium terræ. Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est a Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. & quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende & cito apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum his, qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. ℣. Non

nim subtrahet personam cuiusquam Deus,
ne verebitur magnitudinem cuiusquam:
quoniam pusillum et magnum ipse fecit,
aequaliter cura est illi de omnibus. Fo-
rtioribus autem fortior instat cruciatio.
Dulcos ergo reges sunt hi sermones mei, ut
scatis sapientiam, et non excidatis. *
qui enim custodierint iustitiam suscepe, iustifi-
cabuntur: et qui didicerint ista, invenient
quid respondeant. Concupiscite ergo sermones
meos, diligite illos, et habebitis disciplinam. Clara est, et quae nunquam marcescit
sapientia, et facile videtur ab his, qui dili-
gunt eam, et invenitur ab his, qui quae-
runt illam.

℟. ex II. Nocturno Dom. precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papae.
libr. 24. moral. cap. 25.

qui prosunt, se circumspiciant, ut sibi et
subditis vivant: ut bonum, quod faciunt,
intra sinum mentis abscondant, et la-
tenter ex eo ad provectum sequentium ex-
empla recte operationis impartiant.
subditorum animadvertentes culpas
corrigant, nec tamen per vim eiusdem
animadversionis rixtumescant: aliquoda-
nisper correpta tolerent, nec tamen dis-
cussionis vincula eadem lenitate dissolvant:
aliquando tolerando dissimulent, nec ta-
men ea crescere dissimulando permittant.
Gloriosa sunt ista, et nisi divina gratia
adiuvet, ad custodiendum difficilia. Recte
vero de adventu districti iudicis per sapien-
tiae librum dicitur: porrende et cibo appa-
rebit, quoniam iudicium durissimum
his, qui prosunt, fiet. Unde magnopere
curandum est, ut qui regendis hominibus
proficitur, apud se intra secretarium mentis

in cathedra prosideat humilitatis. Cumque iudicanti ei a coteris foris assistitur, vigilanti oculo in cesaute aspiciat, cui quando que iudicii ipse de his iudicandus assistat: ut quanto nunc ante eum, quem non videt, sollicitius trepidat, tanto cum eum viderit, securior cernat. Sene ergo, qui ad satisfaciendum districto iudicii desua tantummodo anima forsitan vix sufficit, quia tot regendis subditis praest, reddendo apud eum rationis tempore, ubi ita dicam, tot solus animas habet.

Feria IV.

Lectio I.

De libro sapientiæ. cap. 8. 9.

Ut scivi, quoniam aliter non potem esse continens, nisi Deus det, et hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donum: adii Dominum, et deprecatus sum illum, et dixi ex totis procordiis meis: Deus patrum meorum et Domine misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo, et sapientia tua constituisti hominem, ut dominaretur creaturæ, quæ a te facta est, ut disponat orbem terrarum in æquitate et iustitia, et in directione cordis iudicium iudicet. ✱ Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, et noli me reprobare a pueris tuis: quoniam servus tuus sum ego, et filius ancillæ tuæ, homo infirmus et exigui temporis, et minor ad intellectum iudicii et legum. Nam et si quis erit consummatus inter filios hominum, si abillo abfuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. Tecum sapientia tua, quæ novit opera tua, quæ et adfuit tunc cum orbem terrarum faceres: et sciebat, quid esset placitum oculis tuis, et quid directum

a præceptis tuis. ℣. et Nisi te illam de cœlis
altis tuis, et a fede magnitudinis tuæ aut
ecum fit et labore, ut sciam quid acceptum
lagnificis: sedet enim illa omnia et intelligit,
deducet me in operibus meis sobrie et casto-
et me in sua potentia: et rerum acceptarum ope-
e mea. Quis enim hominum poterit scire
nsilium Dei, aut quis poterit cogitare quid
elit Deus? * Cogitationes enim mortalium
mide, et incerta providentiæ nostræ. Corpus
im, quod corrumpitur, aggravat animam,
et terrena inhabitatio deprimit sensum mul-
cogitantem. Et difficile æstimamus, quæ
terra sunt: et quæ in prospectu sunt, invе-
imus cum labore. Quæ autem in cœlis
ut, quis investigabit?
ff. ex III. et sab. Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
l. 13. de civ. cap. 4.

ræceptio veritatis in hac carne qualisand
anta est, quando, sicut legimus in oraci
ibro sapientiæ, corpus corruptibile aggra-
at animam, et deprimit terrena inhabi-
atio sensum multa cogitantem? Impetus
ero vel actionis appetitibus nonne ipse est,
uo gerantur etiam insanorum illi mise-
abiles motus, et facta quæ horremus, quan-
perverstitur sensus, ratioque sopitur!
nro ipsa virtus quid hic agit, nisi perpe-
ua bella cum vitiis, nec exterioribus,
d interioribus, nec alienis, sed plane
ostris et propriis, maxime temperantia,
ua carnales frenantur libidines, ne in
noque flagitia mentem consentientiam
rahant? et quæ enim nullum est vitium,
um, sicut dicit apostolus, caro concupiscit
dversus spiritum: cui vitio contraria vir-
us est, cum, sicut idem dicit, spiritus

concupiscit adversus carnem; hoc enim, inquit, invicem adversantur, ut non ea, quæ vultis, faciatis. Quid autem facere volumus, cum perfici volumus finem summi boni, nisi uti carne adversus spiritum non concupiscat, nec sit in nobis hoc vitium, contra quod spiritus concupiscat? Quod in hac vita, quamvis velimus, quoniam facere non valemus, id ipsum in adiutorio Dei faciamus, ne carni concupiscenti adversus spiritum spiritu sucumbentes cedamus, et ad perpetrandum peccatum nostra consensione pertrahamur. Absit ergo, ut quamdiu in hoc bello intestino sumus, iam nos beatitudinem, adquam vincendo volumus pervenire, adeptos esse credamus. Et quis est usque adeo sapiens, ut contra libidines nullum habeant omnino conflictum?

Feria V.

Lectio I.

De libro Sapientiæ. cap. ii.

Cum tentati sunt (filii Israel) etquidem cum misericordia disciplinam accipientes, scierunt, quemadmodum cum ira iudicati impii tormenta paterentur. Hos quidem tamquam pater monens probasti; illos autem tamquam durus rex interrogans condemnasti. Absentes enim et presentes similiter torquebantur. * Duplex enim illos aucperat tedium et gemitus, cum memoria preteritorum. Cum enim audirent, per sua tormenta bene secum agi, commemorati sunt Dominum, admirantes in finem exitus, quem enim in expositione prava proiectum deriserunt, in finem eventus mirati sunt, non similiter iusti sibi antes. q. Procogitationibus autem insensatis iniquitatis illorum, quod quidam errantes colebant multos serpentes, et bestias supervacuas,

mmisſti illis multitudinem malorum
nimalium in vindictam: ut ſcirent, quia
er quo peccat quis, per hoc & torquetur. Sed
ſine his uno ſpiritu poterant, unde per-
cutionem paſſi ab ipſis factis ſuis, & diſ-
erſi per ſpiritum virtutis tuæ ſed omnia
in menſura & numero & pondere diſpo-
ſuiſti. * & Miſereris omnium, quia omnia
odes, & diſſimulas peccata hominum prop-
er pœnitentiam. Diligis enim omnia quæ
unt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti: nec
nim odiens aliquid conſtituiſti aut feciſti.
uomodo autem poſſet aliquid permanere,
iſi tu voluiſſes? aut quod a te vocatum
on eſſet, conſervaretur? Parcis autem
mnibus, quia tua ſunt Domine, qui
mas animas.

℣. ex I. Noct. Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo ſancti Gregorii Papæ.
hom. 34. in Evang.

anſemus, ſi poſſumus, diſperſationem
uperno pietatis. Rantibus, ſi ceciderint,
minatur pœnam; lapſis vero, ut ſurgere
ſpectant, promittit miſericordiam. Iſtos
rrat, ne præſumant in bonis: iſtos refovet
e deficerent in malis. Juſtus es, iram per-
mitte, ne corruas: peccator es, præſume
e miſericordia, ut ſurgas. Huc autem jam
apſi ſumus, ſtare nequaquam valuimus,
in pravis noſtris deſiderii jacemus. Sed qui
os condidit rectos, adhuc expectat & pre-
cat, ut ſurgamus. Sinum ſuæ pietatis a-
erit, nosque ad ſe recipere per pœnitentiam
uerit. Sed pœnitentiam agere digne non
oſſumus, niſi modum quoque ejusdem pœ-
itentiæ cognoſcamus. Pœnitentiam quippe
gere, eſt & perpetrata mala plangere, & et
langenda non perpetrare. Nam qui ſic alia

deplorat, nt tamen alia commissat, adhuc
poenitentiam agere aut dissimulat, aut ignorat. quid enim prodest, si spreta aquis luxuria
defleat, et tamen adhuc avaritiae aestibus ardeat? aut quid prodest, si iras culpas quis lugeat, et tamen adhuc invidiae faucibus tabescat?
Sed minus est valde quod dicimus. et tam cogitandum summopere est, ut qui se illicita
meminit commisisse, a quibusdam etiam
licitis studeat abstinere: quatenus per hoc
Conditori suo satis faciat, ut qui commissa
prohibita, sibi me ipsi abscindere debeat
ea quae concessa: et se reprehendat in minimis,
qui se meminit in maximis deliquisse.

Feria VI.

Lectio I.

De libro Sapientiae. cap. 12.

O quam bonus et suavis est Domine spiritus tuus in omnibus! ideoque eos, qui exorrendi, paribus corripis: et de quibus peccant, admones et alloqueris, ut relicta malitia credant in te Domine. Illos enim antiquos inhabitatores terrae sanctae tuae, quos exhorruisti, quoniam odibilia opera sibi faciebant per medicamina et sacrificia
iniusta, perdere voluisti per manus parentum nostrorum, ut dignam perciperent
peregrinationem puerorum Dei, quae tibi
omnium charior est terra. * Sed et his tam
quam hominibus pepercisti, et misisti ante
cessores exercitus tui vespas, ut illos paulatim exterminarent. Non quia impotens
eras in bello subicere impios iustis, aut bestiis feris, aut verbo duro simul exterminare:
sed partibus iudicans dabas locum poenitentiae, non ignorans, quoniam nequam est
natio eorum, et naturalis malitia ipsorum,
et quoniam non poterat mutari cogitatio
illorum in perpetuum. 9. Semen enim erat
maledictum ab initio: nec timens alicuem

veniam? abas peccatis illorum. quis enim dicet tibi: quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti? Non enim est alius Deus, quam tuus cui cura est de omnibus, ut ostendas, quoniam non iniuste iudicas iudicium. * Cum ergo sis iustus, iuste omnia disponis: ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnare, extraneum existimas a tua virtute. Virtus enim tua iustitia initium est: nobis, quod omnium dominus es, omnium te patere facis. Virtutem enim ostendis tuam, qui non credis esse in virtute consummatus, et horum, qui te nesciunt, audaciam tradueis.

℣. Re. ex II. Noct. Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Enarrat. in psal. 102. n. 16.

Quid tam longanimum, quid tam multum in misericordia? Beneditur et viviscitur: aeditur peccata, augetur vita: blasphematur Deus, quotidie, et facit solem suum oriri super bonos et malos. Vocat undique ad correctionem, vocat undique ad poenitentiam, vocat beneficiis creaturæ, vocat imperitiendo impius vivendi, vocat per lectorem, vocat per Tractatorem, vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellum correptionis, vocat per misericordiam consolationis. Sed observa, ne longanimitate misericordiæ Dei malutendo, tu tibi thesaurizes, quod ait apostolus, an divitias benignitatis et longanimitatis eius contemnis, ignorans quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit? Ergo Deus longanimitate sua ad poenitentiam adducit: tu autem cum quotidie dicis: finiatur hodiernus dies, dicis: cras et cras: die:

Asubito venit ira eius. Frater! non tardes
converti ad Dominum. Sunt enim, qui pro-
parant conversionem et differunt, et sic im
illis vox corvina: cras, cras. Corvus deara
mipus non est reversus. Non querit Deus
dilationem in voce corvina, sed confessionem
in gemitu columbino. Misa columba
reversa est. quamdiu cras, cras? observa
ultimum cras, quia ignoras quod sit ul-
timum cras; sufficiat quod vixisti usque ad
hodiernum penator. audisti, sepe solesau-
dire, audisti et hodie: quam quotidie audis,
tam quotidie non corrigeris.

Sabbato.

Lectio 1.

De libro Sapientiæ. cap. 12. 13.

Tu autem dominator virtutis cum tran-
quillitate indicas, et cum magna reveren-
tia disponis nos: subest enim tibi, cum volue-
ris, posse. Docuisti autem populum tuum
per talia opera, quoniam oportet justum
esse humanum, et bonæ spei fecisti filios
tuos: quoniam indicans das locum pœnita-
tis peccatis. * Si enim inimicos servo-
rum tuorum et debitos mortis cum tanta
cruciasti attentione, dans tempus ad locum,
per quæ possent mutari a malitia: cum quan-
ta diligentia indicasti filios tuos, quorum
parentibus juramenta et conventiones de-
disti bonarum promissionum? Cum ergo das
nobis disciplinam, inimicos nostros multi-
pliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogite-
mus judicantes: et cum de nobis judicatur,
speremus misericordiam tuam. ℣. unde
et illis, qui in vita sua insensate et inique
vixerunt, per hæc, quæ coluerunt, devisti
summa tormenta. qui autem ludibriis et
in erroribus non sunt correcti, dignum

ia iudicium experti sunt. In quibus enim
ratiebatur, per hoc, quos pu-
abant deos, in ipsis cum exterminarentur
identes, illum, quem olim negabant se
ohe, verum Deum agnoverunt: propter
uod et finis condemnationis eorum venit
uper illos. * Tu autem Deus noster, suavis
verus es, patiens, et in misericordia dis-
ones omnia. Etenim si peccaverimus,
ui sumus, scientes magnitudinem tuam:
si non peccaverimus, scimus quoniam
apud te sumus computati. Et nosse enim te
consummata iustitia est, et scire iustitiam
et virtutem tuam, radix est immortalitatis.
R. Ex. ex III. Noct. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.
l. de fide et opp. c. 22.

Aequaquam mens in cauta fallatur, ut
existimet Deum cognovisse, si cum fide
ortua, hoc est, sine bonis operibus confi-
atur, more demonum: et ideo se iam non
ebitet ad vitam eternam spe venturam.
oc (enim) prodest, in Deum recta fide credere,
um colere, Deum nosse, ut et bene vivendi
illo sit nobis auxilium; et si peccaverimus,
illo indulgentiam mereamur: non in
uibus, quo odit, perseverantes, sed ab eis rec-
antes, eique dicentes: Ego dixi, Domine mi-
ere mei, sana animam meam, quoniam
eccavi tibi; quod non habent cui dicant,
i non in eum credunt; et frustra dicunt,
i eum tam longe a bello sint, a gratia ne-
aloris alieni sunt. Hinc illa verba sunt in
ibro Sapientiae, quae nescio quomodo intel-
git pernicios a securitas: et si peccaverimus,
ui sumus, quoniam scilicet bonum et

magnum Dominum habemus, qui et
velit atque possit penitentium peccata
sanare, non qui minime audeat perma-
nentes in malignitate dispergere. Denique
cum dixisset: tui sumus, addidit: scientes
potentiam tuam: ubique potentiam, cui
se subtrahere nequeat aut occultare pecca-
tor. Ideoque secutus adjunxit: non peccabi-
mus autem, scientes quoniam tui sumus
deputati. Quis enim digne cogitans habita-
tionem apud Deum, in qua omnes predesti-
natione sunt deputati, qui secundum pro-
positum vocati sunt, non exhaurita vivere,
ut tali habitationi congruat?

Ad Vesperas Duplex.

Ad Magnif. ant. Doctrinam sapientiæ
et disciplinæ scripsit Jesus filius Sirach:
* beatus qui in istis versatur coram Deo ipse
enim hoc fecerit, ad omnia valebit. Eccli. 50.

Oratio Sacr. Gelas.

Custodi, Domine, quæsumus, Ecclesiam
tuam propitiatione perpetua. Et quia
sine te labitur humana mortalitas, tuis
semper auxiliis et abstrahatur a noxiis,
et ad salutaria dirigatur. Per Dominum.

Dominica XIV. post Pentecosten.

Duplex majus. 12. lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

Incipit liber Ecclesiastici. cap. 1.
Omnis sapientia a Domino Deo est, et cum
illo fuit semper et est ante evum. Arenam
maris, et pluvias guttas, et dies seculi quis
dinumeravit? altitudinem coeli, et lati-
tudinem terræ, et profundum abyssi quis

dimensus est? Sapientiam Dei praceden-
tem omnia quis investigavit? Prior om-
nium creata est Sapientia, et intellectus
prudentiæ ab æuo. Fons Sapientiæ verbum
Dei in excelsis, et ingressus illius mandata
æterna. Radix Sapientiæ cui revelata est,
et astutias illius quis agnovit? Disciplina
Sapientiæ cui revelata est et manifestata?
et multiplicationem ingressus illius quis
intellexit?

℣. Sapientia ubi invenitur? et ubi est
fons intelligentiæ? ℟. ecce timor Domini
ipsa est Sapientia, et recedere a malo in-
telligentia. ℣. quam magnus, qui inve-
nit Sapientiam et Scientiam! sed non est
super timentem Dominum. ℟. ecce. Job. 28.
uli. 25.

Lectio II.

Timor Domini delectabit cor, et dabit
ætitiam et gaudium, et longitudinem
dierum. Timenti Dominum bene erit
in extremis, et in die defunctionis suæ
benedicetur. Dilectio Dei honorabilis sa-
pientia. quibus autem apparuerit in
opere, diligunt eam in visione, et in agni-
tione magnalium eorum. Initium
Sapientiæ timor Domini, et cum fideli-
bus in vulva concreatus est: cum electis
hominis graditur, et cum iustis, et fide-
libus agnoscitur. Timor Domini scientiæ
religiositas. Religiositas custodiet et
iustificabit cor, et iucunditatem atque
gaudium dabit.

℣. Beatus homo, cui donatum est
habere timorem Dei: ℟. timor Dei initium
dilectionis eius; fidei autem initium

adglutinandum est ei. V. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem * timor Dei. Eccli. 25. 1 Joan.

Lectio III.

Radix sapientiæ est timere Dominum et rami illius longævi. In thesauris sapientiæ intellectus, et scientiæ religiositas, execratio autem peccatoribus sapientia. Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non poterit justificari; iracundia enim animositatis illius, subversio illius est. Usque in tempus sustinebit patiens, et postea redditio incunditatis. Donec sensus usque in tempus abscondet verba illius, et labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ: execratio autem peccatori cultura Dei.

℟. Quis est homo, qui timet Dominum? legem statuit ei in via, quam elegit: anima ejus in bonis demorabitur: * firmamentum est Dominus timentibus eum. ℣. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. * firmamentum. Ps. 24. 2. Cor. 7.

Lectio IV.

Fili concupiscens sapientiam, conserva justitiam, et Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim et disciplina timor Domini: et quod bene placitum est illi, fides et mansuetudo, et adimplebit thesauros illius. Ne sis incredibilis timori Domini; et ne accesseris ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum,

et non scandalizeris in labiis tuis. attende
in illis, ne forte cadas, et adducas animo
tuae in honorationem; et revelet Deus ab-
sconsa tua, et in medio synagogae elidat te:
quoniam accessisti maligne ad Dominum,
cor tuum plenum est dolo et fallacia.
℣. Justitia Domini recte laetificantes
corda: ✠ timor Domini sanctus, permanens
in saeculum saeculi. ℣. Per misericordiam
et fidem purgantur peccata: per timorem
autem declinat omnis a malo. ✠ timor.
℣. Gloria ✠ timor. Ps. 18. Prov. 15.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.
epist. 120. c. 4.

Justitia, quae vivit in se ipsa, procul dubio
deus est, atque incommutabiliter vivit.
Sicut autem hoc cum sit in se ipsa vita, etiam
nobis fit vita, cum eius efficimur ullamque
participes: ita cum in se ipsa sit justitia, etiam
nobis fit justitia, cum ei cohaerendo iuste vi-
vimus; et tanto magis minusve iusti su-
mus, quanto magis illi minusve cohaeremus.
Unde scriptum est de unigenito Filio Dei, cum
sit unique Patris sapientia atque iustitia,
et semper in se ipso sit, quod factus sit nobis
a Deo sapientia et iustitia. Est plane ille
noster Deus vera iustitia, vel ille verus
noster summa iustitia, quam profecto esurire
et sitire, ea nostra est in hac peregrinatione
iustitia.
℣. Sapientia filios suos vitam inspirat,
et suscipit inquirentes se, et praebit in
via iustitiae: ✠ qui tenuerint illam, vitam
hereditabunt. ℣. Initium via bona facere

iustitiam: aeepta est autem apud Deum magis, quam immolare hostias. ℣. qui. Euli. 4. Prov. 16.

Lectio VI.

Serm. 169. de verb. apost.

Amanda est iustitia, et in hac iustitia amanda gradus sunt proficientium. Primus est, ut amori iustitiæ non proponantur omnia quæ delectant. Ipse est primus gradus. quid est, quod dixi? ut inter omnia quæ delectant, plus te delectet ipsa iustitia: non ut alia non delectent, sed plus ipsa delectet. Delectant enim quodam naturaliter infirmitatem nostram, pulchros delectant cibus delectant esurientes atque sitientes: ut nos delectat hoc lux, quæ de cælo funditur sole exorto. Hæc licita: sed delectant etiam illicita. Iustitia si delectet, ut vincat etiam licitas delectationes; et sic delectationi, qua licite delectaris, propone iustitiam. Mentem vestram delectet invisibilis, pulcra, casta, sancta, canora, dulcis iustitia, ut non ad eam timore cogimini. Si enim ad eam timore cogimini, nondum delectat.

℟. Spera in Domino et fac bonitatem: ℣. Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui. ℟. Salus animæ in sanctitate iustitiæ: et non obsecramentum super cordis gaudium. ℣. delectare. Ps. 36. Euli. 30.

Lectio VII.

Timere non debes, non timore pœnæ, sed amore iustitiæ. quando pœnabaris, delectabamini in pœnalis vestris. Timor adducebat vos ad pœnandum, an suavitas

uati? Respondebitis, suavitas. ad peccatum suavitas adduxit, et ad iustitiam timor impingit? Probate vos, inspicite vos. amate iustitiam, quomodo amastis iniquitatem. Digna est iustitia, que a vobis impetret, ut exhibeatis illi, quod exhibuistis iniquitati. appende iustitiam et iniquitatem. Tantumne digna est iustitia, quantum digna fuit iniquitas? Sic amanda est ista, quomodo amata est illa? absit ut sic; sed etiam vel sic! Ergo plus? plus omnino. In iniquitate secutus es voluptatem: pro iustitia tolera dolorem. Iam tibi dicatur: cui me vis? contemne quidquid aliud delectat, contemne premere.

Sapiens cor et intelligibile abstinebit a peccatis: * et in operibus iustitie successus habebit. Ps. Qui vult vitam diligere et dies videre bonos, declina a malo, et fac bonum. * Alm. Exli. s. j. Febr. s.

Lectio VIII.

Ecce contempsisti, parum est, ut contemnas, quidquid te delectabat: contemne quidquid te terrebat, contemne carceres, contemne vincula, contemne equuleum, contemne tormenta, contemne mortem. Hoc vicisti, ne invenisti. Invenimus forsitan aliquos, qui preponunt iustitie delectationem voluptatibus et delectationi corporis sui. Qui autem pro illa poenas, dolores mortemque contemnat, putas est aliquis in vobis? Talem cogitemus, quod profiteri non audemus. quid cogitamus? ubi cogitamus? Millia Martyrum adiacent oculis nostris, ipsi veri amatores perfectique iustitie. O amare, o ire, o sibi perire, o ad Deum pervenire! Sic armandus est amator invisibilis

pulchritudinis! Hoc quod loquor, magnum est, summum est, perfectum est, optimum est. Non habetis? petite et accipietis.

℟. Concupiscens sapientiam serva iustitiam, et Deus probebit illam tibi. ✱ Sapientia et disciplina timor Domini. ℣. In timore Dei sit tibi gloriatio, et in ipso sit tibi cogitatus Dei: et omnis enarratio tua in preceptis actibus. ✱ Sapientia. ℣. Gloria. ✱ Sapientia. Euli. j. et g.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

Incipit epistola catholica beati Jacobi apostoli. cap. j. 2.

Jacobus Dei et Domini nostri Jesu Christi servus, duodecim tribubus, que sunt in dispersione salutem. Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi glorie. Etenim si introierit in conventum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida, introierit autem et pauper sordido habitu, et intendatis in eum, qui indutus est veste preclara, et dixeritis ei: tu sede hic bene; pauperi autem dicatis: tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum; nonne iudicatis apud vos metipsos, et facti estis iudices cogitationum iniquarum?

℟. Altiora te ne quesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris; ✱ sed que precepit tibi Deus, illa cogita semper. ℣. Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum; sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. ✱ Sed. Euli. 5. Prov. 25.

Lectio X.

si legem perficitis regalem secundum
scripturas: diliges proximum tuum sicut
teipsum; bene facitis: si autem personas
accipitis, peccatum operamini, redarguti
a lege quasi transgressores. quicumque
autem totam legem servaverit, offendat
autem in uno, factus est omnium reus.
qui enim dixit: non moechaberis, dixit
et: non occides. quod si non moechaberis,
occides autem, factus es transgressor legis.
sic loquimini, et sic facite, sicut per
legem libertatis incipientes iudicari.
iudicium enim sine misericordia illi,
qui non fecit misericordiam: superexaltat autem misericordia iudicium.

℣. Homo homini reservat iram, et a
Deo quaerit medelam? ✠ in hominem
similem sibi non habet misericordiam,
et de peccatis suis deprecatur? ℟. Si vos
non dimiseritis, nec pater vester, qui in
coelis est, dimittet vobis peccata vestra.
Sim. Eccli. 28. Marc. ii.

Lectio XI.

Quid proderit fratres mei, si fidem quis
dicat se habere, opera autem non habeat?
numquid poterit fides salvare eum? si
autem frater et soror nudi sint, et indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis
ex vobis illis: ite in pace, calefacimini et
saturamini; non dederitis autem eis,
quae necessaria sunt corpori, quid proderit?
sic et fides, si non habeat opera, mortua
est in semetipsa. Sed dicet quis: tu fidem
habes, et ego opera habeo; ostende mihi
fidem tuam sine operibus, et ego ostendam
tibi ex operibus fidem meam. Tu credis,
quoniam unus est Deus: bene facis:

et demones credunt, et contre miscunt.
℟. Bonum facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes: ✠ ergo dum tempus habemus, operemur bonum. ℣. Operamini opus vestrum ante tempus: et dabit vobis mercedem vestram in tempore suo. ✠ ergo. Gal. 6. Euli. 5j.

Lectio XII.

Vis autem scire o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est? Abraham pater noster, nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides, quoniam fides cooperabatur operibus illius, et ex operibus fides consummata est? Et suppleta est Scriptura dicens: credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad iustitiam, et amicus Dei appellatus est. Videtis, quoniam ex operibus iustificatur homo, et non ex fide tantum? Similiter et Rahab meretrix nonne ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios, et alia via eiciens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est.

℟. pro Dominica. Seraphim clamabant alter ad alterum: ✠ Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum: ✠ plena est omnis terra gloria eius. ℣. Tres sunt, qui testimonium dant in coelo, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt. ✠ Sanctus. ℣. gloria. ✠ plena. Is. 6. j. Joan. 5.

℟. Infra hebdomadam. Qui metuitis Dominum, diligite illum, et illuminabuntur corda vestra: respicite nationes hominum, et videte: ✠ quia nullus speravit in Domino, et confusus est. ℣. Accedite ad eum et illuminamini, et vestra non confundentur. ✠ quia. ℣. gloria. ✠ quia. Euli. 2. Ps. 33.

℣. ℟.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 6.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, et alterum diliget; aut unum sustinebit, et alterum contemnet. Non potestis Deo servire et mammonæ. Ideo dico vobis: ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: et Pater vester cœlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? quis autem vestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum? Et de vestimento quid solliciti estis? considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis: quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hodie est, et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit; quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, et justitiam ejus: et hæc omnia adjicientur vobis.

℣. Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

Bened. ant. Nolite solliciti esse dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? ✠ Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Matth. 6.

Ad Magnif. ant. Quærite primum regnum Dei, et iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis. Matth. 6.

Feria II.

Lectio I.

De libro Ecclesiastici. cap. 2.

Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia et timore, et præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum, et sustine: inclina aurem tuam, et suscipe verba intellectus: et ne festines in tempore obductionis. Sustine sustentationes Dei: coniungere Deo et sustine, ut crescat in nouissimo vita tua. & Omne, quod tibi applicitum fuerit accipe: et in dolore sustine, et in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum, et argentum: homines vero receptibiles in camino humiliationis. Crede Deo, et requiescet tibi: et dirige viam tuam, et spera in illum. Serua timorem illius, et in illo veteraſce. Qui timetis Dominum sustinete misericordiam eius, et non declinatis abillo, ne cadatis. Qui timetis Dominum, credite illi, et non euacuabitur merces vestra. 9. Qui timetis Dominum, sperate in illum, et in oblectatione veniet vobis misericordia. Quis permansit in mandatis eius, et derelictus est? aut quis inuocauit eum, et despexit illum? quoniam pius et misericors est Deus, et remittet in die tribulationis peccata: et protector est omnibus exquirentibus se in veritate. Væ duplici corde et labiis scelestis, et manibus malefacientibus, et peccatori terram ingredienti duabus viis. & Væ dispolutis corde, qui non credunt Deo, et ideo non protegentur abeo. Væ his qui perdiderunt

ustinentiam, et qui dereliquerunt vias
ectas, et diverterunt in vias pravas. Et
quid facient, cum inspicere ceperit Dominus?
Cui timent Dominum, custodiunt mandata
illius, et patientiam habebunt usque ad
inspectionem illius, dicentes: si poeniten-
tiam non egerimus, incidemus in manus
Domini, et non in manus hominum. Se-
cundum enim magnitudinem ipsius, sic
et misericordia illius cum ipso est.

R. Br. ex I. Vesp. Dominicæ præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
Tract. 7. in Joan.

Murus est Deus adversus omnes impetus,
et adversus omnes insidias inimici.
Volebat irruere: nec tentat (diabolus),
nisi permissus fuerit: constat illum
nihil facere, nisi permissus fuerit aut
missus. Mittitur tam quam angelus
malus a potestate dominante: permit-
titur, quando aliquid petit. Et hoc, fra-
tres non fit, nisi ut probentur justi, pu-
rientur mundi. Quid ergo times? am-
bula in Domino Deo tuo: certus esto,
unde non vult pati, non pateris: quod
permiserit pati, flagellum corrigentis
est, non pœna damnantis. Ad hæredita-
tem sempiternam erudimur, et flagel-
lari dedignamur? Hanc possidebimus,
et erudiri non debemus? Sufferamus
ergo eruditionem patris. Novit Deus,
quid nobis expediat: id agamus tantum,
ut cor nostrum sanum sit a peccatis:
et quando forte flagellamur in corpore,
ipsum deprecemur. Rogavit eum ho-
minis, ut auferret ab eo si malum cor-
poris, et noluit auferre. Quum quid

perturbatus es, et numquid contristatus dixit se desertum? Magis, le dixit non desertum, quia non ablatum est, quod volebat auferri, ut illa infirmitas sanaretur. Hoc enim invenit in voce medici, sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. Unde ergo scis, quod non velit te sanare Deus? adhuc expedit tibi flagellari. Unde scis, quia putre est, quod secat medicus, agens ferrum per putria? et vonne novit modum, quid faciat, quousque faciat? crudelis, qui non audit clamantem, an potius misericors, qui vulnus persequitur, ut sanet egrotum! Hoc fratres mei, ideo dixi, ne quis quoerat aliquid praeter auxilium Dei.

Feria III.

Lectio 1.

De libro Ecclesiastici. cap. 3.

Fili in mansuetudine opera tua perfice, et super hominum gloriam diligeris. quanto magnus es, humiliate in omnibus, et coram Deo invenies gratiam: quoniam magna potentia Dei solius, et ab humilibus honoratur. altiora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris: sed quae praecepit tibi Deus, illa cogita semper, et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est tibi necessarium, ea quae abscondita sunt, videre oculis tuis. ✠ In superfluis rebus noli scrutari multipliciter, et in pluribus operibus eius non eris curiosus. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos quoque supplantavit suspicio illorum. cor durum habebit male in novissimo: et qui amat periculum in illo peribit. q. Cor ingrediens duas vias non habebit successus, et pravus corde in illis scandali capietur. Cor nequam gravabitur

in doloribus, et penabar diu: et dispeuan-
dum. Synagoga superborum non erit sani-
tas: frutex enim peccati radicabitur in illis,
et non intelligetur. Cor sapientis intelli-
gibitur insapientia, et auris bona audietam
omni concupiscentia sapientiam. * Sapiens
et intelligibile abstinebit se a peccatis:
et in operibus iustitiae iuncturs habebit.
Ignem ardentem extinguit aqua, et elee-
mosyna resistit peccatis: et Deus prospector
est eius, qui reddit gratiam: meminit eius
in posterum, et in tempore casus sui inve-
niet firmamentum.

℣. R. ex II. Noct. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

Hom. 34. in Genes.

Nunquam super proximum exhollamur,
nunquam de nobis sublimia sentiamus:
sed modestia conspicui cedamus aliis, et
inferiores haberi conemur tam verbis quam
operibus: nec unquam eis, qui nobis inju-
riam intulerunt, adversemur, etiam si
multis nostris affecti fuerint beneficiis;
hoc est enim optima philosophia. Neque
contumelia affecti feroces simus, etiam si
inferiores nobis sint ii qui nobis cum con-
tendunt: sed mansuetudine et lenitate iram
imprimamus. Nihil enim illa potentius,
nihil illa fortius. Illa animam nostram
perpetua tranquillitate quasi in portu
constituit, et omnis recreationis ac quie-
tis occasio nobis est. Ea propter et Christus
divina illa docens dicebat: Discite a me, quia
mitis sum et humilis corde: et invenietis
requiem animabus vestris. Nihil enim
animam ita in tranquillitate quiete
constituit, ut mansuetudo et modestia.
Hoc igitur observemus, ut ante omnia nobis sit

cura, quo modo animam a turbulentia vindicemus, et in tranquillum statum educamus, atque ab omni liberemur amaritudine, quo et ipsi multa fruamur quiete, et aliis, qui familiaritatem nobiscum habent, simus blandi. Hoc enim certissimum signum, quo internoscatur vir ratione praeditus, si mansuetus fuerit, si clarus, si mitis, si modestus et quietus, si non quasi servus ducatur et trahatur aut ab ira, aut ab aliis affectionibus: sed ratione vincat internos illos incompositos motus, nobilitatemque suam servet, ne in brutorum ferociam negligentia degeneret.

Feria IV.

Lectio I.

De libro Ecclesiastici. cap. 5.

Noli attendere ad possessiones iniquas et ne dixeris: est mihi sufficiens vita; nihil enim proderit in tempore vindictae et obductionis. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui. Et ne dixeris: quomodo potui? aut quis me subjiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Et ne dixeris: peccavi, et quid mihi accidit triste? altissimus enim est patiens redditor. De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adjicias peccatum super peccatum. Et ne dicas: miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim et ira ab illo cito proximant, et in peccatores respicit ira illius. Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictae disperdet te. g. Non vadas te in omnem vadum, et non eas in omnem viam: sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Esto firmus in via Domini, et in

veritate sensus tui & scientia, & prosequatur
te verbum pacis & iustitie. Esto manse-
tus ad audiendum verbum, ut intelligas:
& cum sapientia proferas responsum ve-
rum. & Si est tibi intellectus, respon de
proximo: sin autem, sit manus tua super
os tuum, ne capiaris in verbo indisci pli-
nato, & confundaris. Honor & gloria in
sermone sensati, lingua vero imprudentis
subversio est ipsius. Non appelleris susurro,
& lingua tua ne capiaris & confundaris.
Super furem enim est confusio & pœnitentia,
& denotatio pessima super bilinguem:
susurratori autem odium, & inimicitia
& contumelia. Justifica pusillum & mag-
num similiter.

℣. ex III. Nocl. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
Enarrat. in ps. CIIII.

Ipse est desperatio timenda est impenalis.
Audite vocem desperantis adaugenda penata,
& videte vocem sperantis adaugenda penata,
quomodo utrique voci occurrit providentia
& misericordia Dei. Audi vocem desperantis:
ecce, inquit, damnandus sum, quare non
facio quid quid volo? Audi & vocem sperantis:
misericordia Domini magna est, quando me
convertero, dimittet mihi omnia: quare
non facio quid quid volo? Desperat, ut pereat:
sperat, ut pereat. Utrumque metuendum,
utrumque periculosum est: vox a despera-
tione, vox a perversa spe. utrique huic pe-
riculo & utrique malo quo modo occurrit
misericordia Dei? Quid dicis tu, qui despe-
rando volebas perire? Jam damnandus
sum, quare non facio quid quid volo? Audi
scripturam: nolo mortem impii, quantum
ut revertatur & vivat. Hac voce Dei redu-
citur ad spem. Sed timendus est alius

laqueus, ne ipsa spe amplius peccet. quid ergo ait tu dicebas, quia spe magis peccas? quando me convertero, omnia mihi Deus dimittet, faciam quodquod volo. Audi alia scriptura: ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, et in tempore vindicte disperdet te. Noli ergo dicere: eras me convertam, eras deo placebo, et omnia hodierna et hesterna dimittuntur mihi. Verum quidem dicis, quia Deus conversioni tue indulgentiam promisit: sed dilationi tue diem crastinum non promisit.

Feria V.

Lectio I.

De libro Ecclesiastici. cap. 4.

Noli facere mala, et non te apprehendent. Discede ab iniquo, et deficient mala abs te. Fili non semines mala in sulcis iniustitie, et non metes ea in septuplum. Non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est: et penes regem noli velle videri sapiens. Non pecces in multitudinem civitatis, nec te immittas in populum, neque alliges duplicia peccata, nec enim in uno eris immunis. Noli esse pusillanimis in animo tuo: exorare, et facere eleemosynam ne despicias. et dicas: in multitudine ~~animo~~ munerum meorum respiciet Deus, et offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet. Non irrideas hominem in amaritudine animo: est enim qui humiliat et exaltat, circumspector Deus. Noli aperire mendacium adversus fratrem tuum, neque in amicum similiter facias. ℣. Memento ire, quoniam non tardabit. Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impii, ignis et vermis. ℟. In toto corde tuo honora patrem tuum, et genitus matris tue ne obliviscaris. Memento quoniam nisi

er illos natus non fuisses: et retribue illis,
quomodo et illi tibi. In tota anima tua time
Dominum, et sacerdotes illius sanctifica.
In omni virtute tua dilige eum, qui te fe-
cit, et ministros eius ne derelinquas. * Bau-
ueri porrige manum tuam, ut perficia-
tur propitiatio et benedictio tua. Gratia
abi in conspectu omnis viventis, et mor-
tuo non prohibeas gratiam. Cum flentibus
ambulantibus in consolatione, et cum lugenti-
bus ambula. Non te pigeat visitare in-
firmum: ex his enim in dilectione firma-
beris. In omnibus operibus tuis memorare
novissima tua, et in aeternum non peccabis.
Resp. ex I. Sabb. Dominica præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. 12. de Divers.

Novissima sunt mors, iudicium, gehenna.
Quid horribilius morte? quid terribilius in-
dicio terribilius? nam gehenna nihil potest
intolerabilius cogitari. Quid metuet, si quis
ipsa non trepidat, non expavescit, non timore
nectitur? Homo, si pudorem perdideras ad
mobilem creaturam pertinentem: si dolorem
non sentiebas afflictionis, quod est etiam car-
nalium: vel timorem non omittas, quoniam
hoc est etiam iumentorum. Oneramus
asinum, et fatigamus in laboribus pluri-
bus, et non curat, quia asinus est. Assi in
foveam impellere, si in foveam precipitare
velis, cavet quantum potest, quia vitam di-
ligit, et mortem timet. An non tibi ergo
plenum videtur, ut qui modo in mentis in-
sipientior fuerit, post immenda quoque ipsa
impetratur abire, et in tot mentis positus
cum teneat posteriorem? Time ergo homo,
quod in morte separandus es a tuis omni-
bus membris corporis, et tam dulce carnis et
tenue vinculum amarissimo secandum

Servire nihil aliud aguntur, quam ut bono Domino non serviant, non ut omnino non serviant: quia qui noluerit servire charitati, necesse est ut serviat iniquitati. Ab hoc vitio, quod est caput omnium vitiorum, quia inde cætera vitia nata sunt, facta est apostasia a Deo, cunctæ animæ in tenebras, et male usitato libero arbitrio, pœnalis etiam cæteris consecutis: ut et substantiam suam dissiparet vivens prodige, et peregestatem fieret pastor porcorum, qui erat socius angelorum. Propter hoc vitium, propter hoc magnum superbiæ pœnarum, Deus humilis venit. Hoc causa hoc pœnarum magnum, iste ingens morbus animarum omnipotentem medicum de cœlo deduxit, usque ad formam servi humiliavit, contumelias egit, ligno suspendit: ut per salutem sanctæ medicinæ curetur hic tumor. Jam tandem erubescat homo esse superbus, propter quem factus est humilis Deus.

Sabbato.

Lectio I.

De libro Ecclesiastici. cap. 13.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ea, et qui communicaverit superbo, induet superbiam. Pondus super se tollet, qui honestiori se communicat. Et ditiori te ne socies feceris. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim se contulerint, confringetur. Dives iniuste egit, et fremet: pauper autem læsus tacebit. ✠ Humiliare Deo, et expecta manus eius. Attende ne seductus in stultitiam humilieris. Advocatus a potentiore discede: ex hoc enim magis te advocabit. Et improbus fis, ne impingaris: et ne longe fis ab eo, ne eas in oblivionem. Et retineas ex æquo loquium cum ipso: ne credas multis verbis illius, ex multa enim loquela tentabit te, et subridens interrogabit te de abscondito tuo. ℣. Cave tibi et

ttende diligenter aditui tuo: quoniam cum
ubuersione tua ambulas. Audiens vero illa
quasi in somnis vide, et vigilabis. Omni vita
tua dilige Deum, et invoca illum in salute
tua. Omne animal diligit simile sibi: sic et
omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad
similem sibi coniungetur, et omnis homo
simili sui sociabitur. * Si communicabis
lupus agno aliquando, si peccator iusto. quo
communicabio sancto homini ad canem?
aut quo pars diuitis ad pauperem? Bona est
substantia, cui non est peccatum in conscientia.
et nequissima paupertas in ore impii. cor
hominis immutat faciem illius siue in
bona siue in mala. Vestigium cordis boni
et faciem bonam difficile invenies et cum
labore.

℣. R. ex III. Noct. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Pape.
hom. 9. in Ezech.

Mali, quia ipsi vel celestis regni premia
vel gehennae ore supplicia non credunt, in
suis praviatibus dimissi, a fide et opere etiam
alios subvertunt, ut regnum, quod ipsi appe-
ere non volunt, nec alter asequatur. Hinam-
ne cum teneriores quosdam bona incipere,
mala iam devitare cognoverint, modo iri-
cendo quod in coelis promittitur, modo despi-
iendo, quod Deus omnipotens de inferni sup-
liciis minatur, modo laudando bona tem-
poralia, et delectationes presentis seculi ad-
uda persuasione polliendo, deflammat mente
innocentium, eorumque itinera perver-
unt. Gaudent, si quos potuerint a vita revo-
are, ad mortem trahere: lo[rantur] in
praviatibus suis, exultant et in alienis.
Pro quo (ergo) vitari sodietas debet malorum,
ne si forte corrigi non valent, ad imitatio-
nem trahunt: et cum ipsi a sua malitia

non mutantur, eos, qui sibi consimili fuerint, perverlant. Sicut ergo perfecti viri perversos proximos non debent fugere, quia aliquos saepe ad rectitudinem trahunt, et ipsi ad perversitatem numquam trahuntur: ita infirmi quique sociétatem declinare debent pravorum, ne mala, quae frequenter aspiciunt, et audire non valent, delectentur imitari. Sicenim verba proximorum audiendo quotidie sumimus in mente, sicut flando atque respirando aerem trahimus corpore. Et sicut malus aer aspiro flatu tractus inficit corpus, ita perversa locutio aspidue audita, infirmantium inficit animum, ut labefiat delectatione pravi operis, et aspidui iniquitate sermonis.

Explicit Pars Aestivalis
De Tempore.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Proprium de Sanctis.

Pars æstivalis.

Festa Maii

Die XIV.

S. Pachomii Abbatis.

Commemoratio.

De communi Abbatum.

Oratio.

eus, qui per beatum Pachomium apostoicam vivendi formam in Ecclesia tua restaure, & cœnobitica vitæ genus exordiri voluisti: concede quæsumus; ut ejus vestigiis insistentes tibi fideliter deservire, atque æterno inde præmia consequi mereamur. Per ominum.

Die XVI.

S. Joannis Nepomuceni Martyris.

Duplex majus. 12. lect.

Quæ transfertur post festum SS. Trinitatis.

Ad I. Vesperas.

Antiphonæ ex Matutinis.

Lectio Evli. 21.

ubia imprudentium stulta narrabunt; pauem prudentium statera ponderabuntur: ore sapientium cor illorum, & in corde pientium os illorum.

br. Pone Domine * custodiam ori meo:

Ostium circumstantiæ labiis meis. Ps. 140.

Hymnus. Ex quo. de communi.

Pone ori meo custodiam:

Cum consisteret peccator adversum me. Ps. 38.

Magnif. ant. Vide ei timorem, & timuit me: * veritatis fuit in ore ejus, & iniquitas non est venta in labiis ejus. Mich. 2.

Oratio Miss. Rom.

eus, qui ob invidiam beati Joannis sacramenle silentium novæ Ecclesiæ tuæ martyrii

corona decorasti: da nobis eius intercessione et exemplo linguam caute custodire, ac omnia potius mala, quam animo detrimentum in hoc seculo tolerare. Per Dominum.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Dominum, cuius est gubernare linguam, ✠ venite adoremus. Prov. 16.

Hymnus: Felix. ubi et antiphona nocturnorum de communi.

In I. Nocturno.

℣. Concaluit cor meum intra me:
℟. Et in meditatione mea exardescet ignis. Ps. 38.

Lectiones quatuor cum suis ℣℟. de die currente.

In II. Nocturno.

℣. Annuntiavi iustitiam tuam Domine:
℟. Veritatem tuam, et salutare tuum dixi. Ps. 39.

Lectio V.

Ex bulla canonizationis Benedicti XIII. a. 1728.

Joannes Nepomuci Bohemio oppido ortus, egregia avere christiana indole probe exculta statim eluxit. Adultior humanioribus litteris, dein gravioribus disciplinis, quo iuvenem Dei obsequiis destinatum praecipue decerent, sedulo instructus, ecclesiastice militie nomen dedit. Postea in ede Bragensi verbi Dei praedicandi munus suscepit eoquidem cum fructu, ut universis doctrinam eius virtutemque admirantibus inter metropolitanos Bragensis ecclesie canonicos una omnium voce assumptus. Ubi coram Wenceslao Rege, cognomine Pigro, suscepta concionandi provincia, poenitentiam contra scelera, aulo licentiam, corruptosque hominum mores compluribus annis praeco strenuus verbo et exemplo praedicavit: rege sana eius eloquentia victo, multa bona Viri Dei ductu faciente.
℟. Os prudentis quaeritur in ecclesia, et

verba illius cogitabunt in cordibus suis: *
acens offensatus honorabitur. V. Melancbal
rex Joannem, sciens eum virum iustum et
sanctum: et audito eo multa faciebat. *Jacob.
Eccli. 23. et Marc. 6.

Lectio VI.

Oblatos sibi a rege honores amplissimos, luxu
rimarum unice intentus, recusans, Joanna
spina summus eleemosynarius et conscientiæ
arbiter constitutus est: quo doctrina sancti
viri imbuta, ac coniuge in flagitiorum a-
bysum ruente, sceleribus eius offensa, uni
co totam se dare constituit. Sacrum igitur
pœnitentiæ tribunal adire frequentius,
conscientiam cum lacrymis aperire, afflictare
pectus, Deumque assidue rogare cœpit, ut meliorem
capi mentem inderet. Sed ille crimina cri-
minibus addens, pius que optimo regino
officiis in furorem actus, ea delapsus est,
a quo illa in sacramentali confessione sa-
cerdoti atque uni Deo aperire, a Joanne
libi palefieri nefario ausu contenderet: id
quod magnis pollicitationibus abeo extor-
quere semel iterumque adlaboravit. At
illa frustra esse perspexit, constantissimum
me sigilli sacramentalis custodem cor-
relis affectum carceri et vinculis mancipavit, inde non educendum ministeris, nisi
regina confessionem sibi aperiret.
Ne credas multis verbis potentiorem, ex mul-
tum loquela sentabis te: * et subridens
arrogabis te de abscondito tuis. V. Ne glo-
riosus appareas coram rege, et secretum ne
queles. * subridens. Eccli. 13. Prov. 25.

Lectio VII.

D Joannis constantiam in vinculis primum,
postea in convivio Wenceslaus frustra cum
mensa et, cataste in postum tormentis et

facibus ad altera admotis, ut secretum prodere, torqueri imperat: quo in agone invictus Christi pugil nihil prorsus, nisi suavissima Jesu et Marie nomina ingeminans, vitam mortemque suam Domino commendabat. E carcere dimissus, suprem[u]mque agonem sibi instare prenoscens, Boleslaviam profectus est, antiquam Dei pare imaginem veneraturus, cujus presidium crebris[si]mis precibus efflagitavit. Inde Bragam ut sese in pervigilio Dominice ascensionis reducem e fenestra rex conspicatus adse averset, mortem proximam interminatus, nisi arcanas regine confessiones absque mora exponat.

℟. Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana, * qui fidelis est animi, celat amici commissum. ℣. Stultus a fenestra respicit, vir autem eruditus foris stabit. * qui. Prov. 11. Euli. 2j.

Lectio VIII.

Ab[s]tinentissimus Dei miles intrepide reluctatus impium facinus, quod ase petebatur, non voce sed capitis nutuque gravitate amovatus est. Mox impio regio a satellitibus comprehensus alio clam deportatur, noctuque manibus vinctus ac pedibus ad pontem Moldave, Bragam proterfluentis deductus in flumen subitum precipitatur. Eodem eius celestia statim miracula prodiderunt, totus enim fluvius continuo [fal]flamnis reluxit, et Martyris corpus secundo flumine quasi facibus undique circum descendens, effusam ad spectaculum civitatem attraxit. Postero die repertum sanum eius corpus, ac patefacta rei causa, ad primam sedem Sancte crucis, subinde ad metropolitanam basilicam delatum est: ubi egros quam plurimos sanarum exuviarum contactu

natos vetera monumenta copiose testan-
ur. Toto autem corpore in cineres resoluto,
ingua singilli sacramentalis custos inex-
ugnabilis, flexilis et vivida post annos
centos reperta est. Quare anno supra mil-
esimum septingentesimum vigesimo nono
enedictus tertius decimus primum hunc
nclusionis singilli aperturem sanctorum
estis adscripsit.

℣. Beatus vir, qui sustinet tentationem: ℟
uoniam cum probatus fuerit, accipiet
ronam vitæ. ℣. Beatus, qui lingua sua
on est lapsus, et qui non servivit indignis.
quoniam. ℣. Gloria. ℟ quoniam. Jac. j. Euli. 25.

In III. Nocturno.

Ant. Confitebor nomini tuo Domine: quo-
iam liberasti me a laqueo linguæ iniquæ, ℟
a labiis operantium mendacium. Euli. 31.

Cantica de uno Martyre.

℣. Domine libera animam meam a labiis iniquis:
℟. A lingua dolosa. Ps. iij.

Lectio IX.

De epistola catholica beati Jacobi apostoli.

cap. i.

Omnis homo velox ad audiendum, tar-
us autem ad loquendum, et tardus ad iram;
ra enim viri iustitiam Dei non operatur.
Propter quod abiicientes omnem immun-
itiam et abundantiam malitiæ, in man-
uetudine suscipite insitum verbum,
uod potest salvare animas vestras. Estote
utem factores verbi, et non auditores
antum, fallentes vosmetipsos. Quia si quis
uditor est verbi, et non factor, hic compa-
abitur viro consideranti vultum nativi-
atis suæ in speculo: consideravit enim se, et
biit, et statim oblitus est, qualis fuerit.

6.

℟. Quis dabit ori meo custodiam, et super de labia mea signaculum credum: ℣. ut non C cadam ab ipsis, et lingua mea perdat me? ℟. Bone Domine custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ labiis meis. ℣. ut. Eccli. 22. Bs. 140.

Lectio X.

Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, et permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem hoc est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc seculo.

℟. Doctrinam oris audite filii: ℣. qui custodierit illam, non peribit labiis, nec scandalizabitur in operibus nequissimis. ℟. Ex verbis tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis. ℣. qui. Eccli. 23. Matth. 12.

Lectio XI. cap. 3.

Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir: potest etiam freno circumducere omne corpus. Si autem equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis, et omne corpus illorum circumferimus. Ecce et naves, cum magne sint, et a ventis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis voluerit. Ita et lingua modicum quidem membrum, et magna exaltat. Ecce quantus ignis quam magnam silvam incendit! et lingua ignis est, universitas iniquitatis.

℟. Lingua multos commovit, et dissipavit populos de gente in gentem: * flagelli plaga livorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa. ℣. Multi ceciderunt in ore gladii; sed non sic, quasi qui interierunt per linguam suam. * flagelli. Eccli. 28.

Lectio XII.

Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, et inflammat rotam nativitatis nostræ, inflammata a gehenna. Omnis enim natura bestiarum, et volucrum, et serpentium, et cæterorum domantur, et domita sunt a natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum et Patrem: et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio.

℣. Vena vitæ os justi, et in labiis sapientis invenitur sapientia: * qui moderatur lebia sua, prudentissimus est. ℣. Beatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo. * qui. Gloria. * qui. Prov. 10. Eccli. 14.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 12.

In illo tempore: Dixit Jesus Pharisæis: omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Aut facite arborem bonam, et fructum ejus bonum: aut facite arborem malam, et fructum ejus malum: a fructu enim arbor agnoscitur. Proge-

nies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona: et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis: quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Ex verbis enim tuis iustificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis.

Ad Laudes Matutinas et Horas antiphonæ.

1. Interrogabat eum rex multis sermonibus, * at ipse nihil illi respondebat. Luc. 23.
2. Dixit rex: ne abscondas a me verbum, quod te interrogo: * dixi: secretum meum mihi, secretum meum mihi. 2. Reg. 14. Ps. 24.
3. Non obedio præcepto regis, sed præcepto legis, * quæ data est nobis. 2. Mach. 7.
4. Sacramentum regis abscondere bonum est; * opera autem Dei revelare honorificum est. Tob. 12.
5. ad Laudes. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, * nec flumina obruent illam. Cant. 8.

Lectio Euli. 51.

Confitebor tibi Domine Rex, et collaudabo te Deum Salvatorem meum: quia liberasti me a lingua coinquinata, et a verbo mendacii, a rege iniquo et a lingua iniusta: laudabit usque ad mortem anima mea Dominum.

℟. br. Lingua mea * meditabitur iustitiam tuam:

℣. Tota die laudem tuam. Ps. 34.

Hymnus brev. Constant.

1. Iam face lucifera, et minantem
Iam feroce ensem, rabidumque torris

Vinculis ferrum: * sacra in sacerdos
abdita pandat.
Sentiet vires, animoque magno
Prodigum pectus: * violentus ira
Non quatit recti solida tenacem
Mente satellem.
En ruit præceps, tumulatus unda
Martyr: * at fluctu placido fluentem
Naufragus linguam melioris ovi
Servat in usum.
At super recto facili natantes
Amne discurrunt, rutilantque circa
Martyrem flammæ: * bene gesta plaudens
Ornat olympus.
Ornat, et linguam rosei instar ignis
Vividam servans, et adhuc rubentem, *
Judicat, quænam fuerit tacentis
Gratia linguæ.
Sit Deus Patri, genitoque Proli,
Spiritum laudent, ab utroque puris
Qui calet flammis * sine fine psallens
Orbis utrique. amen.

℣. Lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam:
℟. Cum confusi et reveriti fuerint, qui quærunt mala mihi. Ps. 70.

℣. Benedicam. ant. Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam; * et in ipsa laudabo eum. Tuli. 5j.

Oratio ex I. Vesperis.

Ad Tertiam. Lectio Prov. ii.

Simulator ore decipit amicum suum; justi autem liberabuntur scientia: vir prudens celat, et qui fidelis est animi, celat amici commissum.

℣. Dixi: custodiam vias meas:
℟. Ut non delinquam in lingua mea. Ps. 38.

Ad Sextam. Lectio Prov. 15.

Lætatur homo in sententia oris sui, et sermo opportunus est optimus: semita vitæ super erudítum ut declinet de inferno novíssimo, ut purus sermo pulcherrimus firmabitur abeo: mens iusti meditatur obedientiam.

℣. Os iusti meditabitur sapientiam:

℟. Et lingua eius loquetur iudicium. Ps. 36.

Ad Nonam. Lectio Eccli. 12.

Non duplices sermonem audibus de revelatione sermonis absconditi, et eris vere sine confusione, et invenies gratiam in conspectu omnium hominum.

℣. Prohibe linguam tuam a malo:

℟. Et labia tua ne loquantur dolum. Ps. 33.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Ezech. 24.

In die illa aperietur os tuum, et loquéris, et non silebis ultra, eritque eis in portentum: dicit Dominus.

℟. br. Os meum Domine, et loquetur sapientiam:

℣. Et meditatio cordis mei prudentiam. Ps. 42.

Hymnus ex Matutinis.

℣. Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum:

℟. Et non confundebar. Ps. 118.

Ad Magnificat ant. In conspectu principum admirabilis ero, et facies principum mirabuntur me: et tacentem me sustinebunt, et loquentem me respicient. Sap. 8.

Die XIX. Maii.

S. Petri Cœlestini Papæ.

Duplex cl. conf.

Omnia de communi Pontificum.

Oratio Nic. Rom.

…us, qui beatum Petrum Cælestinum ad
…mmi pontificatus apicem sublimasti, qui-
…e illum humilitati postponere docuisti:
…ncede propitius; ut eius exemplo cuncta
…mundi despicere, et ad promissa humilibus
…præmia pervenire feliciter mereamur. Per
…minum.

Lectio III. Ex Bâio.

Cælestinus quintus, Petrus de Murone ab
…nificatum appellatus, pius parentibus ex
…pulia oriundus, a teneris annis deserta pe-
…t. Tanta fuit eius vitæ asperitas, ut dies
…re noctesque animum orationibus, et le-
…ndo psalterio intenderet, ac ieiuniis, labore
…animum, et cilicio, adhibita etiam catena
…rea domaret. Cumque multitudo tanto
…nitatis fama permoti confluerent, congre-
…tionem Cælestinorum postea nuncupatam,
…b regula sancti Benedicti ad divis etiam sa-
…ctis auctoribus, instituit. Post mortem Ni-
…colai quarti, cum sedes apostolica biennio
…amplius vacasset, Pontifex electus, et inau-
…guratus est: cui dignitati se imparem exis-
…timans, evolutis sex circiter mensibus, eam
…ebro abdicavit, ut rerum divinarum con-
…templationi liberius vacaret. Cumque eum
…finem deserta repeteret, detentus et in
…vitum missus, patientiæ coronam senio
…onustus confectus felici morte promeruit, anno ætatis octogesimo quarto, Christi
…ro millesimo ducentesimo nonagesimo
…octavo: quem miraculis conspicuum Clemens
…inthus Sanctorum numero adscripsit.

℣. Super omnipotentem deliciis affluens,
℟. elevabis ad Deum faciem tuam: ✠ qui enim
…miliatus fuerit, erit in gloria. ℣. Oculus
…is respexit illum in bono, et erexit eum ab
…humilitate ipsius, et exaltavit caput eius.
…qui. ℣. Gloria ✠ qui. Job. 22. Iuli. ii.

Die XXII. Maii

S. Romani abbatis.

Duplex maius. 12. lect.

Omnia de communi Abbatum.

Oratio Paris.

Da nobis, quæsumus Domine Deus noster, beati Romani abbatis intercessionibus subleuari: ut per quem servis tuis perfectionis evangelicæ documenta donasti, per eum nobis subsidia perpetuæ salutis impendas. Per Dominum.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex S. Gregorii l. 2. dial. et vita per Gislebertum monach. antissiod. scripta, et ex actis S. Mauri apud Mabill. sec. I. Bened.

Vir Dei Romanus a pueritia monachus disciplinis monasterialibus adprime eruditus est. Assuescebat adhuc puerulus crebris subdere membra ieiuniis, sanctis assidue intere pervigiliis, et in teneris corpusculo senum crines, ac cham mennias nitebatur adhuc invalidus experiri. Jam vero transcursis adolescentiæ metis, cum in robur virilis evasisset ætatis, omni ex parte in virtutum studiis probatus ac spectabilis habebatur, adeo ut suo exemplo multos ad contemptum sæculi, ac desiderium sancti propositi accenderet. Quodam itaque tempore cum sanctus ac dulcis semper memoria recolendus Benedictus, spretis sæculi actibus, abiurataque mundi gloria, cœnobium peteret, hunc, de quo loquimur, sanctum obvium habuit, qui eum, quo tenderet, inquisivit. Cuius cum desiderium cognovisset, et secretum tenuit, et adiutorium impendit, eique sancto conversationis habitum tradidit, et in quantum licuit, ministravit: ubi de eo testatur sanctus Gregorius in dialogis.

Lectio VI.

Vir autem Domini Benedictus ad destina-

um locum perveniens in arctissimo specu
tradidit, tribusque annis, excepto Romano
monacho, hominibus incognitus mansit.
Cui Romanus non longe in monasterio sub
dedali patris regula degebat, sed pia eiusdem
patris sui oculis furabatur horas, aliquem sibi
manducandum subripere poterat, diebus
vero festis Benedicto panem deferebat. Ad eundem
vero specum a Romani cella iter non erat, ingens
excelsa desuper rupes eminebat; sed ex eadem
rupe in longissimo fune religatum Roma-
nus deponere panem consueverat. In quo
etiam resti parvum tintinnabulum inseruit,
ad sonum tintinnabuli vir Dei cognosceret,
quando sibi Romanus panem proberet, quem
etiens acciperet. Sed antiquus hostis omnis
caritati invidens, alterius refectionis cum
quadam die submitti panem conspiceret,
rupit lapidem, et tintinnabulum fre-
git: Romanus tamen modis congruentibus
ministrare non desiit.

Lectio VII.

Sancto Benedicto in Cassino monte iam
constituto, iactisque sui ordinis fundamen-
is, cum Gothi, alani et Wandali omnia
flammis et ferro in Italia vastarent, Ro-
manus Dei monitu relicta Italia Gallias
egressus, tandem in pagum Antisiodoren-
sem pervenit ad locum, qui Tons Rogi ap-
pellatur: ubi aliquanto tempore demora-
tus monasterium erexit, ibique plurimos
a vanitate seculi conversos ad quietam et
sobriam conversationem monitis simul et
exemplis provocatos, adduxit. Quo in loco
colebatur basilica eius nomine, et miraculo-
rum, quae per eum Deus operatur, privi-
legio nobiliter insignis.

Lectio VIII.

Non multo post tempore beatus Maurus, a
sancto Benedicto cum quatuor Gallias

missus, ad beatum Romanum divertit: qui etiam patris sui Benedicti obitum altera die eventurum indicavit. quo audiens sanctus Romanus, illico in lacrymas resolutus, flere inconsolabiliter cepit: quem beatus Maurus consolatus, quarto post die eidem valedixit. Romanus vero Dei famulus post gloriosam & plenam virtutibus ~~deinde~~ vitam, post innumeram multitudinem vitæ æterno adquisitam, consummato viriliter monastico professionis curriculo, felici etiam dudum exoptato transitu migravit ad Dominum, circa annum Christi quingentesimum quadragesimum quintum. Sepultus vero est in sua ipsius basilica a fratribus, indeque successu temporis in varia loca translatus.

In III. Nocturno quatuor lectiones cum R&R. Evangelio de communi abbatum.

Die XXV. Maii.

S. Urbani Papæ Martyris.

Semid. 3. lect.

De communi.

Oratio Sacr. Gelas.

Da, quæsumus omnipotens Deus: ut qui beati Urbani Martyris tui atque Pontificis solemnia colimus, eius apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex Euseb. hist. eccles. l. 6. aliisque monumentis.

Urbanus post Callistum Romanam ecclesiam regendam suscepit, Alexandro Severo imperatore, qui matris Mameæ, quæ Origenis operam plurimis ex familia sua in Christum credidit, hortatu pacem Christianis reddidit. qua durante Urbanus quoque Christi regnum mirifice dilatavit, plurimosque verbo & exemplo ad eius fidem perduxit: inter quos præcipui memorantur Valerianus sancta Cæciliæ sponsus, eiusque frater

Tiburtius, qui omnes gloriosa confessione
fidem suam proprio sanguine obsignare
redunt. Urbanus vero octavo pontifi-
atus anno, Christi vero ducentesi-
no trigesimo mortuus, in cœmeterio Pro-
extati sepultus est: atque in Sacramentario
regorii Martyris titulo decoratus.

. Scient omnes, quia ego dilexi te: * quo-
iam servasti verbum patientiæ meæ, et
go servabo te ab hora tentationis. V. Po-
am locum populo meo, et plantabo eum;
requiem dabo tibi ab omnibus inimicis
is. * quoniam. V. Gloria. * quoniam.
oc. 3. 2. Reg. 7.

Vespero de sequenti, commemoratio pre-
cedentis.

Die XXVI. Maii.

SS. Augustini et Sociorum Pontificum
Anglie apostolorum.
Duplex maius. 12. lect.

Ad I. Vesperas.

Antiphone ex Matutinis.

Lectio. Isa. 49.

Hæc dicit Dominus Deus: ecce levabo ad
entes manum meam, et ad populos exal-
abo signum meum: et afferent filios tuos
ulnis, et filias tuas super humeros por-
abunt.

Ebr. Annuntiate inter gentes: * gloriam
Domini:
. In omnibus populis mirabilia eius. Ps. 95.

Hymnus ex Sarr.

1. Iam Christe nomen anglicis
Tuum revelas insulis: *
Apostolos his destinas
Tuos salutis nuntios.

2. Mersis gravi caligine
Perhos dies renascitur: *

Quos multos error luserat,
Illustrat nova veritas.

3. Pandunt perose gentibus
Christi crucis mysterium: ✱
Idola verbo destruunt,
Christoque gentes adgregant.

4. Tu Christe gentem respice,
Errore caeco deviam: ✱
Ut veritatis agnito
Lumen resumat perditum.

5. Deo Patri sit gloria,
Eiusque soli Filio, ✱
Sancto simul cum Spiritu,
In sempiterna saecula. amen.

℣. Dominus dabit verbum evangelizantibus,
℟. Virtute multa. Ps. 67.

ad Magnif. ant. Mittam ex eis ad gentes in mare, ad insulas longe: ✱ et annuntiabunt gloriam meam gentibus. Isa. 66.

Oratio Paris.

Deus fidelium lumen et pastor animarum, qui beatum Augustinum, eiusque in gentium conversione socios, episcopos in Anglia posuisti, ut voces tuas verbis praeferent, et informarent exemplo: da nobis eorum intercessione et fidem servare, quam verbo docuerunt, et vitam sequi, quam exemplo monstrarunt. Per Dominum.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Christum Pastorum principem ✱ venite adoremus. 1. Petr. 5.

Hymnus Sanct.

1. Lux de luce, Deus, fons quoque luminum,
Quo stat perpetuus caelitibus dies: ✱
Tristem sub misera nocte Britanniam
Sancto lumine recreas!

2. Augustinus adest almus apostolus,
Huc de sede Petri fervidus advolat: ✱

Aras, fana, deos fundítus eruit,
Christum prædicat omnibus.

℣. Addunt se comites, et rudibus pia
committunt fidei semina mentibus: ℟
Sacris barbara gens, iam docilis Deo,
Christum fontibus induit.

℣. Vos almi Britonum gentis apostoli,
Summo ferte preces votaque flumini: ℟
Nostris facta fudoribus, impia
Tandem dogmata deserat.

℣. Semper maxima laus ingenito Patri,
Semper laus genito maxima Filio: ℟
Qui sacro populos flumine conseras,
Sit laus par tibi Spiritus. amen.

In I. Nocturno antiphona.

Mittam ex eis, qui salvati fuerint ad gentes,
ad eos qui non audierunt de me; ℟ et non
viderunt gloriam meam. Is. 66.

℣. Seminabo eos in populis, et confortabo eos
in domino; ℟ et in nomine eius ambulabunt.
Zach. 10.

℣. Convertam eos, quia miserebor eorum,
et adducam eos, et edificabuntur ℟ et
exultabit cor eorum in Domino. ib.

℣. Incurvabitur sublimitas hominum, et
elevabitur Dominus solus in die illa: ℟ et
idola penitus conterentur. Is. 66.

℣. Scient in gentibus semen eorum, ℟ et
germen eorum in medio populorum.
Is. 61.

℣. Omnes, qui viderint eos, cognoscent il-
los, ℟ quia ipsi sunt semen, cui benedixit
Dominus. ibid.

℣. Dominus virtutem populo suo dabit:
℣. Dominus benedicet populo suo in pace. Ps. 28.

Lectiones quatuor cum suis R.R. de die cur-
rente.

In II. Nocturno antiphonæ.

1. Consolatus est Dominus populum suum, * paravit brachium sanctum suum in oculis gentium. Ps. 62.
2. Ite: ecce ego mitto vos * sicut agnos inter lupos. Luc. 10.
3. Audivi vocem Domini dicentis: quem mittam, et quis ibit nobis? * Ait: ecce ego, mitte me. Is. 6.
4. Dominus dixit mihi: ingentes nunc ego mitto te, aperire oculos eorum: * ut convertantur a tenebris ad lucem. act. 26.
5. Dixit Spiritus, utrem nihil hæsitans: * venerunt autem mecum fratres. act. ij.
6. Isti homines servi Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis. act. 16.

℣. Benedicite gentes Deum nostrum:
℟. Et auditam facite vocem laudis eius. Ps. 65.

Lectio V.

Ex epistolis S. Gregorii et Ven. Bedæ hist. angl.

Augustinus in monasterio sancti Andreæ Romæ propositus, teste Gregorio magno, in monasterii regula fuit doctus, sacræ scripturæ scientia repletus, bonis, auctore Deo, operibus proditus. Hunc idem Gregorius aliosque cum illo ex eodem monasterio monachos misit, prædicare verbum Dei genti anglorum. Cum inter eos post augustinum, quem abbatem eis profecit, præcipui laurentius, Mellitus, Justus, Paulinus et Ruffinianus: quicum opus aggredi cœpissent, tamque in Gallias pervenissent, timore perculsi redire domum potius, quam barbaram, ferammque credulamque gentem, cuius nec linguam quidem noscerent, adire cœgitabant. Hoc mora, augustinum, quem eis episcopum ordinandum, si ab anglis susciperentur, disposuerat, domum remittunt, qui a beato Gregorio humiliter supplicaret, ne tam periculosam, tam laboriosam, tamque incertam peregrinationem adire

gberent. quibus ille adhortatorias mittens, ju
ius eos verbi divino confisos auxilio profiscisci
adet.

t. Emisit nos cum luctu et ploratu: * reducet
os Dominus cum gaudio et iucunditate in
mpiternum. R. Euntes ibant et flebant, mit-
ntes semina sua: venientes autem venient cum
xultatione, portantes manipulos suos. * reducet.
aruk. 4. Bs. 126.

Lectio VI.

oboratus ergo confirmatione beati patris
egorii, eiusque litteris commendatus adiutorio
ellarum Brosules monitus augustinus illuc
Dnos perrexit, asperitatisque de gente Francorum
superstitibus, una cum sociis pervenit in Britan-
niam. Erat eo tempore rex Edilbertus in Cantia,
in occani habebat Christianam de gente Fran-
rum, nomine Bertham, ad hunc viri Dei
ivina virtute prediti venerunt, crucem pro
exillo ferentes argenteam et imaginem Domi-
i Domini Salvatoris in tabula depictam, li-
niasque canentes prosa simul et coram
ropter quos et ad quos venerant, salute eter-
a Domino supplicabant. Cumque coram
ge verba vitae prædicarent, dedibeis mansio-
em in civitate Doroverni si jam cantuaria
a metropoli, eisque, ut promiserat, cum
ministratione victus temporalis licentiam
eque prædicandi concessit. Ubi data sibi
anctionem intraverunt, ceperunt apostolicam
imitivae ecclesiae vitam imitari, orationibus
delicet assiduis, vigiliis ac jejuniis serviendo,
erbum vitae, quibus poterant, prædicando,
nnia huius mundi velut aliena spernendo,
tantum, quae victui necessaria videbantur,
cipiendo, secundum ea, quae docebant, ipsi
iendo, et paratum ad patiendum adversa
uque, vel etiam ad moriendum pro ea,
eam prædicabant, veritate animum
abendo.

℟. Circumdantibus eum discipulis surgens intravit civitatem: ✠ eumque evangelizarent civitati, et docuissent multos, confirmabant animas discipulorum, exhortantes, ut permanerent in fide. ℣. Adiuvabant eum fratres eius, et directa est salus in manu eius. ✠ eumque. Act. iij. 1. Mach. 3.

Lectio VII.

Crediderunt ergo nonnulli et baptizabantur, mirantes simplicitatem innocentis vitæ, ac dulcedinem eorum doctrinæ cœlestis. Ipsi interea in antiqua quadam ecclesia convenire, psallere, orare, missas facere, prædicare et baptizare cœperunt. At ubi rex inter alios, delectatus vita mundissima sanctorum, et promissis eorum suavissimis, quæ vera esse multorum quoque miraculorum ostensione firmarunt, credens baptizatus est, cœpere plures quotidie ad audiendum verbum confluere, ac relicto gentilitatis ritu, unitati se sanctæ Christi ecclesiæ credendo sociare; ita ut una vice plusquam decem millia Anglorum ab uno Augustino fuerint baptizati. Cum igitur tantis miraculis et ipse, et qui cum eo missi erant, in ea gente coruscarent, et apostolorum virtutes in signis, quæ exhibebant, mirari viderentur, crevit quotidie credentium numerus. Unde Augustinus Gregorii in Arelatem venit, ubi genti Anglorum episcopus ordinatus est.

℟. Erat manus Domini cum eis, multusque numerus credentium conversus est ad Dominum: ✠ et apposita multa turba Domino. ℣. Multa prodigia et signa per eos fiebant; Dominus autem augebat, qui salvi fierent quotidie. ✠ et. Act. ij. 2.

Lectio VIII.

Reversus in Britanniam, misit continuo Romam Laurentium Presbyterum et Petrum monachum, qui beato pontifici Gregorio

dem Anglorum fidem Christi accepisse, eque
piscopum factum esse referrent: simul et de eis,
e necessario videbantur, quæstionibus eius
nsulta flagitans. Hec mora: congrua quæsitis
sponsa, pallium quoque, aplures verbi mini-
tros accepit, unacum mandatis, ut duodecim
se episcopos pro metropoli Londinensi, alium
ue pro Eboracensi, quia alios totidem subse
dimet. Ipse vero Augustinus totius Britannie
rimas constitutus, in civitate Cantuariensi
dem suam fixit, monasteriumque et ecclesiam
ndibus regis exstruxit, ubi monastico more
m clericis suis vivebat. Celebrata postea
nodo cuncta ad religionem firmandam dispo-
uit, ac demum suffecto sibi Laurentio, aliisque
uribus episcopis ordinatis, tota fere anglia
d Christi fidem perducta, circa annum Domini
xcentesimum septimum in pace defunctus
t, atque in sua ecclesia sepultus.

℣. Cum sum sipet cor eius audaciam propter
as Domini, etiam excelsa et lucos abstulit, ℟
℟ misit de suis, ut docerent in civitatibus.

. Crediderunt, quotquot erant preordinati
vitam eternam: diseminabatur autem
rbum Domini per universam regionem.
et. ℣. Gloria. ℟ miss. 2. Bar. ij. ad. js.

In III. Nocturno.

nt. adducent omnes fratres de cunctis gen-
es donum Domino: ℟ et apprehendam ex eis in
cerdotes et levitas, dicit Dominus. Isa. 66.

Cantica de communi Apostolorum.

. Vos sacerdotes Domini benedicite:
. Ministri Dei nostri dicetur vobis. Isa. 61.

Lectio IX.

Le epistola prima beati Pauli apostoli
ad Thessalonicenses. cap. 2.

si scitis, fratres! introitum nostrum ad
s, quia non inanis fuit: sed ante passi, et
ntumeliis affecti, sicut scitis, in Philippis,
duciam habuimus in Deo nostro, loqui ad
os Evangelium Dei in multa sollicitudine.

Exhortatio enim nostra non de ære errore, neque de immunditia, neque in dolo; sed sicut probati sumus a Deo, ut crederetur nobis Evangelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra.

℣. Cum venissem propter Evangelium Christi, et ostium mihi apertum esset in Domino, non habui requiem: ℟ Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco.

℣. Dominus voluit, ut sanctificaret populum suum, et magnificaret legem, et adolleret. ℟ Deo. 2. Cor. 2. Isa. 42.

Lectio X.

Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione avaritiæ; Deus testis est: nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis. Cum possemus vobis oneri esse ut Christi apostoli: sed facti sumus parvuli in medio vestrum, tamquam si nutrix foveat filios suos. Ita desiderantes vos cupide volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras; quoniam charissimi nobis facti estis.

℣. Loquimur Dei sapientiam Dei in mysterio, quæ abscondita est: ℟ quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram. ℣. In manu Dei et nos et sermones nostri, et omnis sapientia, et operum scientia et disciplina. ℟ quam. 1. Co. 2. Sap. 7.

Lectio XI.

Memores enim estis, fratres! laboris nostri et fatigationis, nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaremus, prædicavimus in vobis Evangelium Dei. Vos testes estis et Deus, quam sancte et iuste, et sine querela, vobis, qui credidistis, fuimus: sicut scitis, qualiter unumquemque vestrum: sicut pater filios suos: deprecantes vos et consolantes testificati sumus, ut ambuletis digne

e qui vocavit vos in suum regnum et gloriam.

℣. Usque ad vos pervénimus in Evangelio Chri-
sti. ✠ non gloriantes in alienis laboribus, spem
autem habentes crescentis fidei vestro, in vobis
magnificari, etiam in illa, quæ ultra vos sunt,
evangelizare ℟. Magnificavit Dominus facere
nobiscum, facti sumus lætantes. ✠ non.

2. Cor. 10. Ps. 125.

Lectio XII.

Nec et nos gratias agimus Deo sine intermissio-
ne: quoniam cum accepisset is a nobis verbum
auditus Dei, accepistis illud non ut verbum homi-
num, sed (sicut est vere) verbum Dei, qui ope-
ratur in vobis, qui credidistis. Vos enim imita-
tores facti estis, fratres, ecclesiarum Dei, quæ
sunt in Judæa in Christo Jesu: quia eadem pas-
sus et vos a contribulibus vestris sicut et
ipsi a Judæis.

℣. Attendite vobis et universo gregi, ego sum, ✠
quoniam intrabunt post discessionem meam
lupi rapaces in vos, non parcentes gregi: ✠ prop-
ter quod vigilate ℟. Quia fratres state, et
tenete traditiones, quas didicistis sive per sermo-
nem sive per epistolam nostram. ✠ quoniam.
Gloria. ✠ propter. Act. 20. 2. Thes. 2.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthæum. cap. 10.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis:
Euntes prædicate, dicentes: quia appropinqua-
vit regnum cælorum. Infirmos curate, mor-
tuos suscitate, leprosos mundate, dæmones
ejicite: gratis accepistis, gratis date. Nolite
possidere aurum, neque argentum, neque
pecuniam in zonis vestris: non peram in via,
neque duas tunicas, neque calceamenta, neque
virgam; dignus est enim operarius cibo suo.
In quamcumque autem civitatem aut castel-
lum intraveritis, interrogate, quis in ea
dignus sit: ibi manete, donec exeatis. In-
trantes autem in domum salutate eam

Dicentes: pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniat pax vestra super eam: si autem non fuerit digna pax vestra revertatur ad vos.

Ad Laudes matutinas et horas antiphona.

1. Levate oculos vestros, et videte regiones: * quia albæ sunt iam ad messem. Jo. 4.

2. Euntes in mundum universum * prædicate Evangelium omni creaturæ. Marc. 16.

3. Multiplicabit Dominus semen vestrum, * et augebit incrementa frugum instituo vestro. 2. Cor. 9.

4. ad Laudes. Prædicaverunt ubique Domino cooperante, * et sermonem confirmante sequentibus signis. Marc. 16.

5. Vobis sum apostolus, * nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino. 1. Cor. 9.

Lectio 1. Thes. 4.

Fratres! rogamus vos et obsecramus in Domino Jesu, ut quemadmodum accepistis a nobis, quomodo oporteat vos ambulare et placere Deo, sic ambuletis, ut abundetis magis: scitis enim, quæ præcepta dederim vobis per Dominum Jesum.

℟. br. Beati immaculati in via: * qui ambulant in lege Domini:

℣. Beati, qui scrutantur testimonia ejus. Ps. 118.

Hymnus Sanct.

1. Quem misit in terras Deus,
Ut morte nos servet sua: *
Amoris hic fidos sui
Vos eligit vicarios.

2. Ceu pius agnus a lupis,
Vos mittit agnos ad lupos: *
Mores ferinos exuant,
Agni repente de lupis.

3. Spinas, vepres et tribulos
Gnara tellus protulit: *

Plantastis hanc vos semine,
Rigastis et sudoribus.
℣. Hoc rore facta pinguior,
Quot illa fructus protulit! ℟
Quo, quanta surrexisseges!
condenda nostris horreis.
℣. Deo Patri sit gloria,
Eiusque soli Filio, ℟
Sancto simul cum Spiritu,
In sempiterna secula. amen.
℣. Laudate Dominum omnes gentes.
℟. Laudate eum omnes populi. Ps. 116.
℣. Bened. ant. Nationes ex longinquo adte ve-
nient, civitas Dei: ℟ et munera deferentes
adorabunt in te Dominum. Tob. 13.

Oratio ex I. Vesperis.

Ad Tertiam. Lectio 2. Cor. 6.

Posuit in nobis Deus verbum reconciliationis.
Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam
Deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo,
reconciliamini Deo.
℣. Dominus excelsus subiecit populos nobis:
℟. Elegit nobis hereditatem suam. Ps. 46.

Ad Sextam. Lectio 2. Thess. 2.

Debemus gratias agere Deo semper pro vobis,
fratres dilecti a Deo, quod elegerit vos Deus pri-
mitias in salutem, in sanctificationem Spiri-
tus, et in fide veritatis, in qua et vocavit vos
per Evangelium nostrum, in adquisitionem
gloriae Domini nostri Jesu Christi.
℣. Qui seminant in lacrymis,
℟. In exultatione metent. Ps. 125.

Ad Nonam. Lectio 3. Thess. 2.

Quae est nostra spes, aut gaudium, aut corona
gloriae? nonne vos ante Dominum nostrum
Jesum Christum estis in adventu eius? vos
enim estis gloria nostra et gaudium.
℣. Reddidit Dominus mercedem labo-
rum suorum:
℟. Et deduxit illos in via mirabili. Sap. 10.

ad II. Vesperas.

Antiphona ex Natalitiis.

Lectio Hebr. 13.

Memento te prepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum: quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem: (et) Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci. ℟. br. Quanta audivimus, * et cognovimus ea: ℣. Et Patres nostri narraverunt nobis. Ps. 77.

Hymnus ex I. Vesperis.

℣. Patres nostri annuntiaverunt nobis. ℟. Opus quod operatus es in diebus eorum. Ps. 43.

Ad Magnif. ant. Gli viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt: semen eorum et gloria eorum non derelinquetur: * et nomen eorum vivit in generationem et generationem. Eccli. 44.

Et fit commemoratio sequentis.

Die XXVII. Maii.

S. Bedæ Monachi Doctoris.

Duplex s. cl.

Omnia de communi Doctorum.

Oratio Capiti.

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Bedæ Presbyteri tui atque Doctoris eruditione clarificas: concede propitius famulis tuis, ejus semper illustrari sapientia, et meritis adjuvari. Per Dominum.

Lectio III.

Ex S. Bedæ epist. hist. et Wilhel. Malmesbur. apud Mabillon. sec. III. Bened.

Beda, venerabilis vulgo nuncupatus, ecclesiæ anglicanæ lumen, primum in Wiremuthensi deinde Girvensi monasterio, abbati Benedicto a postea Ceolfrido educandus instituendusque puer traditus est: cunctumque ex eo tempore vitæ in eorundem ultimi monasterii habitatione peragens, omnem meditandis Scripturis operam dedit, atque inter observantias disciplinæ regularis, et quotidianam cantandi in ecclesia

ram, semper aut discere aliquid, aut docere,
aut scribere dulce habuit. Nullum fuit artis
aut disciplinae genus, in quo vir discendi avidus
non fuerit diligentissime versatus. Decimo
octavo vitae suae anno diaconatum, trigesimo
tertium presbyteratus suscepit: ex quo tempore
usque ad annum aetatis quinquagesimum
eorum librorum variis conscribendis operam
dedit. In omnibus vero lucubrationibus suis
sola doctrina sanctorum Patrum addictissi-
mus fuit, ita ut non tam nova opera cudisse,
quam ex ipsorum monumentis collectanea
perspicue videatur. Morum sanctimoniam,
quam in se ipso exprimere toto animo studuit,
tum in aliis, quoad potuit, tum languentem
excitare, tum violatam reparare curavit. La-
boribus demum exhaustus, anno Christi
octingentesimo trigesimo quarto quinto
die Ascensionis Dominico contra oratorium,
in quo orare consueverat, cilicio subjecto de-
cumbens, illibato sensu Hilarium vitae spi-
ritus sancti gratiam invitabat ad orationem
nuda spiritum efflavit sexagenta tres annos
natus, atque in suo monasterio sepultus est.

℣. Cum esset sapientissimus, docuit populum,
multa verba utilia: * et ℟. conscripsit sermo-
nes rectissimos ac veritate plenos. ℣. Post-
quam se amplius dedit ad diligentiam lectio-
nis legis et prophetarum; voluit et ipse scri-
bere, quae ad doctrinam et sapientiam per-
tinent. * et. ℣. Gloria. ℟ conscripsit. Eccli. 32.
prolog.

In vesperis fit commemoratio sequentis.

Die XXVIII. Maii.

S. Philippi Confessoris et Presbyteri.

Duplex 3. lect.

Omnia de communi confessorum.

Oratio Mss. Rom.

Deus, qui beatum Philippum confessorem

Sanctorum tuorum gloriâ sublimatis: eo magis propitius, ut eorum solemnitate celebramur, eius virtutum proficiamus exemplo. Per Dominum.

Lectio III.

Ex bulla canonizationis Urbani VIII. a. 1622.

Philippus Florentiæ ortus, à patre mercaturæ destinatus, nobilioris mercaturæ avidus Romam secessit, ubi pietatis operibus, philosophiæ ac theologiæ operam dedit. Sacerdos factus, ad sacramentorum frequentiam, animarumque scientiam salutis semper intentus, pio de rebus divinis colloquio illos erudiebat, qui eius se disciplinæ tradiderant: quibuscum etiam oratorii congregationem instituit. Charitate in Deum fervidus adeo fuit, ut internus ille ignis non numquam, dum cœlestibus intenderet, redundaret in corpus, et faciem eius oculique scintillis micarent. Hæc ipsa eius charitas miris se modis in proximos quoque exeruit; omnium enim utilitati ac necessitati expositus, nullum sibi tempus esse voluit, quo suo parceret valetudini, aut indigentibus quibuscunque non succurreret. Humilitati præcipue deditus maximum se peccatorem constanter reputavit, his Deum verbis alloqui solitus: a me tibi caveas Domine; ne enim hodie traditurus sum, et omnia perpetraturus mundi peccata, nisi tua me gratia benigne protexeris. Patientia in adversis, corporisque infirmitatibus fuit admirabilis. Tandem plenus dierum, virtutibusque ac miraculis insignis, octavo Kalendas Junii, anno Christi millesimo quingentesimo nonagesimo quinto Omnipotenti Deo, cui semper servierat, spiritum placidissime reddidit.

℟. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, * per spiritum sanctum, † qui datus est nobis.
℣. Introduxit me Dilectus in cellam, ordinavit in me charitatem. * per. ℟ gloria. † qui. Rom. 5. cant. 2.

Die XXX. Maii.

S. Felicis Papæ Martyris.

Simpl. 3. lect.

Oratio Sac. Greg.

us, a quo constantiam fidei, et virtutem
mus infirmitas: presta quæsumus; ut exem-
e sancti Felicis martyris tui atque pontifi-
is, quidquid in persecutionibus sævum, quid-
id in morte terribile, nominis tui fausta
nfessione superare. Per Dominum.

Lectio III.

Euseb. Hist. l. 7. c. 30. et Conc. Ephes. act. 1.

rsus Dionysio, qui novem annis Romano
is episcopatum administrarat, Felix in
s locum substitutus est, imperante Mar-
Aurelio Claudio; eumque quinque annis
uit. Persequente ecclesiam Aureliano fi-
es verbo simul et exemplo confirmavit, ac
turimos infideles ad Christi fidem perduxit.
ad Maximum episcopum et clerum alexan-
inum scripsit epistolam, in qua errores
di Samosateni iam in concilio antiocheno
athemate percussos ipse damnavit. In
de Verbo incarnato sic habet: De Verbi
dem incarnatione sic credimus in
minum nostrum Jesum Christum ex
gine Maria natum, quod ipse est sempi-
nus Dei Filius et Verbum, non autem
mo a Deo assumptus, aut alius sit ab illo.
ne enim hominem assumpsit Dei Filius,
alius ab ipso existat. Sed cum perfectus
us esset, factus est simul homo perfectus,
virgine incarnatus. Hoc fragmentum
ter alia Patrum testimonia legit Petrus
esbyter alexandrinus, in concilio Ephesi-
: quod etiam laudant Cyrillus in apologia
a adversus Orientales, quo eiusdem concilii
lis inserta est; et Vincentius Lirinensis

in commonitorio adversus hereses: apud quos omnes et in Sacramentario Gregorii sanctus Felix martyr appellatur.

℟. Noli erubescere testimonium Domini nostri, sed collabora evangelio secundum virtutem Dei: * bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, † qui habitat in nobis. ℣. Esto vigilans, et confirma cætera, quæ moritura erant. * bonum. ℣. Gloria. † qui. 2. Tim. j. apoc. 3.

Festa Junii.

Die II.

S. Marcellini et Petri Martyrum.

Semid. 3. Cat.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui nos annua beatorum Marcellini et Petri Martyrum tuorum solemnitate lætificas: præsta quæsumus, ut quorum gaudemus meritis, provocemur exemplis. Per Dominum.

Lectio III.

Ex S. Damasi carmine 23.

Marcellinus presbyter et Petrus exorcista in persecutione Diocletiani et Maximiani Romæ ob Christiani nominis confessionem comprehensi, post varia tormenta in loco, qui tum Sylva nigra, postea vero ob hoc martyrium candida dicebatur, decollati sunt, eorumque corpora inter sentes, ac vepres projecta, ut omnibus ignota manerent. quæ postea Lucilla matrona a Sanctis admonita honorifice sepelivit. Hæc ab uno eorum carnifice sibi adhuc puero ipse narrabat, Sanctus Damasus papa testatur. Celebris exinde fuit Romæ eorum memoria, illorumque nomina non solum Sacramentariis, sed et canoni Missæ inserta.

rum Martyrum basilica sanctus Gre-
rius homiliam habuit. Seculo demum
no eorum corpora in Germaniam allata sunt.
℣. Sicut abundant passiones Christi in nobis:
ita et per Christum abundat consolatio no-
stra. ℟. Dominus Deus assiciet veritatem,
et consolabitur in nobis. ✠ per. ℣. gloria.
per. 2. Cor. j. 2. Mach. 7.

Die III. Junii.

S. Erasmi Episcopi Martyris.

Duplex ℣. lect.

Oratio Sac. Gelas.

Deprecationibus nostris: et
misericordiae beato Erasmo martyre tuo atque
pontifice; ab hostium nos defende propitia-
tus incursu. Per Dominum.

Lectio III.

Ex epistolis S. Gregorii aliisque monumentis.

Erasmus ignoto sedis episcopus in persecutione
Diocletiani Formiis in Campania gloriosa
morte testimonium fidei reddidisse traditur;
ius corpus in illa ecclesia condidum, postea
ietiam translatum est. Illustris semper
it eius memoria, sanctusque Benedictus
isdem Martyris studiosissimus fuit, in
ius honorem duas nobiles basilicas eri-
ndas curavit, Verulis unam, alteram Ro-
e; ubi habent acta sancti Placidi a Gordiano
ati Patris discipulo scripta. Gregorius mag-
is monasterium Sancti huius nomine in-
nitum in latere Soractis montis construc-
m memorat. Plurima per eius intercess-
nem accepta a Deo beneficia terribus colitur
Erasmus inter Sanctos auxiliatores.
℣. Qui vicerit et custodierit usque in finem
opera mea, ✠ dabo illi potestatem super gentes,
sicut et ego accepi a Patre meo. ℟. Qui

perdiderit animam suam propter me et Evangelium, salvam faciet eam. ℣. Dabo. ℣. gloriâ. ℟. Dabo. apoc. 2. Marc. 8.

Die V. Junii.

S. Bonifacii Episcopi Martyris,
Et Sociorum
Germanio apostolorum.
Duplex majus. 12. lect.

Omnia fiunt per totum officium, ut habentur die 26. Maii in festo SS. augustini &c. præter sequentia.

ad I. Vesperas.

Hymnus ex Sanct.

1. Jam Christe nomen Tentonum
Tuum revelas gentibus: ℟
Apostolos his destinas,
Fidos salutis nuntios.

2. Mersis gravi caligine
Per hos dies renascitur: ℟
Quos multus error lusserat,
Illustrat una veritas.

3. Pandunt perosæ gentibus
Christi crucis mysterium: ℟
Frola verbo destruunt,
Christoque gentes adgregant.

4. Tu Christe gentem respice
Errore cæco deviam: ℟
Ut veritatis agnito
Lumen resumat perditum.

5. Sit summa Patri gloria,
Natoque sit cum Spiritu: ℟
De nocte qui nos adsud
Lumen vocavit gloriâ. amen.

℣. Dominus dabit verbum evangelizantibus:
℟. Virtute multa. Ps. 67.

De Magnificat ant. Ecce super montes pedes
evangelizantis Annuntiantis pacem, *
celebra festivitates tuas, et rede vota tua.
Pak. i.

Oratio Miss. alem.

Deus, qui multitudinem populorum beati
Bonifacii martyris tui atque pontificis,
eorumque eius predicatione adgregatis
omni tui et Dominici vocare dignatus es:
da nobis meritis et intercessione concede;
ut in hac fide inveniamur stabiles, et
in opere efficaces. Per Dominum.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Deum, qui de tenebris nos vocavit
in admirabile lumen suum. * venite ado-
remus. j. Petr. 2.

Hymnus Sanct.

Lux de luce Deus, fons quoque luminum,
Quo stat perpetuus cœlitibus dies: *
Tristem sub misera nocte Alemanniam
Quanto lumine recreas!
Huc de sede Petri fervidus advolat,
Aras, fana, deos fundibus eruit: *
Et Christum resonans docet impios
Dux verbi Bonifacius.
Audent se comites, et rudibus pia
Committunt fidei semina cordibus: *
Sævis barbara gens, iam docilis Deo,
Christum fontibus induit.
Semper maxima laus ingenito Patri,
Semper laus genito maxima Filio: *
Qui sacro populos flumine conseras,
Sit laus par tibi Spiritus. amen.

De Vocatione antiphona et versus ut
die 26. Maij. Lectiones quatuor cum suis
R. de die currente.

In 11. Nocturno.

Lectio V.

Exorta per S. Willibaldum scripta.

Bonifacius, alio nomine Winfridus, in maiori Britannia nobili genere ortus, a patre Septennis in monasterium ductus, sub disciplina abbatum Wolfardi et Vilberti pietate et rerum divinarum scientia excelluit. Presbyter ordinatus singularem in tractandis negotiis ecclesiasticis peritiam exhibuit. unde crescente indies eius fama, ipse sibi fuga consulendum ratus, obtenta abbatis sui licentia, in Frisiam appulit, Evangelium infidelibus annunciaturus. Sed mese nondum matura in patriam revertitur.

℟. Ecce gentem, quam nescibas, vocabis, et gentes, quæ te non cognoverunt, ad te current, * propter Dominum Deum tuum, et Sanctum Israel, quia glorificavit te. ℣. Reges videbunt et consurgent principes, et adorabunt. * propter. Isa. 55. 49.

Lectio VI.

Abbas ibi electus, suorum precibus haud adquiescens, Romam ad Gregorium secundum se contulit: a quo in Germaniam ad prædicandum Evangelium missus Thuringis primum, dein Frisiis per tres annos una cum sancto Willibrordo Christi fidem annuncians, ingentem populum Domino adquisivit. Inde ad Saxones et Hassos digressus multa hominum millia ad fidem perducta baptizavit. Ob insignem igitur Evangelii fructum Romam revocatus, redditaque fidei suæ professione, ordinatur episcopus. In Germaniam cum apostolici Legati dignitate reversus, ad satis sibi pluribus prædicationis suæ gentem illam ad fidem Christi perduxit.

℣. Erat manus Domini cum eis, multusque
numerus credentium conversus est ad Domi-
num, * et ita profecta est multa turba Domi-
ni. ℟. Multa prodigia et signa per eos
fiebant in Domino autem augebat, qui
credebant, Domino, qui
salvi fierent quotidie. * Act. Apost. ii. 2.

Lectio VII.

Cum igitur incredibili labore opus evan-
gelicum provexisset, a Zacharia Papa Ar-
chiepiscopus Moguntinus primus creatus
et. Româ tertio in Germaniam reduxit in
Vicariâ quatuor episcopatus instituit;
eisque omnibus in ea regione dispositis
Concilium in Francia celebravit, in quo
Ecclesiasticam disciplinam stabilivit. Ecle-
sia demum sanctissime administrata,
substituto sibi in episcopatu sancto Lullo,
ipse iam senex in Frisiam denuo profectus
est: ubi cum plurimos Jesu Christo peper-
isset, Episcopos ordinasset, atque ecclesias
edificasset, ab infidelibus crudeliter
in suis necatus martyrio coronatur
anno Christi septingentesimo quinquage-
simo quarto, iure vocatus Germanorum
Apostolus: atque in constructo ab se Tul-
pensi monasterio sepultus.

℣. Non in vacuum cucurri, neque in
vanum laboravi: * Sed cum immolor super
sacrificium et obsequium fidei vestrae,
gaudeo et congratulor omnibus vobis.
℟. Non mihi contingat gaudere animo
meo, in omni tempore tribulationis. * Sed.
Philip. 2. i. Mach. 13.

Lectio VIII.

Ex Othlono alio vitae Scriptore. Mabill. Sec. III.

in epistolis, quas Bonifacius propatribus
vestris, Germanis Salicet, Salvandis Scripsit,

℣.
vel ab illo scriptas audiit, maxime po-
test agnosci, quantam curam Discipli-
nam, quantam paternitatem Spiritalem
habuerit cira omnes caelestis sue filios,
quos ipse per Euangelium genuit, quod-
que iuxta Apostolum omnibus omnia
factus sit, ut omnes lucri faceret. Unde
confidenter dico, quia quicunque filio-
rum eius, Germanorum videlicet, tanti
Patris labore vel ex scriptis, vel ex vul-
garibus dictis, non cum, quatacumque
prevalet, veneratione ampletitur,
ni honore, quem parentibus exhibere
iubemur, negligens inueniatur. omnium
enim Germanie incolarum Pater dici
potest Sanctus presul Bonifacius, pro
eo, quod illos verbo sancte prædicationis
primitus Christo genuit, exemplis con-
firmauit, postremo animam quoque
suam pro ipsis posuit, qua charitate nemo
maiorem valet exhibere.

℟. Non ut confundam vos hæc scribo,
sed ut filios meos charissimos moneo: *
nam in Christo Jesu per Evangelium
ego vos genui. ℣. Itaque fratres mei
charissimi et desideratissimi, gaudium
meum et corona mea: sic state in Do-
mino. * nam. ℣. Gloria. * nam.
1. Cor. 4. Philip. 4.

In III. Nocturno ant. Cantica, lectio-
nes ℟℟. et Evangelium, et deinceps
ad omnes horas, ut notatur die 26. Maii,
excepta oratione, quæ dicitur ut supra
ad Vesperas.

Ad Matutinas hymnus Sanct.

1. Quem misit in terras Deus,
ut morte nos servet sua: *

Amoris hu fidos sui
Vos elegit vicarios.

℣. Caesus agnus a lupis,
Vos misit agnos ad lupos: ℟
Mores ferinos exuant,
Agni repente de lupis.

℣. Spinas, vepres, ac tribulos
Fraudis terra protulit: ℟
Vestris eam sudoribus,
Vestro rigastis sanguine.

℣. Hoc rore facta pinguior,
Quot illa fructus protulit! ℟
Quo, quanta surrexit seges!
Et illa nos seges sumus.

℣. Hanc si benus respexeris,
Qui das rigatis crescere: ℟
Frumenta nos coelestibus
Natura condes horreis.

℣. Sit summa Patri gloria,
Natoque sit cum Spiritu: ℟
De nocte qui nos ad suo
Lumen vocavit gloriae. amen.

In II. Vesperis fit commemoratio sequentis.

Die VI. Junii.

S. Norberti Episcopi.

Duplex 3. lect.

Oratio Miss. Rom.

Deus, qui beatum Norbertum confessorem tuum atque pontificem verbi tui praedicatorem eximium effecisti, et per eum Ecclesiam tuam nova prole fecundasti: presta quaesumus; ut eiusdem tuis suffragantibus meritis, quod ore simul et opere docuit, te adiuvante exercere valeamus. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per Bremonstratensem coenum Scripta.

Norbertus, Sanctis Clivio oppido in diœcesi Colonienſi, nobili proſapia ortus, relicta imperatoris aula, in clerum adſcriptus verbi Dei prædicationi totum ſe dedit. Abdicatis beneficiis eccleſiaſticis, quibus abundabat, et patrimonio in pauperes erogato, auſteriorem vitam amplexus eſt. Innumeros hæreticos ad fidem peccatores ad pœnitentiam, diſſidentes ad concordiam revocavit. Cum eſſet Lauduni, deſertum in ea diœceſi locum, qui Bremonſtratus dicebatur, elegit, ex quo totus ordo, quem ibi collectis ſociis ſub regula ſancti auguſtini inſtituit, nomen accepit. Doctrina non minus quam pietate et miraculis clarus, antverpiæ graſſantem Tanchelini hæreſin profligavit. ad metropolitanam ſedem Magdeburgenſem evectus, eccleſiaſticam diſciplinam, et præcipue clericorum cœlibatum acerrime propugnavit, maximas propterea perſecutiones perpeſſus. Remis in concilio Innocentium ſecundum egregie adjuvit, et Romam cum aliis epiſcopis profectus, cum ſchiſmate Petri Leonis compreſſo, ſedi ſuæ reſtituit. Exactis in pontificatu annis fere octo, beato fine quievit anno milleſimo centeſimo trigeſimo quarto, et a Gregorio decimo tertio in ſanctorum numerum relatus eſt.

℟. Prodia verbum, inſta opportune,

importune: * argue, obsecra, increpa
in omni patientia et doctrina. V. Ecce
constitui te super regna, ut evellas, et
destruas, et dissipes, et dissipes, et edifi-
es et plantes. * argue. V. gloria. * argue.
2. Tim. 4. Ger. 1.

Si vero festum fit commemoratio sequentis.

Die VII. Junii.

S. Claudii Episcopi.

Duplex 3. lect.

Oratio Sacr. Ambr.

Exaudi Domine populum tuum toto
libi mente subjectum, et beati Claudii
Pontificis tui supplicatione custodi: ut
quod pie credit, appetat, et quod juste speret,
obtineat. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita apud Mabill. Sec. II. Bened.

Claudius ex illustri Salinensium prin-
cipum familia originem ducens, a pa-
rentibus summa cura in Dei timore fuit
educatus. Sacris itaque litteris adprime
eruditus, abdicatis seculi voluptatibus,
Vesontionensis ecclesiæ factus est cano-
nicus. In jejuniis atque orationibus
vigilans, mortuo Vesontionensi archi-
episcopo omnium consensu suffectus est,
et familiam Domini ut fidelis servus
et prudens ferventi zelo gubernavit.
Abdicato postea pontificatu in mona-
sterio Jurensi habitum monasticum
induit, ac non multo post in defuncti
abbatis Jurensis locum exigentibus
ejus meritis successit. In monasterii

regimine maximo omnium virtutum splendore relucit, ut non clerici solum, sed nobiles etiam, sanctam ipsius fratrumque eius audientes conversationem, ac cum confluentes eius se magisterio traderent. Cum igitur quinquaginta quinque annis partim episcopus, partim abbas sanctissime profuisset, senio et meritis plenus animam Deo reddidit, anno Christi sexcentesimo nonagesimo octavo. Cuius corpus in ecclesia sancti Eugendi usque nunc omnibus advenientibus incorruptum et integrum monstratur, innumeris miraculis gloriosum.

℟. Exui me stola pacis, indui autem me sanctae obsecrationis: ℣. et factum est mihi gaudium a Sancto. ℟. quae mihi fuerunt curae, haec arbitratus sum propter Christum detrimentum. ℣. et factum est. ℟. gloria. ℣. et venit. Baruch 4. Philip. 3.

Die IX. Junii.

SS. Primi et Feliciani Martyrum.

Simpl. 3. lect.

Oratio.

Tac nos, quaesumus Domine! sanctorum Martyrum tuorum Primi et Feliciani semper festa sectari; quorum suffragiis protectionis tuae dona sentiamus. Per Dominum.

Lectio III.

Ex actis apud Bolland. et Tillemont.

Primus et Felicianus fratres Romani, a idolorum sacerdotibus apud Diocletianum et Maximianum accusati,

omprehensi et ante imperatores adducti
unt: ubi cum fidem suam constanter
rofiterentur, ac sacrificare renuerunt,
lagris dilacerati, et Promoto iudici om-
ni tormentorum genere cruciandi tra-
di sunt. qui eos longo tempore in carcere
clusos, cum nec minis nec blandiciis
daemonum cultum perducere non posset,
ariis gravissimisque supplicüs torqueri,
ndemque gladio feriri praecepit die
xxo Junii, circa annum Christi ducen-
simum octogesimum septimum. Ce-
ebrem semper fuisse horum Martyrum
dum, sacramentarium Gregorii, et
vetustissima Kalendaria testantur, qui-
us eorum nomina inserta leguntur.

℣. Absit a nobis, ut relinquamus Domi-
um, et serviamus diis alienis: ℟. Domi-
o Deo nostro serviemus, et obedientes
imus praeceptis eius. ℣. Si sunt qui
cantur dii, sive in coelo sive in terra, nobis
men unus Deus. ℟. Dominus. ℣. Gloria.
Domino. Jos. 24. 1. Cor. 8.

Die XI. Junii.

S. Barnabae apostoli.

Duplex maius. 12. lect.

Ad I. Vesperas.

Antiphonae ex matutinis.

Lectio Philip. 3.

ae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus
um propter Christum detrimenta. verum-
men existimo omnia detrimentum esse,
opter eminentem scientiam Jesu Christi
mini mei, propter quem omnia detrimen-

tum fecit, ut christum cognoscam.
℟. br. Clamavi ad te Domine * dixi, tu es spes mea:
℣. Portio mea in terra viventium. Ps. 141.

Hymnus Sanct. Clun.

1. Celo datur quiescere,
Terris relictis, Barnaba: *
Solemnis hoc affert tuis
Finem dies laboribus.

2. Quem propter agro vendito,
Opes caducas deseris: *
Magno rependit fœnore,
Et fundus ipse fit tuus.

3. Tu sacra per cœnobia,
Interque solemnes preces, *
Jubente sancto Spiritu,
Christi crearis nuntius.

4. Pauli laborum particeps,
Consors et in periculis, *
Vos unus ambo Spiritus,
Vos una junxit charitas.

5. Aterne tu verbi Pater,
Aterne Fili, par Patri: *
Et par utrique Spiritus,
Tibi Deus sit gloria. amen.

℣. Dominus pars hereditatis meæ, et calicis mei:
℟. Tu es, qui restitues hereditatem meam mihi. Ps. 15.

Ad Magnif. ant. Joseph, qui cognominatus est Barnabas ab apostolis, cum haberet agrum, vendidit eum: * et attulit pretium, et posuit ante pedes apostolorum. act. 4.

Oratio dum.

Deus, qui beatum Barnabam plenum fide et Spiritu sancto ad opus vocationis

conversionis gentium assumere dignatus
es: concede propitius; ut memores operis
laboris et charitatis eius, digne Evangelio
Christi, quod prædicavit, conversari mere-
amur. Per eundem in unitate eiusdem.

Ad vigilias nocturnas.

vit. et hymnus de communi apostolorum.

In I. ad nocturno antiphonæ.

Barnabas apprehensum Saulum duxit
ad apostolos; * et narravit illis, quomodo
in via vidisset Dominum. ad.g.
Cum introisset Antiochiam, loqueban-
tur ad gracos, * annuntiantes Dominum Jesum. ad.ij.
Miserunt apostoli Barnabam usque ad An-
tiochiam: * qui cum pervenisset, et vidisset
gratiam Dei, gavisus est. ibid.
Hortabatur omnes in proposito cordis per-
manere in Domino: * quia erat vir bonus et
plenus Spiritu sancto et fide. ibid.
Cum invenisset Saulum, perduxit Antio-
chiam: * et annum totum conversati sunt
ibi in ecclesia. ibid.
Docuerunt turbam multam, * ita ut cog-
minarentur primum Antiochiæ discipuli
Christiani. ibid.
Annuntiate inter gentes gloriam Domini;
in omnibus populis mirabilia eius. Ps. 95.

Lectio I.

De actibus apostolorum. cap. 13.

Ministrantibus apostolis Domino et ie-
iunantibus, dixit illis Spiritus sanctus: Segregate
mihi Saulum et Barnabam in opus ad quod
assumpsi eos. Tunc ieiunantes et orantes, im-
ponentesque eis manus, dimiserunt illos. Et
ipsi quidem missi a Spiritu sancto abierunt
Seleuciam, et inde navigaverunt Cyprum. Et

cum venissent Salaminam, prædicabant verbum Dei in synagogis Judæorum.

℟. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, ℣. et posuit in nobis verbum reconciliationis. ℣. Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos; quæ deprecamur pro Christo reconciliamini Deo. ℣. et posuit in nobis verbum reconciliationis. ℟. et 2. Cor. 6.

Lectio II.

Cumque dimissa esset synagoga, secuti sunt multi Judæorum, et colentium advenarum, Paulum et Barnabam: qui loquentes suadebant eis, ut permanerent in gratia Dei. Sequenti vero sabbato pene universa civitas convenit audire verbum Dei. Videntes autem turbas Judæi, repleti sunt zelo, et contradicebant his, quæ a Paulo dicebantur, blasphemantes. Tunc constanter Paulus et Barnabas dixerunt: vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, et indignos vos judicatis vitæ æterna, ecce convertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus: posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terræ.

℟. Auferetur a vobis regnum Dei, et ↑ dabitur genti facienti fructus ejus. ℣. Vobis primum fuit vobis, quoniam gentibus missum est hoc salutare Dei, et ipsi audient. ↑ dabitur. Matth. 21. ad. 28.

Lectio III.

Audientes autem gentes gavisæ sunt, et glorificabant verbum Domini: et credidérunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Disseminabatur autem verbum Domini per universam regionem. Judæi autem concitaverunt mulieres religiosas et honestas, et primos civitatis, et excitaverunt persecutionem in Paulum et Barnabam,

Reiecerunt eos de finibus suis. at illi
excusso pulvere pedum in eos venerunt
Iconium. Discipuli quoque replebantur
gaudio et Spiritu sancto.

℣. Quicumque non receperint vos neque
audierint vos, ✠ exeuntes inde excutite
pulverem de pedibus vestris in testimonium
illis. ℟. Populus enim ad iracundiam pro-
vocatus est, et filii mendaces: filii nolentes
audire legem Dei. ✠ exeuntes. Marc. 6. Ps. 30.

Lectio IV. cap. 14.

Factum est autem Iconii, ut simul introirent
synagogam Iudeorum, et loquerentur ita
ut crederet Iudeorum et Græcorum copiosa
multitudo. qui vero incredduli fuerunt
Iudæi suscitaverunt et adiracundiam concita-
verunt animas gentium adversus fratres.
Multo igitur tempore demorati sunt fidu-
cialiter agentes in Domino, testimo-
nium perhibente verbo gratiæ suo, dante
signa et prodigia fieri per manus eorum.

℣. Per manus apostolorum fiebant sig-
na et prodigia multa in plebe, ✠ et lau-
dabatur magis credentium in Domino
multitudo. ℟. Posuit Dominus meis ver-
ba signorum suorum, et prodigiorum in
terra. ✠ et. ℣. Gloria. ✠ augebatur. ad. s.
Ps. 104.

In II. Nocturno antiphona.

Cum factus esset impetus ut lapidarent
eos: ✠ Paulus et Barnabas confugerunt
ad civitates Lycaoniæ, et ibi evangelizan-
tes erant. act. 14.

℣. Turbæ levaverunt vocem suam dicentes: ✠
Dii similes facti hominibus descenderunt
ad nos. ibid.

℟. Vocabant Barnabam Jovem, et Paulum
Mercurium: ✠ quoniam ipse erat dux
verbi. ibid.

4. Mortales sumus, similes vobis homines, * annuntiantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum. ibid.

5. Surgens Paulus intravit civitatem, * alio autem die profectus est cum Barnaba. ibid.

6. Cum evangelizarent civitati illi et docuissent multos, * reversi sunt. ibid.

℣. Annuntiaverunt opera Dei:

℟. Et facta eius intellexerunt. Ps. 63.

Lectio V.

Ex commentario sancti Joannis Chrysostomi in actus apostolorum.

Barnabas et Saulus non solum ordinati a Spiritu sancto, sed etiam emissi venerunt in Antiochiam Pisidiæ. Secuti sunt autem eos multi Judæi et pii advenæ, quos allocuti persuaserunt, ut manerent in gratia Dei. Videntes Judæi impleti sunt zelo, contradicentes ac blasphemantes. Hoc ipsos clariores reddebat, quod illi contradicerent. Cum fiducia vero loquentes Barnabas et Paulus dixerunt: vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, et indignos vos judicatis æterna vita, ecce convertimur ad gentes. Nec dixit: indigni estis; sed indignos vos judicatis: ut non onerosus sermo esset.

℟. Evangelium nostrum non fuit in sermone tantum, sed et in virtute, et in Spiritu sancto, et in plenitudine multa.

℣. Non enim in sermone est regnum Dei; sed in virtute. * Et in. j. Thess. j. j. Cor. 4.

Lectio VI.

Quia vero repulistis illud, inquiunt, non nos; non enim in nos contumelia vestra vertitur: sed convertimur ad gentes. Multa

enum mansuetudine hoc verbum. ℣on
eant: derelinquimus vos, innuentes fieri
obis, ut reverterentur. Et hoc non propter
estram contumeliam factum est; sic enim
ceptum est nobis. Oportet adire gentes: ve-
um hoc non a nobis, sed a vobis factum est,
oda nobis fieri oportebat. Sic enim, in-
iunxit, praecepit nobis dominus: posui te in
em gentium, ut sis in salutem; hoc est,
cognitionem, quo sit ad salutem, non sin-
uliter gentium, sed omnium gentium.
. Fiduciam habemus per Christum ad
um: * qui et idoneos nos fecit ministros
ui testamenti, non littera, sed spiritu.
℣. Non quod sufficientes simus cogitare ali-
uid a nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia
stra ex Deo est. * qui. 2. Cor. 3.

Lectio VII.

udei vero concitaverunt mulieres religiosas,
perfectionem excitavere, i. est, calum-
ati sunt apostolos, de millibus eos amova-
s. Viderunt impetum, et confugerunt
civitates Lycaonie Lystram et Derben,
universam in circuitu regionem, ubi
am furorem suum exercere licebat illis.
degentium simplicitatem, et Judaeorum
equitiam. Operibus declarabant gentes
se dignos esse, qui audirent, sique eos
sola signa honorabant. alii ut deos cole-
nt, alii ut pernicios os pellebant. Et
ii quidem non modo praedicationi non
ftiebant, sed etiam dicebant: dii homi-
ibus similes descenderunt ad nos; Judaei
ero scandali zabantur. Et vocabant, inquit,
arnabam Jovem, Paulum vero Mercu-
ium. Mihi videtur venerabilis aspectu
uisse Barnabas. Tentatio vero non mo-
ica ex immoderato illo studio prodiit:

verum iam hinc Apostolorum virtus ostenditur. Et vide, quomodo omnia deo referant. Hos et nos imitemur, nihil nostrum esse putemus, quando nec ipsa quidem fides nostra est, sed dei.

℟. Christi bonus odor sumus deo in iis, qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt: ✠ alii sumus odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam. ℣. Glorificabant gentes verbum Domini: Judei autem excitaverunt persecutionem in Paulum et Barnabam. ✠ alii. 2. Cor. 2. act. 13.

Lectio VIII.

Ex libro sancti Hieronymi de scriptoribus ecclesiasticis.

Barnabas Cyprius, qui et Joseph, levites cum Paulo gentium Apostolus ordinatus, unam ad ædificationem ecclesiæ pertinentem epistolam composuit, quæ inter apócryphas Scripturas legitur. Hic postea propter Joannem discipulum, qui et Marcus vocabatur, separatus a Paulo, nihilominus evangelico prædicationis munus sibi opus exercuit, ea multisque pro Christi fide perfunctus laboribus gloriose fine quievit. Refert Alexander Cyprius, corpus ejus in insula Cypro, Zenone imperante, fuisse repertum, adeoque pectus erat evangelium Matthæi, ipsius Barnaba manu conscriptum.

℟. Barnabas volebat secum assumere et Joannem, qui cognominabatur Marcus: ✠ facta est dissensio, ut discederent ab invicem, et Barnabas assumpto Marco navigaret Cyprum. ℣. Omnia propter vos, ut gratia abundans per multos abundet in gloriam Dei. ✠ facta. ℣. gloria. ✠ facta. act. 15. 2. Cor. 4.

In III. Nocturno.

Antiphona, Cantica et V. de communi.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 9.

Non sum liber? non sum apostolus? nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi? nonne opus meum vos estis in Domino? Si aliis non sum apostolus, sed tamen vobis sum: nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino. Mea defensio apud eos, qui me interrogant, hæc est: numquid non habemus potestatem manducandi et bibendi? aut gloria nostra hoc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis et sinceritate Dei conversati sumus in hoc mundo. V. Ipsi scitis, fratres, introitum nostrum ad vos, quod. 2. Cor. 1. 1. Thes. 2.

Lectio X.

Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut et ceteri apostoli et fratres Domini et Cephas? aut ego solus et Barnabas non habemus potestatem non operandi? quis militat suis stipendiis unquam? quis plantat vineam, et fructum eius non edit? quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat?

In quamcumque civitatem intraveritis, et susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis: dignus est enim operarius mercede sua. V. Pro officio sacerdotali accipies his, quæ sanctificantur et oblata sunt. Dignus. Luc. 10. et Num. 10.

Lectio XI.

Numquid secundum hominem hæc dico? aut non et lex hæc dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: non alligabis os bovi trituranti. Numquid de bobus cura est Deo? an propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat arare, et qui triturat in spe fructus accipiendi. Si nos vobis spiritualia semi-

navimus, magnum est, si nos carnalia ve-
stra metamus?

℟. Memores estis laboris nostri et fatiga-
tionis: * nocte ac die operantes, ne quem
vestrum gravaremus, prædicavimus in vobis
Evangelium Dei. ℣. Gratis panem non man-
ducavimus ab aliquo, sed in labore et fati-
gatione. * nocte. j. Thes. 2. 2. Thes. 3.

Lectio XII.

Si alii potestatis vestræ participes sunt, quare
non potius nos? Sed non usi sumus hac po-
testate, sed omnia sustinemus, ne quod
offendiculum demus evangelio Christi.
Et scitis, quoniam qui in sacrario ope-
rantur, quæ de sacrario sunt, edunt: et
qui altari deserviunt, cum altari parti-
cipant? Sic et Dominus ordinavit his, qui
Evangelium annuntiant, de Evangelio
vivere: ego autem nullo horum usus sum.

℟. Sicut probati sumus a Deo, ut credere-
tur nobis Evangelium, ita loquimur, non
quasi hominibus placentes, sed Deo * qui
probat corda nostra. ℣. Non fuimus ali-
quando in sermone adulationis, sicut
scitis, neque in occasione avaritiæ, Deus
testis est. * qui. ℣. Gloriâ. qui. j. Thes. 2.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthæum. cap. jo.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis:
ecce ego mitto vos in medio luporum: estote
ergo prudentes sicut serpentes, et simplices
sicut columbæ. Cavete autem ab hominibus.
Tradent enim vos in conciliis, et in synagogis
suis flagellabunt vos: et ad præsides et ad
reges ducemini propter me, in testimonium
illis et gentibus. Cum autem tradent vos,
nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini.
Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus

fratris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium: et insurgent filii in parentes, et morte eos afficient, et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

℣. Laudes matutinas horas antiphona.

Barnabas et Paulus cum constituissent per singulas ecclesias presbyteros, ✠ commendaverunt eos Domino, in quem crediderunt. act. 14.

℣. Tradidit gratiæ Dei in opus, quod compleverunt retulerunt, quanta fecisset Deus cum illis: ✠ et quia aperuisset gentibus ostium fidei. ibid.

℣. Placuit apostolis et senioribus viros mittere antiochiam cum Paulo et Barnaba, ✠ scribentes per manus eorum. act. 15.

℣. Ad Laudes. Paulus et Barnabas demorabantur antiochiæ, ✠ docentes et evangelizantes verbum Domini. ibid.

℣. Cum venissent Jerosolymam susceptisunt ab ecclesia, ✠ narrantes, quanta Deus fecisset cum illis. ibid.

Lectio act. 15.

Visitavit primum ex gentibus populum nomini suo, et huic concordant verba prophetarum, sicut scriptum est: requirant cæteri hominum Dominum, et omnes gentes, super quas invocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hoc.

℣br. Confitebimur tibi Deus. ✠ et invocabimus nomen tuum:

℟. Narrabimus mirabilia tua. Ps. 74.

Hymnus: Quem nisi, de communi.

℣. Narraverunt laudes Domini et virtutes eius.

℟. Et mirabilia eius, quæ fecit. Ps. 77.

℣. Magnificat. Audiebant apostoli Paulum et Barnabam narrantes, ✠ quanta Deus

signa et prodigia in gentibus per eos.
act. 15.

Oratio ex 1. Vesperis.

Ad Tertiam. Lectio Eph. 3.

Revelatum est sanctis apostolis et prophetis in spiritu, gentes esse coherides, et concorporales, et comparticipes promissionis dei in Christo Jesu per Evangelium.

℣. In conspectu gentium revelavit justitiam suam:

℟. Recordatus est misericordiæ suæ. Ps. 97.

Ad Sextam. Lectio Rom. 1.

Per Jesum Christum accepimus gratiam et apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine ejus.

℣. Confirmata est super nos misericordia Domini;

℟. Veritas ejus manet in æternum. Ps. 116.

Ad Nonam. Lectio. 2. Cor. 4.

Abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum dei; sed in manifestatione veritatis, commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo.

℣. In Deo laudabimur tota die:

℟. Et in nomine tuo confitebimur in sæculum. Ps. 43.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex matutinis.

Lectio 2. Cor. 2.

Deo gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco.

℣. br. Non nobis Domine, † sed nomini tuo da gloriam:

℟. Super misericordia tua, et veritate tua. Ps. 113.

Hymnus ex 1. Vesperis.

℣. Dedisti nos tanquam oves escarum:

℟. Et in gentibus dispersisti nos. Ps. 113.

Ad Magnif. ant. Barnabas et Paulus tradiderunt animas suas, † pro nomine Domini nostri Jesu Christi. act. 15.

Et fit commemoratio sequentis.

Die XII. Junii.

SS. Basilidis, Cyrini, Nabor et Nazarii Martyrum.

Simpl. 3. lect.

Oratio Sacr. Greg.

Sanctorum Martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii nos, Domine quæsumus, intercessio gloriosa commendet: ut quod nostris actibus non meremur, eorum precibus consequamur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex brev. Rom. et Bolland.

Basilides, Cyrinus, Nabor et Nazarius, Romani milites in exercitu Maxentii Imperatoris, cum nullum alium esse Deum prædicarent, quam illum Christianorum, ab Aurelio urbis præfecto comprehensi sunt, ut diis sacrificarent; quod facere constanter detrectarent, conjecti sunt in carcerem. Ex inde ante Imperatorem adducti, quod plures sua prædicatione Christi fidem perduxissent, scorpionibus cæsi, rursum carceri mancipantur, et quo post septem ducti ob constantissimam fidei confessionem capite truncati sunt, eorumque corpora honorifice a christianis sepulta, nomina vero Sacramentario Gregorii inserta.

℣. In nullo terreamini ab adversariis, ℟. quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro eo patiamini. ℣. Confortamini, et non debilitentur manus vestræ, erit enim merces operi vestro. ℟. quia. ℣. Gloria. ℟. quia.

Philip. 1. 2. Paralip. 15.

Die XIII. Junii.

S. Antonii Paduani Confessoris.

Duplex 3. lect.

Omnia de communi Confessorum.

Oratio Brev. Rom.

Ecclesiam tuam, Deus, beati Antonii Confessoris tui solemnitas votiva lætificet: ut

Spiritualibus semper muniatur auxiliis; et gaudiis perfrui mereatur aeternis. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per anonymum scripta apud Boa.

Antonius in Lusitania natus, et a parentibus pie educatus, mundi laqueos evitare cupiens more Canonicorum Regularium institutum suscepit, ubi piis exercitiis ac divinarum Scripturarum meditationi intendebat. Inde ad ordinem Minorum nuper ad modum fundatum transiens, et sacris ordinibus initiatus, Theologiam docere jussus est, addito ipsis a Sancto Francisco monito, summopere caveret, ne amore studiorum spiritum orationis extingueret. Demandatis sibi verbi divini prædicandi provinciis adeo strenue defunctus est, ut ex uberrimo sanctarum Litterarum thesauro utilissima quæque et maxime accommoda proferret, quibus innumeros tum hæreticos, tum maximos omnium flagitiorum peccatores ad meliorem frugem reduxit: dignus, quem Gregorius nonus prædicantem audiens arcam Testamenti appellaret. Non auribus adulabatur, nec cordibus, sed sine personarum acceptione grassantia ubique vitia ea libertate ac zelo debellabat, ut primus apostolorum Martyrumque vigor in ipso revixisse videretur. Cum igitur verbis et signis pro gloria Dei, et animarum salute impigre laboraret, felicem laborum suorum fructum beata morte promeruit Patavii, anno Christi millesimo ducentesimo trigesimo primo, anno sequente ab eodem Pontifice sanctorum fastis insertus.

℣. Qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum vere: ℟. numquid non verba mea sunt quasi ignis, et quasi malleus conterens petram? ℣. Ecce dedi verba mea in ore: ut evellas, et destruas, et ædifices, et plantes. ℟. numquid. ℣. gloria. ℟. numquid. Jer. 23. 29.

In vesperis fit commemoratio sequentis.

Die XIV. Junii.

S. Basilii Episcopi Doctoris.

Duplex 3. lect.

De communi Doctorum.

Oratio dum.

Recta Domine, intercedente beata Basilio Doctore tuo atque Pontifice, tuorum corda fidelium: ut sacris instenta doctrinis, diligant, quod sequantur; et sequendo fideliter apprehendant. Per Dominum.

Lectio II.

Ex S. Basilii scriptis, aliisque auctoribus.

Basilius Cesareæ in Cappadocia natus, propter doctrinæ et morum excellentiam cognomento Magnus, jam inde ab infantia ab avia Macrina in recta fide institutus, quam illa a Gregorio Thaumaturgo Neocesariensi episcopo acceperat. Ab Eusebio Cesareæ in Cappadocia episcopo presbyter, pluribus muneribus, ordinibus, ob eius postea malevolum in se animum a Pontificali solicitudine se recepit. Inde aliquandiu Cesaream revocatus est, ut Eusebium persecutione Valentis Imperatoris ariani fervorem, in ecclesiæ administratione incredibili summa annonæ caritate paupere, Cesareæ in unum coacto sustentavit. Basilius suis etiam manibus cibos ministrans, eos verbi divini pabulo condiebat. Eusebio frater manus eius defuncto subrogatus, ecclesiam orientalem hæresi, et gravissimis inter eos orthodoxos dissensionibus exagitatam curare aggressus, ad Athanasium confugit, auxilium ab occidente impetraturus. Cum resciret, arianis gratum esse, eum exulare, ac Cesariensem ecclesiam occupare, Spiritum verbo Deum appellaret, ad tempus a voce abstineret, neque se non pulsans cum semper in ore habere, modo in tuto esset sententia voci subiecta. quam eius oeconomiam laudavit Athanasius.

Hæc dedicationem tuam valentiorem facie-

bus eorum, ut adamantem & silicem dedi faciem tuam: * ne timeas eos, neque moluas a facie eorum. V. Omnes sermones meos assume in corde tuo, et loquéris ad eos. * ne. Ezech. 3.

Lectio III.

Valente iterum in catholicos saviente, Modestum eius professum extrema sibi minitante tanta libertate reprehendit, ut perterritus ille dixerit: nemo me ad hanc usque diem ita est allocutus, nec pari verborum libertate. Cui Basilius: neque enim fortasse in Episcopum incidisti. admiratus Valentem animi fortitudinem Modestus, Valentem adit: Imperator, inquiens, ab huius ecclesiæ antistite victi sumus; minis superior es, sermonibus firmior, verborum blanditiis fortior. His perculsus Valens semel et iterum venit in ecclesiam, ut Basilio factam iniuriam faceret. Dona ab eo oblata accepit Basilius, plus consulens ecclesiæ paci, quam legum ecclesiasticarum severitati. Cum postea instantibus arianis Basilium relegare statuisset, et iam exilii decreto esset subscripturus, manum eius Deus mirabiliter inhibuit. Modestum ingravescente morbo, ut sibi ignosceret deprecantem, sanitati restituit. Monachis leges sanctissimas, totique ecclesiæ probatas, et a sancto Benedicto quoque commendatas posuit. Virginibus Deo sacris cœnobia erexit, et pauperibus excipiendis alendisque amplissimam domum exstruxit. et vitæ propter labores continuos de vita asperitate remisit. Stratus erat humi lectulus; assidue vigilia, panis et sal pro obsonio, et aqua propotum. Contractis ex hac vivendi ratione gravibus morbis confectus obiit prima die Januarii, anno trecentesimo septuagesimo nono. Qui paullo post obitum consecratum fuisse festum diem, refert eius frater sanctus Gregorius Nyssenus.

Scient omnes, quia ego dilexi te: * quoniam servasti verbum patientiæ meæ, et ego servabo te ab hora tentationis. ℣. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. * quoniam. ℣. Gloria. * quoniam. apoc. 3. 2. Joh. 4.

Ubi vesperis fit commemoratio sequentis.

Die XV. Junii.

S. Viti, Modesti et Crescentiæ Martyrum.

Duplex 3. lect.

Oratio Sacr. Gelas.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus Domine, precibus sanctis et Martyribus tuis Vito, Modesto atque Crescentia intercedentibus, ut, superbe non sapere, sed tibi placita humiliter proficere: ut prava despiciens, quæcunque recta sunt, libera exerceat veritate. Per Dominum.

Lectio III.

Ex brev. Bruns. aliisque.

Vitus ad modum puer, nobili genere in Sicilia natus, et a Modesto eiusque coniuge Crescentia educatus, et in fide Christi instructus est. quod indigne ferens pater gentilis, eum a idola reducere non posset, iudici tradendum tradere statuit. Sed Vitus fugiens se cum educatoribus suis subduxit, atque Lucaniam venit, ubi sub Diocletiano et Maximiano Imperatoribus gloriosi martyrii palmam sunt consecuti, eorumque corpora honorifice a Christianis sepulta, postea Romam translata, inde in varias Galliæ et Germaniæ ecclesias illata.

℣. Tradiderunt corpora sua, * ne servirent, ne adorarent omnem deum, excepto Deo suo. ℣. Constantes effecti sunt, et pro legibus mori parati. * ne servirent.

℣. Gloria. ✠ ne servirent. Dan. 3. 2. Mach. 8.

Die XVIII. Junii.

S. Marci & Marcelliani Martyrum.

Simpl. s. lect.

Oratio Sac. Greg.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui Sanctorum Martyrum tuorum Marci & Marcelliani natalitia colimus; a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex actis apud Tillemontium.

Marcus & Marcellianus fratres, nobiles Romani, patre gentili, ab infantia in Jesu Christi fide instructi & educati sunt. Imperante Diocletiano, a Chromatio urbis præfecto comprehensi, & in Christiano fidei professione constantes, flagellis cæsi ac capitis damnati sunt. Sed cum pater eorum Judici promisisset, se effecturum, ut imperata facerent, supplicio dilato carceri mancipantur. Ibi a parentibus diu multumque tentati, ut curata Christi fide Imperatorum iussis obtemperarent, constantissime restiterunt. Tandem victas iam continuis precibus & lacrymis dabant manus a sancto Sebastiano in fide rursus confirmati, parentibus quoque cum tota familia ad Christum conversis, a Fabiano judice ad stipitem alligati, pedesque clavis transfixi sunt. Quo in supplicio noctem diemque divinas laudes cum jubilo canentes perstiterunt, ac demum in fidei confessione immobiles, lancearum cuspidibus transfixi vitam temporalem perdentes, ad gloriosi martyrii

l manu pervenerunt circa annum Do-
ni ducentesimum octogesimum sextum.
. Inimici hominis domestici ejus: ✝ qui
mat patrem aut matrem plus quam
: non est me dignus. ℣. Videte, ne quis
s decipiat secundum elementa mundi,
non secundum Christum. ✝ qui.
Gloria. ✝ qui amat. Matth. 10. Colos. 2.
spero de sequente fine commemoratione.

Die XIX. Junii.

S. Romualdi abbatis.

Duplex 3. lect.

Oratio Clun.

mnipotens sempiterne Deus, terrena
ote calcantium merces magnanimis:
nobis exemplo et intercessione beati
mualdi abbatis, cujus hodie solemnia
elebramus, temporalia omnia despicere,
ad eterna tota mentis intentione fe-
nare. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per S. Petrum Damianum scripta.

mualdus Ravenna nobilibus genere orbus,
descens in propinquum Classense mona-
rium agendo poenitentiae causa secessit,
eoque monasticum habitum sub regula
ncti Benedicti assumsit. Sed remissam
endi formam perfectus ad Marinum
eriore disciplina celebrem se contulit,
ad arctam et sublimem perfectionis vi-
m eo duce ac magistro aspiraturus. Exinde
virtute in virtutem progressus, plu-
mos a saeculi vanitate conversos ad
onastici vitae desiderium accendit,
que cum eis ordinem Camaldulensium
b eiusdem sancti Benedicti regula

instituit, et collapsam in Italia eremiticam disciplinam restituit ac mirifice propagavit. Ex discipulis suis plures ad prædicandum Christi Evangelium misit, martyrii etiam gloria insignes. Contra vitia vehementissime in Episcopos, nobiles, et negligentes præcipue monachos, nullo habito personarum respectu, invehebatur, plures propterea persecutiones in se suisque perpessus. Demum aerumnis hui disciplinæ regularis vindex fortis in Domino quievit anno millesimo vigesimo septimo, die decima nona Junii, centum viginti annos natus; ex quibus viginti in sæculo, tres in monasterio reliquos in eremo transegit.

℟. Omnis, qui in agone contendit, abominibus se abstinet: ✠ ego castigo corpus meum, et in servitutem redigo. ℣. A inventute mea investigabam sapientiam: collaudata est anima mea in illa, et in faciendo eam confirmatus sum. ✠ ego. ℣. Gloria. ✠ ego. 1. Cor. 9. Eccli. 51.

In vesperis commemoratio sequentis.

Die XX. Junii.

S. Gervasii et Protasii Martyrum.
Semiduplex d. l. et.

Oratio Sac. Leon.

Benedic, quæsumus, Domine plebem tuam: et sanctorum Martyrum tuorum Gervasii et Protasii deprecationibus confidentem tribue consequi, quod sperare donasti. Per Dominum.

Lectio II.

Ex epistola sancti Ambrosii Episcopi ad Marcellinam sororem. Ep. 22.

Principes populi quos alios, nisi sanctos Martyres æstimare debemus? quorum jam in numerum via ante ignorati

rotasius Gervasiusque proferuntur,
ui sterilem Martyribus ecclesiam Ne-
iola nensem, iam plurimorum matrem
iliorum laetari passionis proprio fe-
rint et titulis et exemplis. Cognovistis,
mo vidistis ipsi multos a daemoniis
urgatos: plurimos etiam subi vestem
ntorum manibus contigerunt, iis
ibus laborabant, debilitatibus absol-
los. Quanta oraria iactitantur? quan-
indumenta super Reliquias sacratis-
nas, et tactu ipso medicabilia reposun-
ur? Gaudent omnes extrema linea con-
igere; et qui contigerit, salvus erit.
iles ego ambio defensores, tales milites
beo, hoc est, non saeculi milites, sed mili-
s Christi. Eruuntur nobiles Reliquiae
sepulcro ignobili, ostenduntur caelestro-
ea. Sanguine tumulus madet, apparent
oris triumphales notae; inviolato Re-
quio loco suo et ordine reperto, avulsum
imeris caput. Hunc senes, repedunt, au-
fese aliquando horum Martyrum no-
ina, titulumque legisse.

. Ego consolabor vos: videbitis et gaude-
t cor vestrum, et ossa vestra quasi herba
rminabunt; et cognoscetur manus Domi-
i servis eius. V. Huc ego aperiam tumulos
estros, et educam vos de sepulcris. et ossa.
a. 66. Ezech. 37.

Lectio III.

uccedant victimae triumphales in locum,
bi Christus hostia est. Sedile superactae,
ui pro omnibus passus est: isti subalterni,
ui illius redemti sunt passione. Hunc
go locum praedestinaveram mihi; dig-
um est enim, ut ibi requiescat sacerdos,
bi offerre consuevit: sed cedo sanctis vici-
is dexteram portionem; locus iste Mar-
yribus debebatur. Negant Charethii locum

illuminatum, sed ille non negabat se sanatum. Haec dicit: caecus esse desivi, approbat facto. Isti beneficium negant, qui factum negare non possunt. Vidus homo est, publicis, cum valeret, municipatus obsequiis. Vocat ad testimonium homines, quorum ante fustes labebatur obsequiis. Clamat, quia ut contigit fimbriam de veste Martyrum, qua sacro Religio vestiuntur, raddidum sibi lumen sit. Sed quero, quid non credant, utrum a Martyribus possint aliqui visitari? Hoc est Christo non credere; ipse enim dixit: Et maiora horum facietis. Si a Martyribus invident, ostendunt, alterius fidei fuisse Martyres, quam ipsi credunt. Neque enim aliter eorum operibus invi-derent, nisi fidem in his fuisse eam, quam isti non habent, iudicarent.

℟. Amen dico vobis, ✠ qui credit in me, opera que ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet. ℣. Non possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate. ✠ qui credit. ℣. gloria. ✠ qui credit. Joan. 14. 2. Cor. 13.

Vespere de sequenti, commemoratio praecedentis.

Die XXI. Junii.

S. Irenaei Episcopi et Martyris.

Duplex 3. lect.

Oratio Sac. greg.

Deus, cuius gratia beatum Irenaeum in Sacerdotem elegit, doctrina ad prodicandum erudiit, potentia ad perseverandum confirmavit: da nobis ex eius imitatione populum Christianum et instruere verendi exemplo, et arma quibus fuerit confirmare patiendo. Per Dominum.

Lectio III.

Ex libro Sancti Hieronymi Presbyteri
De scriptoribus ecclesiasticis.

enens Pothini, qui Lugdunensem in Gal-
a regebat ecclesiam, presbyter, a Martyri-
s eiusdem loci ob quasdam ecclesiæ quæstio-
s legatus Romam missus, honorificas
per nomine suo ad Eleutherium Episcopum
ert litteras. Postea iam Potino prope
nagenario ob Christum martyrio coronato,
locum eius substituitur. Constat autem
Pygarpi hunc fuisse discipulum. Scripsit quin-
adversus hereses libros; & contra gentes
lumen breve, & de disciplina aliud, &
Marcianum fratrem de apostolica prædi-
tione, & librum variorum tractatuum;
ad Blastum de schismate; & ad Flori-
m de monarchia, sive quod Deus non sit
ditor malorum; & de octava egregium
mmentarium. Feruntur eius & alio ad
lorem episcopum Romanum de quæstione
scha epistolæ, in quibus commonet, eum
n facile debere unitatem collegii scindere.
Vixit maxime sub commodo principe,
i Clario Antonino vero in imperium
ueperat. Hucusque Hieronymus. Diversis
adem pœnis affectus, pro Christo marty-
um fulsit, circa annum ducentesimum
undum. Hunc ut primum Patrum
linorum, ut emulatorem testamenti
isti commendant Martyres Lugdunenses
sua ad Eleutherium papam epistola.
Et Hieronymus in caput sexagesimum
arthum Isaiæ eum virum apostolicum,
iscopum & Martyrem apellat.

. Qui vicerit, faciam illum columnam
in templo Dei mei: ✕ & ✠ scribam super
um nomen Dei mei. V. Qui fecerit &
ecerit, hic magnus vocabitur in regno

colorum. ✠ Scribam. ℣. gloria. ✠ scribam. apoc. 3. Matth. 5.

In Vesperis commemoratio sequentis.

Die XXII. Junii.

S. Paulini Nolani Episcopi.

Semid. 3. lect.

Oratio Sac. Ambros.

Omnipotens, et misericors Deus, qui beatum Paulinum Pontificem misericordiæ operibus tua gratia fecundasti: da, quæsumus, ut eius exemplis egentium necessitatibus succurrentes, misericordiam tuam consequamur. Per Dominum.

Lectio III.

Vita S. Paulini ex eius operibus.

Hieron. augustl. f.

Paulinus consulari et patricio genere natus haud procul a Burdigala, rhetoricis et poeticis artibus ab Ausonio institutus et S. Patrimonio perampio potitus, ac in ipso inventutis flore consulatum consecutus uxorem duxit Cirsa annum vitæ sui trigesimum sextum baptizatus, erogatis in pauperes facultatibus, in Hispaniam secessit. Barcinone, facto in eum multitudinis impetu, presbyterum se ordinari passus est, ea lege, ut ecclesiæ Barcinonensi non alligaretur. Inde in Italiam profectus est, ut Nolæ ad tumulum sancti Felicis religionum vitæ Deo serviret, ubi monachi vitam agens, eiusdem civitatis episcopatum suscipere coactus est. Vastantibus postea Nolam Gothis, Paulinus ex opulentissimo divite, ut sanctus Augustinus scribit, voluntate pauperrimus, et copiosissime sanctus, cum ab eis teneretur, sim corde suo precabatur: Domine, non excrucier

opter aurum et argentum: ubi enim
omnia mea tu scis. Tandem cum laterum
re correptus et periculum, in quo iacebat,
o motu contremuit: ac paullo post animam
edidit anno salutis quadringentesimo tri-
simo primo. Multa elegantier ac pie scripsit
rsibus et soluta oratione. Hunc sanctus
artinus discipulis imitandum proponebat,
unque seculum felix indicabat tanto fidei
ndisque documento. Hunc et sanctus Hie-
nymus ferventissimo fidei presbyterum
ebat, aliique Patres passim suis lau-
ius celebrarunt.

Stabilita sunt bona illius in Domino: ℣.
eleemosynas illius enarrabit omnis
esia sanctorum. ℣. Beatus dives, qui
entus est, sine macula, et qui post aurum
abuit: erit illi gloria aeterna. ℟. et. ℣. glo-
. ℟. eleemos. Euli. 31.

Die XXIII. Junii.

Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptistæ.

Simpl. 3. lect.

Ad in psalterio.

Lectio III.

Sermo sancti Ambrosii Episcopi.

L. 1. in Lucam.

et nos Scriptura divina, non solum mo-
in ùs, qui prædicabiles sunt, sed etiam
rentes oportere laudari; ut velut in trans-
ipa immaculatæ puritatis hereditas,
ùs, quos volumus laudare, præcellat.
o enim alia intentio sancti Evangelistæ:
fi ut sanctus Joannes Baptista nobili-
tur parentibus, miraculis, moribus, mu-
ere, passione? Sic etiam sancti Samuel
ater Anna laudatur: sic Isaac a paren-
ius nobilitatem pietatis augit. Sacerdos
que Zacharias, nec solum sacerdos, sed
iam de vice alia, id est, nobilis inter supe-
res familias. Et uxor, inquit, eius de

filiabus Aaron. Non solum igitur a parentibus, sed etiam a maioribus sancti Joannis nobilitas propagatur, non seculari potestate sublimis, sed religionis susceptione venerabilis. Tales enim maiores habere debuit promuntius Christi, ut non repente conceptam, sed a maioribus auctam, et ipso infusam iure nature predicare fidem dominici videretur adventus.

℟. Praravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium: ✝ et ✝ videbunt omnes fines terre salutare Dei nostri. ℣. Ecce ego mitto angelum meum, et preparabit viam ante faciem meam. ✝ et videbunt. ℣. gloria. ✝ videbunt. Iſ. 52. Mal. 3.

Oratio Sacr. Greg.

Presta, quesumus, omnipotens Deus: ut familia tua per viam salutis incedat; et beati Joannis Precursoris hortamenta sectando, ad eum, quem prodixit, secura perveniat Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum; qui.

Si in hac vigilia occurrat Festum SS. Corporis christi, nihil de ea fit in officio, et jejunium anticipatur feria quarta. Infra octavam autem dicti festi, fit tantum commemoratio de vigilia, et in choro dicuntur duo Nipso, una de vigilia, altera de octava.

Die XXIV. Junii.

Nativitas S. Joannis Baptiste.

Festivitas I. classis. 12. Lect.

Cum octava minore.

Ad I. Vesperas. antiphona.

Ant. Cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis sue, ✝ apparuit illi angelus Domini, stans a dextris altaris incensi. Luc. 1.

oVe timeas, Zacharia; exaudita est de-
precatio tua: ✝ et uxor tua Elisabeth
pariet tibi filium. ibid.

Vocabis nomen ejus Joannem, et erit
gaudium tibi et exultatio: ✝ et multi
in nativitate ejus gaudebunt. ibid.

Vinum et siceram non bibet: ✝ et Spiri-
tu sancto replebitur adhuc in utero ma-
tris suæ. ibid.

Lectio Malach. 4.

ecce ego mittam vobis Eliam prophetam,
antequam veniat dies Domini; et convertet
patrum ad filios, et cor filiorum ad pa-
tres eorum.

℣. De ventre matris meæ ✝ Deus meus
es tu Domine:

In te projectus sum ex utero. Ps. 21.

Hymnus Brev. Rom.

Ut queant laxis resonare fibris
Mira gestorum famuli tuorum: ✝
Solve polluti labii reatum
Sancte Joannes.

Nuntius celso veniens Olympo
Te patri magnum fore nasciturum, ✝
Nomen, et vitæ seriem gerendæ
Ordine promit.

Ille promissi dubius superni
Perdidit promto modulos loquelæ: ✝
Sed reformasti genitus peremto
Organa voci.

Ventris obstructo recubans cubili
Senseras Regem thalamo manentem: ✝
Hinc parens nati meritis uterque
Abdita pandit.

Laus sit æterno Deo Trinitati,
Quo novam mundo paritura lucem: ✝
Præviam Soli voluit Joannem
Surgere fidus. amen.

Tu es, qui extraxisti me de ventre:
Spes mea ab uberibus matris meæ. Ps. 21.

Ad Magnif. ant. Dixit Zacharias ad angelum, unde hoc sciam? ✠ Respondens angelus dixit: ecce non poteris loqui usque in diem, quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis. Luc. j.

Oratio Sac. Gelas.

Præsta, quæsumus, Domine: ut populus tuus ad plenæ devotionis effectum beati Joannis Baptistæ natalitius properet; quem promisisti Filio tuo parare plebem perfectam. qui tecum vivit.

Ad Vigilias Nocturnas.

Invit. Agnum Dei, quem Joannes demonstravit, ✠ venite adoremus. Joan. j.

Hymnus Brev. Rom.

1. Antra deserti teneris sub annis,
Civium turmas fugiens, petivit: ✠
Ne levi possent maculare vitam
Crimine lingua.

2. Prætulit durum tegumen camelus
Artubus sacris, stropharium bidentes: ✠
Et cadens hausto sociata pastum
Mella locustis.

3. Cæteri tantum cecinere vatum
Corde præsago ubar adfuturum: ✠
Tu quidem mundi scelus auferentem
Indice prodis.

4. Non fuit vasti spatium per orbis
Sanctior quisquam genitus Joanne: ✠
Qui nefas sæcli meruit lavantem
Tingere lymphis.

5. Laus sit æterno tua Trinitati,
Qui novam mundo paritura lucem, ✠
Proprium Soli voluit Joannem
Surgere finis. amen.

In I. Nocturno antiphona.

℣. Zacharias Auxor illius Elisabeth erant justi ante Deum: ℟. incedentes in omnibus mandatis et justificationibus Domini. Luc. j.

℣. Non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis; ℟. et ambo processissent in diebus suis. ibid.

℣. Elisabeth concepit filium in senectute sua: ℟. quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. ibid.

℣. Sic fecit mihi Dominus in diebus, ℟. quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. ibid.

℣. Elisabeth implebantur tempus pariendi, ℟. et peperit filium. ibid.

℣. Audierunt omnes, qui audierant, in corde suo dicentes: quis putas puer iste erit? etenim manus Domini erat cum illo. ibid.

℣. Domine spes mea a juventute mea:

℟. In te confirmatus sum ex utero. Ps. 70.

Lectio I.

De Isaia Propheta. cap. 49.

Audite insulæ, et attendite populi de longe: Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum; in umbra manus suæ protexit me, et posuit me sicut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me. Et dixit mihi: servus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et nunc dicit Dominus, formans me ex utero servum sibi, ut reducam Jacob ad eum, et Israel non congregabitur: et glorificatus sum in oculis Domini, et Deus meus factus est fortitudo mea.

℣. Erit magnus coram Domino, et Spiritu

Sancto replebitur adhuc ex utero matris suo: ℣. et multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum. ℣. os meum annuntiabit iustitiam tuam, tota die salutare tuum. ℣. et multos. Luc. j. Ps. 70.

Lectio II.

Et dixit: parum est, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, et fæces Israel convertendas. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Hæc dicit Dominus Redemptor Israel, sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad servum dominorum: reges videbunt, et consurgent principes, et adorabunt propter Dominum, quia fidelis est, et sanctum Israel, quia te elegit.

℟. A ventre matris consecratus est propheta, ℣. evellere, et eruere, et perdere, et iterum ædificare et renovare. ℣. ad gentem fallacem mittam illum, et contra populum furoris mei mandabo illi. ℣. evellere. Euli. 119. Ezech. 10.

Lectio III.

Hæc dicit Dominus: in tempore placido exaudivi te, et in die salutis auxiliatus sum tui: et servavi te, et dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram, et possideres hereditates dissipatas; ut diceres his, qui vincti sunt: exite; et his qui in tenebris: revelamini. Super vias pascentur, et in omnibus planis pascua eorum. Non esurient, neque sitient, et non percutiet eos æstus et sol: quia miserator eorum reget eos, et ad fontes aquarum potabit eos. Et ponam omnes montes meos viam, et semita ~~meo~~ mea exaltabuntur.

. In novissimis diebus eris, et adducam
super terram meam: ℣. ut sciant gentes
iam sanctificatus fuero in te in oculis
rum. ℟. ante faciem meam stabis;
quasi os meum eris. ℣. ut. Ezech. 38.
2-16.

Lectio IV.

De Jeremiâ prophetâ. cap. j.

factum est verbum Domini ad me
ens: priusquam formarem te in ute-
novi te: et antequam exires de vulva,
ctificavi te, et prophetam in gentibus
dite. Et dixi: a a a Domine Deus: ecce
cio loqui, quia puer ego sum. Et dixit
minus ad me: noli dicere, puer sum;
oniam ad omnia, quæ mittam te, ibis;
universa, quæcumque mandavero tibi,
néris. Ne timeas a facie eorum, quia
um ego sum, ut eruam te, dicit Domi-
s. Et misit Dominus manum suam,
tetigit os meum; et dixit Dominus ad
: ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce
stitui te hodie super gentes, et super reg-
, ut evellas, et destruas, et dissipes,
difices, et plantes.

Prophetam suscitabo eis de medio
atrum suorum, ℟. et ℣. ponam verba
a in ore eius, loquenturque ad eos omnia,
e præcepero illi. ℣. Vocabis nomen
us Joannem; et multi in nativitate
us gaudebunt. ℟. et ponam. ℣. gloriâ.
ponam. Deut. 18. Luc. j.

In II. Nocturno antiphona.

Puer crescebat, et confortabatur spiritu: ℟.
et erat in desertis usque in diem osten-
tionis suæ ad Israel. Luc. j.

Erat vestitus pilis camelorum, et

Zona pellicea circa lumbos eius: ℣ & locustas, & mel silvestre edebat. Marc. j.

3. Venit Joannes Baptista prædicans in deserto Judæ & dicens: ℣ pœnitentiam agite; adpropinquavit enim regnum cœlorum. Matth. 3.

4. Egrediebatur ad eum omnis Judæa regio, ℣ & baptizabantur ab eo in Jordanis flumine, confitentes peccata sua. Marc. j.

5. Dixit Joannes Pharisæis: progenies viperarum; ℣ quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? Matth. 3.

6. Prædicabat dicens: venit fortior me post me: ℣ cujus non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum ejus. Marc. j.

℣. Ego servus tuus Domine,

℟. & filius ancillæ tuæ. Ps. 115.

Lectio V.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.

Serm. 29 de nov. ed.

Sancti Joannis solemnitatem celebramus, quanta est gloria indicis, si tanta est præconis? qualis est venturus via, si talis est, qui præparat viam? Nativitatem Joannis quodam modo consecratam observat Ecclesia: nec invenitur ullus in Patribus, quamvis nativitatem solemniter celebremus: celebramus Joannis, celebramus & Christi: hoc vacare non potest, & si forte a nobis pro tanta rei dignitate minus explicatur, fructuosius tamen & actius cogitatur. Nascitur Joannes de anicula sterili, nascitur Christus de juvencula virgine. Joannem parit sterilitas, Christum integritas. In nativitate Joannis clas congrua non erat parentalis, in nativitate Christi comples eus non erat

aritatis. Hæc angelo prædicante nuntiabur,
le angelo nuntiante concipitur.
. Concepit Elisabeth, et occultabat se men-
ibus quinque, dicens: * quia sic fecit mihi
minus in diebus, quibus respexit auferre
opprobrium meum inter homines. V.
xaltabitur sicut unicornis cornu meum;
Benedictus mea in misericordia uberi.
quia. Luc. j. Bf. gi.

Lectio VI.

idetur Joannes interiectus quidam limes
Testamentorum duorum, veteris et novi.
m eum esse, ut dixi quodam modo limitem,
minus ipse testatur dicens: lex et pro-
hete usque ad Joannem Baptistam. Sus-
net ergo personam vetustatis, et proce-
ium novitatis: propter personam ve-
statis de senibus nascitur: propter per-
nam novitatis in visceribus matris pro-
eta declaratur. Nondum enim natus,
sancte Mario adventum exultavit in
ero matris. Jam ibi designatus erat,
signatus antequam natus: cuius per-
rsona esset ostenditur, antequam ab eo vi-
retur. Divina sunt hæc, et mensuram
manæ fragilitatis excedunt. Postremo
scitur, incipit nomen, lingua solvitur
ctis.
. Elisabeth impletum est tempus pariendi
et peperit filium: * et audierunt vicini
cognati eius, quia magnificavit Domi-
us misericordiam suam cum illa, et con-
atulabantur ei. V. quis sicut Dominus
us noster? qui habitare facit sterilem in
mo matrem filiorum lætantem. * et.
uc. j. Bf. jii2.

Lectio VII.

re quod factum est, refer ad significatio-
m rerum, et vide magnum mysterium.

Zacharias tacet et amittit vocem, donec Joannes nasceretur procursor Domini, et aperiret vocem. Quid est silentium Zachariæ, nisi prophetia latens, et ante prædicationem Christi quodammodo occulta et clausa? Aperitur illius adventu, clara fit ventura eo, qui prophetabatur. Solvitur lingua, quia nascitur vox. Vox Joannes, Dominus autem in principio erat Verbum. Joannes vox ad tempus, Christus Verbum in principio æternum.

℟. Innuebant patri ejus, quem vellet vocari eum, et postulans pugillarem scripsit, dicens: ✝ Joannes est nomen ejus, et mirati sunt universi. ℣. Vocabitur nomen novum, quod os Domini nominabit. ✝ Joannes. Luc. 1. Isa. 62.

Lectio VIII.

A Joanne accipite humilitatis exemplum. Putatur Christus, dixisse non esse quod putatur, nec adjunxisse falsum errorem a sumi alienum. Si diceret, ego sum Christus, quam facillime crederetur, qui antequam diceret, credebatur? Non dixit: agnovisse, distinxisse, humiliavisse. Vidit, ubi haberet salutem: luerna se intellexit, et ne extingueretur vento superbiæ timuit. Hæc enim confessio placuit Deo, ut tanto gratior homo testimonium perhiberet Christo, qui poterat putari Christus. Denique in natis mulierum, sicut dixit ipse Christus, nemo exurrexit major Joanne Baptista. Si hoc homine nullus erat major homo, qui major est illo, plus est quam homo.

℟. Non sum ego Christus, sed missus sum ante illum: ✝ amicus sponsi, qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi; ✝ hoc gaudium meum impletum est. ℣. Ego autem in Domino gaudebo, et exultabo in Deo Jesu meo. ✝ hoc. ℣. Gloria. ✝ hoc. Joan. 3. Hab. 3.

In III. Nocturno.

nt. Hic est qui dictus est, per Isaiam pro-
detam: vox clamantis in deserto: * parate
iam Domini, rectas facite semitas eius. Matth. 3.

Canticum I. Isa. 40.

Vox clamantis in deserto: * parate viam
Domini:
Rectas facite in solitudine * semitas Dei
nostri.
Omnis vallis implebitur, * omnis mons et
collis humiliabitur.
Fiant prava in directa, * et aspera in
vias planas.
Et revelabitur gloria Domini: * et videbit omnis
caro pariter, quod os Domini locutum est.

Canticum II. ibid.

per montem excelsum ascende tu: * qui
evangelizas Sion.
exalta in fortitudine vocem tuam, qui
evangelizas Jerusalem: * exalta, noli
timere.
civitatibus Juda: * ecce Deus vester.
ce Dominus Deus in fortitudine veniet, *
et brachium eius dominabitur.
ce merces eius cum eo, * et opus illius
coram illo.
ut pastor gregem suum pascet, in brachio
suo congregabit agnos, et in sinu suo
levabit, * fetas ipse portabit.

Canticum III. Isa. 52.

am pulchri super montes pedes annun-
tiantis * et prædicantis pacem;
nuntiantis bonum, prædicantis salutem: *
dicentis Sion: regnabit Deus tuus.
x speculatorum tuorum: * levaverunt
vocem simul laudabunt:
ia oculo ad oculum videbunt, * cum con-
verterit Dominus Sion.
ndete et laetate simul deserta Jerusalem: *
quia consolatus est Dominus populum
suum, redemit Jerusalem.

℣. Paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium: * Et videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. ant. Hic est, qui dictus est per Isaiam Prophetam: vox clamantis in deserto: * parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Matth. 3.

℣. Salvi Dominus vocifue vocem virtutis: ℟. Tale gloriam Dei super Israel. Ps. 67.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. cap. 5.

Commendat charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius: multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. Non solum autem, sed et gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

℟. Joannes testimonium perhibet de Christo, et clamat dicens: qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat: * De plenitudine eius nos omnes accepimus. ℣. Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est. * et de. Joan. 1.

Lectio X.

Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur cum lex non esset. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos, qui non

euaverunt in fimilitudinem prevari-
tionis Adæ qui eſt forma futuri.
℟. Venit Joannes in omnem regionem
rdanis, * Et prædicavit baptiſmum pœni-
ntiæ in remiſſionem peccatorum. ℣. Fa-
ite fructum dignum pœnitentiæ; jam
nim ſecuris ad radicem arborum poſita
ſt. * Et. Luc. 3. Matth. 3.

Lectio XI.

Sicut non fuit delictum, ita et donum: ſi enim
unius delicto multi mortui ſunt; multo
magis gratia Dei et donum in gratia unius
hominis Jeſu Chriſti in plures abundavit.
Et non ſicut per unum peccatum, ita et do-
num: nam judicium quidem ex uno in
condemnationem; gratia autem ex multis
delictis in juſtificationem. Si enim unius
delicto mors regnavit per unum; multo ma-
gis abundantiam gratiæ et donationis et
juſtitiæ accipientes, in vitam regnabunt
per unum Jeſum Chriſtum.
℟. Vidit Joannes Jeſum venientem ad ſe,
et ait: * Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pec-
catum mundi. ℣. Ego vidi, et teſtimo-
nium perhibui, quia hic eſt Filius Dei.
Ecce. Joan. 1.

Lectio XII.

Sicut per unius delictum in omnes
homines in condemnationem, ſic et per u-
nius juſtitiam in omnes homines in juſti-
ficationem vitæ. Sicut enim per inobedien-
tiam unius hominis peccatores conſtituti
ſunt multi: ita et per unius obedientiam
juſti conſtituentur multi. Lex autem ſub-
intravit, ut abundaret delictum: ubi au-
tem abundavit delictum ſuperabundavit
gratia: ut ſicut regnavit peccatum in mor-
tem, ita et gratia regnet per juſtitiam
in vitam æternam, per Jeſum Chriſtum Domi-
num noſtrum.

℟. Ego quidem baptizo vos in aqua in poenitentiam: qui autem post me venturus est, * ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni. ℣. Super quem videris Spiritum descendentem et manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. * ipse. ℣. Gloria. * ipse. Matth. 3. Joan. 1.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 1.

Elisabeth implebantur sunt tempus pariendi, et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati eius, quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, et congratulabantur ei. Et factum est in die octavo, venerunt circumcidere puerum, et vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius dixit: nequaquam, sed vocabitur Joannes. Et dixerunt ad illam: quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem scripsit dicens: Joannes est nomen eius. Et mirati sunt universi. Apertum est autem illico os eius et lingua eius, et loquebatur benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum: et super omnia montana Judeae divulgabantur omnia verba haec, et posuerunt omnes, qui audierant, in corde suo, dicentes: quis putas puer iste erit? etenim manus Domini erat cum eo. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto, et prophetavit dicens: Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitavit, et fecit redemptionem plebi suae.

Ad Laudes Matutinas et horas.

Antiphona.

Amen dico vobis: * non surrexit inter
natos mulierum maior Joanne Bap-
tista. Matth. 11.

℣. Hic est propheta, et plus quam propheta,
de quo dictum est: * ecce ego mitto an-
gelum meum, qui proparabit viam
tuam ante te. ibid.

℣. Ipse procedet ante illum in spiritu et
virtute Elie: * parare Domino plebem
perfectam. Luc. j.

Ad cant. Gaude et lauda Jerusalem simul de-
serta Jerusalem, * quia consolatus est Do-
minus populum suum. Isa. 52.

℣. Joannes venit in testimonium, ut
testimonium perhiberet de lumine, * ut
omnes crederent per illum. Joan. j.

Lectio Isa. 49.

Audite insulae et attendite populi de longe:
Dominus ab utero vocavit me: de ventre
matris meae recordatus est nominis mei.

℟br. Tu Domine formasti me, * et Apo-
suisti super me manum tuam:

℣. Suscepisti me de utero matris
meo. Ps. 138.

Hymnus Brev. Rom.

Omnis felix, meritique celsi,
Nesciens labem nivei pudoris: *
Propotens Martyr, nemorumque cultor,
Maxime vatum.

℣. Serta ter denis alios coronant
Aucta crementis, duplicata quosdam: *
Trinate fructu cumulata centum
Vexibus ornant.

℣. Nunc potens nostri, meritis opimis,
Pectoris duros lapides repelle: *
Asperum planans iter, et reflexos
Dirige calles.

℣. Ut pius mundi Sator & Redemtor,
Mentibus culpæ fine labe puris, ✠
Rite dignetur veniens beatos
Donare gressus.

℣. Laudibus cives celebrent superni
Te Deus simplex, pariterque trine: ✠
Supplices & nos veniam precamur:
Care redemtis, amen.

℣. Domine spes mea a iuventute mea:
℟. In te cantatio mea semper. Ps. 70.

Ad Bened. ant. Zacharias repletus est Spiritu sancto, & prophetavit dicens: ✠ Tu puer propheta Altissimi vocaberis; præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius. Luc. 1.

Oratio Sac. Leon.

Deus, qui præsentem diem honorabilem nobis in beati Joannis nativitate fecisti: da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum; & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis æternæ. Per Dominum.

Ad Tertiam. Lectio Jer. 15.

Inventi sunt sermones tui, & comedi eos, & factus est mihi verbum tuum in gaudium & in lætitiam cordis mei: quoniam invocatum est nomen tuum super me, Domine Deus exercituum.

℣. Docebo iniquos vias tuas:
℟. Et impii ad te convertentur. Ps. 50.

Ad Sextam. Lectio Jer. 15.

Convertam te, & ante faciem meam stabis, & quasi os meum eris: convertentur ipsi ad te, & tu non converteris ad eos; & dabo te populo huic in murum æreum, fortem: & bellabunt ad versum te, & non prævalebunt.

℣. Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum;
℟. Et non confundebar. Ps. 118.

Ad Nonam. Lectio 44a. 8j.

Ipsi verba mea in ore tuo, et in umbra
manus mei protexi te, ut plantes coelos et
fundes terram, et dicas ad Sion: populus
meus es tu.
℟. Protegam eum, quoniam cognovit no-
men meum:
℣. Ostendam illi salutare meum. Ps. 90.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex I. Vesperis.

Lectio Luc. 46.

Electus a Domino Deo suo, in fide sua pro-
batus est Propheta: et cognitus est in verbis
suis fidelis, quia vidit Deum facie.
℟. Producam cornu David, * paravi lucer-
nam Christo meo:
℣. Super ipsum efflorebit sanctificatio mea. Ps. 131.

Hymnus Paris. Coff.

Quid moras nectis? Domino iubente
Cede, qui sauro caput igne cordae *
Hic tuis ardet manibus Joannes,
Amne lavari.
Quis fuit sensus tibi, cum videres
Supplicis ritu dare colla pronum? *
Cui pedum summo reputas honori
Solvere cora?
Cernis, ut nimbo rutilante, Christo
Spiritus, Patris comitante voce,
Incubat; * fese Triadisque tota
Pandit imago.
Diligens nostras operi minister: *
Victimam mundi scelus auferentem
Prodicans agnum digitoque fidus
Indice monstras.
Immemor laudis propriae, magistro
Delicias Christo praparas alumnos
Reddere; ardebas minui, decebat
Crescere Christum.
Nec fidem vita fuerit probatae;
Vindicem coepi rigidum pudoris

Te manet carier: * Domino crucesta
Morte proibis.

℣. Laus eternum celebret Parentem
Orbis; eternum celebret Parentis
Filium: * par sit tibi laus per omne
Spiritus ovum. amen.

℣. Provenisti cum Domine:
℟. In benedictionibus dulcedinis. Ps. 20.

Ad Magnif. ant. Ex quo honorabilis factus
es in oculis meis, et gloriosus, ego dilexi te: *
et dabo homines pro te, et populos pro
anima tua. Isa. 43.

Festum hoc occurrens in Solemnitate Corporis Christi, celebratur die sequenti, et tunc
fit sola commemoratio in secundis vesperis,
ubi etiam per octavam.

Die XXV. Junii.

De octava S. Joannis Baptistæ.
Semiduplex s. test.

Officium fit per octavam ut in festa, præter
ea, quæ habentur propria; excepta quoque
antiphonis nocturnorum, quæ dicuntur de
psalterio.

In I. Nocturno.

℣. Domine fres mea a iuventute mea:
℟. In te confirmatus sum ex utero. Ps. 70.

Lectio III.

Sermo Sancti Bernardi abbatis.

Serm. in Nativ. Joan. Bapt.

Audite, fratres, quid Dominus de Joanne loquatur, cuius solemnis hodie Nativitas
celebratur: Ille, inquit, erat lucerna ardens
et lucens. Magnum testimonium, fratres
mei; magnus est enim, cui perhibetur; sed
maior est ipse, qui perhibet. Ille, inquit,
erat lucerna ardens et lucens. Et enim tantum lucere, rea num, tantum ardere, parum; ardere et lucere, perfectum. Cæterum singulariter apostolis et apostolicis

virus dicitur: luceat lux vestra coram homi-
nibus: nimirum tanquam auensis, et
vehementer auensis, quibus non timeatur
a flatu prolibet aut impulsione ventorum.
Dictum est Joanni, sed illi in aure audiunt;
Joannes in spiritu tanquam angelus au-
ditur. Et nimirum tanto propinquior deo,
quanto vox verbo vicina, cui nulla voce
alia media, quod foris sonet, oportet intimari.
Neque enim Joannem prædicatio, sed inspi-
ratio docuit, quem replevit Spiritus in utero
matris suæ. Vere ardens, et vehementer
auensus, quem si præoccupavit flamma
celestis, nullam Christi fenestram advenientem,
minime dum sentire potest ad vel seipsum. Ec-
ce nimirum novus ille ignis, qui recens elapsus
cælo, per os Gabrielis in aurem intravit ad
virginis, rursum per os virginis et matris
introivit ad parvulum, ut tabea hora vas
electionis suæ Spiritus sanctus impleret, et
lucernam Christo Domino pararet. Fuit
ergo iam tunc ardens lucerna, sed interim
adhuc sub modio, donec super candelabrum
ponerentur, et lucerent omnibus, qui erant
in domo Domini.

℣. Joannes testimonium perhibuit veri-
tati: ille erat lucerna ardens et lucens: ✠ vos
autem voluistis ad horam exultare in luce
eius. ℟. Non erat ille lux, sed ut testimonium
perhiberet de lumine. ✠ vos autem. ℣. Gloria.
vos. Joan. 5. etj.

In II. Nocturno.

Lectio ad. 13.

Deus ex semine David, secundum promissio-
nem eduxit Israel Salvatorem Jesum,
prædicante Joanne ante faciem adventus
eius baptismum pœnitentiæ omni po-
pulo Israel.

℣. Deus docuisti me a iuventute mea:
℟. Usque nunc pronuntiabo mirabi-
lia tua. Psf. 70.

Oratio Sacr. Leon.

Omnipotens sempiterne Deus, qui diem
nobis beati Joannis generatione, promenda
confessione sacrato tibi plebis corda imbuis:
auge nobis fidei, pietatisque constantiam;
ut magis magisque fateamur excellentiam
Nunciati, cum tanta sit gloria nunciandis. Per eumdem Dominum.

Hoc oratio dicitur quotidie per octavam.
Vespere de sequenti, cum memoria octave ex II. Vesperis.

Die XXVI. Junii.

S. Joannis & Pauli Martyrum.

Duplex. 3. Lect.

Oratio Sacr. Gelas.

Quos summis, omnipotens Deus: ut nos
geminata letitia hodierno festivitatis
excipiat, que de beatorum Joannis & Pauli glorificatione processit, quos eadem
fides & passio vere fecit esse germanos.
Per Dominum.

Lectio III.

Ex S. Greg. M. Greg. Turon. [illegible]

Joannes & Paulus, quos, ait Gregorius Magnus in Prefatione Misse, in
nascendi lege iunxit germanitas, in gremio matris ecclesie fidei unitas, in passionis acerbitate ferenda unius amoris
societas; renascente sub Juliano apostata
idololatria pro Jesu Christi fide martyrium non sunt iudicati subire. Celebrem
eorum cultum Rome testantur Sacramentaria Gelasii & Gregorii, quibus eorum
memoria inserta est, et in priori quidem
cum vigilia. Horum Martyrum nomina
ex eo tempore ad actaris sacrificium tota
latina in canone Misse commemorat.

unde eorum veneratio semper in omnes
occidentis ecclesias propagata est, ac ubique
celebratur.

℟. Nobis unus Deus, * ex quo omnia, et
nos in illum; et * unus Dominus Jesus
Christus, per quem omnia, et nos per ipsum.
℣. Scimus, quia nihil est idolum in mundo,
et quod nullus est Deus, nisi unus. * ex
uno. ℣. gloria. * unus. j. Cor. 8.

Fit commemoratio octavæ in matutinis
et vesperis, oratio: Omnipotens. pag. 84.

Die XXVII. Junii.

De octava S. Joannis Baptistæ.

Semiduplex B. lect.

In I. Nocturno.

℣. Tu Domine susceptor meus es:
℟. Gloria mea, et exaltans caput meum. Ps. 3.

Lectio III.

De Sermone sancti Bernardi abbatis.

l. c.

Joannes erat lucerna ardens et lucens.
Bonavent: lucens et ardens; quia Joannis ex
fervore splendor, non fervor prodiit ex
splendore. Sunt enim, qui non colucent,
quia ferventi; sed magis ferventi ut luceant.
Isti plane non fervent charitatis spiri-
tu, sed studio vanitatis. Vultis nosse, quem-
admodum arserit Joannes et luxerit? Ego un-
umque in eo triplicem posse arbitror
inveniri, et ardorem scilicet et splendorem.
Ardens enim erat in seipso per eximiam sa-
nctitatem conversationis; erga Christum, inti-
mo quodam et pleno fervore devotionis;
erga peccantes proximos, constantia li-
bera increpationis. Luxit nihilominus,
et pluribus dixerim, exemplo, digito, verbo:
et seipsum ostendens admirationem, et lu-
minare magnus, quod calebat ad peccatorum

remissionem. Considera igitur hominem angelico promissum oraculo, conceptum miraculo, sanctificatum in utero, et novum in novo homine poenitentiæ mirare fervorem. Venit Joannes, ait Dominus, nec manducans, nec bibens. Incentivum fervoris id mihi est, et materia humilitatis. Quis enim in nobis est, fratres, qui Joannis poenitentiam intueus, quam non dico magnificare, sed alicuius saltem momenti reputare præsumat? quis audeat murmurare in laboribus suis, et dicere: satis est quod patior, nedum minis? quæ enim homicidia, quæ sacrilegia, aut quæ flagitia puniebat Joannes nisi ipsa? Accendamur ad poenitentiam, fratres, interrogemus conscientias nostras, et animemur ad ultionem exigendam de nobis, ut horrendum possimus evadere iudicium Dei viventis. Quidquid vero minus est fervoris, humilitas suppleat puræ confessionis.

℟. Dicebat Joannes ad turbas, quæ exibant, ut baptizarentur a se: ✱ facite fructus dignos poenitentiæ, ✱ iam enim securis ad radicem arborum posita est. ℣. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. ✱ iam enim. ℣. Gloria. ✱ facite. Luc. 3. et Matth. 3.

Die XXVIII. Junii.

Vigilia SS. Apostolorum.

De ea. 3. lect.

Totum officium fit de psalterio, præter sequentia.

Lectio III.

Sermo sancti Leonis Papæ.

Serm. 80.

Cum duodecim apostoli, accepta per spiri-
tum sanctum omnium conditione lingua-
rum, imbuendum Evangelio mundum, di-
visibus sibi terrarum partibus susceperunt:
beatissimus Petrus, princeps apostolici ordinis,
dignem Romani destinatur imperii; ut
lux veritatis, quæ in omnium gentium revela-
tam salutem, efficacius ea ab ipso capite per to-
tum mundi corpus effunderet. Hic colluvio-
nes philosophicæ opiniones, hic dissolvendæ
erant terrenæ sapientiæ vanitates, hic
confutandus dæmonum cultus, hic omnium
sacrificiorum impietas destruenda, ubi diligen-
tissima superstitione habebatur collectum,
quidquid usquam fuerat humanis erroribus
constitutum. Ad hanc urbem tu, beatissime
inter apostolos, venire non metuis, nec mundi
ruinam times Romam, qui in Caiphæ domo
paveras sacerdotis ancillam. Adquam beatus
apostolus tuus, vas electionis & specialis
magister gentium, Paulus occurrens, eodem
tu consociatus es tempore, quo iam omnis
nocentia, omnis pudor, omnisque libertas
Neronis laborabat imperio. Cuius furor
in omnem vitiorum inflammatus excessum,
hunc eum usque torrentem suo præcipitavit
exitio, ut primus nomini christiano abro-
garet generalis persecutionis inferret: quasi
per sanctorum neces gratiæ Dei posset extingui;
cuius hoc ipsum erat maximum lucrum,
si condemnatus vitæ huius cuidno perci-
peret felicitatis æterno.

℣. Erraverunt, et dispersi sunt greges mei,
non erat, qui requireret: propterea ego
te requiram oves meas, et congregabo
eas: ℟ requiescent, et in pascuis pinguibus
pascentur. ℣. Dicit Simoni Petro Jesus:
pasce agnos meos, pasce oves meas. ℟ requiesc.
Gloria. ℟ requiesc. Ezech. 34. Joan. 21.

Oratio Sanct. Greg.

Presta, quæsumus, omnipotens Deus: ut nullis nos permittas perturbationibus concuti; quos in apostolicæ confessionis petra solidasti. Per Dominum.

Et fit commemoratio octavæ ad Matutinas et Missam.

Die XXIX. Junii.

SS. Apostolorum Petri et Pauli.

Festivitas I. classis.

Cum octava minore.

Ad I. Vesperas.

antiphonæ.

1. Respiciens Jesum Joannes dixit: ecce agnus Dei: * et audierunt eum duo discipuli, et secuti sunt Jesum. Joan. j.
2. Erat Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus, qui audierant a Joanne: * et secuti fuerant Dominum. ibid.
3. Invenit hic primum fratrem suum Simonem, et dixit ei: invenimus Messiam: * et adduxit eum ad Jesum. ibid.
4. Intuitus eum Jesus dixit: tu es Simon filius Jona: * tu vocaberis Cephas. ibid.

Lectio Jer. 15.

Ecce ego mittam piscatores multos dicit Dominus, et piscabuntur eos: et post hoc mittam eis multos venatores, et venabuntur eos de omni monte, et de omni colle, et de cavernis petrarum: quia oculi mei super omnes vias eorum.

℟. br. Constitues eos principes * Super omnem terram:

℣. Memores erunt nominis tui Domine.
Ps. 144.

Hymnus Clun.

1. Mundus magnanimos nunc recolat duces,
Quos Christus proprio protulit de grege: *
Quid non debuit inclita sodalium
Aeterna gloria Principum?

2. Urbs immensa, modo nescia Caesarum,
Heroas geminos sustulit ad astra: *
Sese praecipuis, subdita nunc Deo,
Debet Roma parentibus.

3. Hic Petrus populis omnibus intonat
Sacramenta Dei: Paulus adhuc docet: *
Amborum sedet hic magnifico throno
Junctis foedere dignitas.

4. Hi sunt cui capitis splendida lumina,
Hi sunt mixta simul limpida flumina: *
Quae semper superis imbribus aridas
Terras largius irrigant.

5. Laus sit summa Patri, summaque Filio,
Sit par sancte tibi laus quoque Spiritus: *
Ut mundi pelago per geminam facem
Cursus dirige devios. amen.

℣. Magnificentiam gloriae sanctitatis tuae
loquentur:
℟. Et mirabilia tua narrabunt. Ps. 144.

℣. Magnif. ant. Vidit Jesus duos fratres,
monem et Andream, mittentes rete in
are; erant enim piscatores; et ait illis: *
ite post me, et faciam vos fieri piscа-
res hominum; at illi continuo relictis
libus secuti sunt eum. Matth. 4.

Oratio Sac. Greg.

eus, qui ecclesiam tuam apostolici Petri
de hac nomine consecrasti, quique beatum
i Paulum ad praedicandam gentibus

gloriam tuam sociare dignatus es: concede; ut omnes, qui ad apostolorum tuorum solemnia convenerunt, spiritali remuneratione ditentur. Per Dominum.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Christum, qui fundavit nos super fundamentum apostolorum: * venite adoremus. Ephes. 2.

Hymnus Cum.

1. Ambo divini proceres Senatus,
Principes coeli, soci laborum: *
Quos amor junxit simul ampla jungat
Pompa triumphis.

2. Par fides, et par utriusque votum,
Corda divino penetrante verbo: *
Maximo Regi nimis obstinatas
Subdere gentes.

3. Magna vos vidit, stupuitque Roma,
Roma tot diris habitata monstris: *
Vidit excisis penitus sepulta
Numina fanis.

4. Totus in Roma superatus orbis:
Par locus tantis utriusque palmis, *
Usque coelestis pretiosa servat
Semina verbi.

5. Occidens terris, oriensque coelo,
Prima par sacrum micat inter astra; *
Festis aeternum recolet perennes
Roma triumphos.

6. Laus Deo Patri, genitoque Proli,
Et tibi compar utriusque Flamen: *
Nos velis, tantis meritis, beatos
Tangere portus. amen.

In 1. Nocturno
antiphona.

Ascendens Jesus in navim, quæ erat Simonis, ✠ deduxit eum de navicula turbas. Luc. 5.

Ait Simoni Jesus: duc in altum, et laxate retia vestra in capturam. ibid.

Respondens Simon Petrus dixit illi: Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus; ✠ in verbo autem tuo laxabo rete. ibid.

Cum hoc fecissent, ✠ concluserunt piscium multitudinem copiosam. ibid.

Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Jesu, dicens: ✠ exi a me, quia homo peccator sum Domine. ibid.

Ait ad Simonem Jesus: noli timere; ✠ ex hoc iam homines eris capiens. ibid.

In omnem terram exivit sonus eorum; Et in fines orbis terræ verba eorum. Ps. 18.

Lectio I.

De actibus apostolorum. cap. ii.

In illis diebus ascendit Petrus Jerosolymam, disputabant adversus illum, qui erant ex circumcisione, dicentes: quare introisti ad viros præputium habentes, et manducasti cum illis? Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens: ego eram in civitate Joppe orans, et vidi in excessu mentis visionem, descendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis submitti de cœlo, et venit usque ad me. In quod intuens contemplabam, et vidi quadrupedia terræ, et bestias, et reptilia, et volatilia cœli.

Ste angeli veloces ad gentem convulsam et vilaceratam, ✠ ad gentem exspectantem et conculcatam. V. Ite, inquit, quos misit nimis, qui perambulent terram. ✠ Is. 18. Zach. 1.

Lectio II.

Audivi autem et vocem dicentem mihi: Surge Petre, occide et manduca. Dixi autem: nequaquam Domine; quia commune aut immundum numquam introivit in os meum. Respondit autem vox secundo de coelo: quae Deus mundavit, tu ne commune dixeris. Hoc autem factum est per ter; et recepta sunt omnia rursum in coelum.

℣. Effundam super vos aquam mundam, * et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. ℣. In die illa erit fons patens in ablutionem peccatoris, et spiritum immundum auferam de terra.

* cf. Ezech. 36. Zach. 13.

Lectio III.

Et ecce viri tres confestim adstiterunt in domo, in qua eram, missi a Caesarea ad me. Dixit autem Spiritus mihi, ut irem cum illis, nihil haesitans. Venerunt autem mecum et sex fratres isti, et ingressi sumus in domum viri. Narravit autem nobis, quomodo vidisset angelum in domo sua stantem, et dicentem sibi: mitte in Joppen, et, accersi Simonem, qui cognominatur Petrus, qui loquetur tibi verba, in quibus salvus eris tu, et universa domus tua.

℟. Sanabuntur aquae, et erunt pisces multi satis; stabunt super illas piscatores: * et sanabuntur, et vivent omnia, ad quae venerit torrens. ℣. Ecce ego mittam piscatores, dicit Dominus, et piscabuntur eos.

* cf. Ezech. 47. Jer. 16.

Lectio IV.

Cum autem coepissem loqui, cecidit Spiritus sanctus super eos, sicut et in nos in initio. Recordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat: Joannes quidem baptizavit

gua: vos autem baptizabimini Spiritu
ancto. Si ergo eamdem gratiam dedit illis
Deus, sicut et nobis, qui credimus in Domi-
num Jesum Christum; ego quis eram, qui
possem prohibere Deum? His auditis tace-
runt et glorificaverunt Deum dicentes:
ergo et gentibus poenitentiam dedit
Deus ad vitam.

℣. In tempore illo deferetur munus Domi-
o exercituum a populo divulso et dilacera-
o, * a gente exspectante et conculcata ℟.
locaum nominis Domini exercituum.

℣. Afferte Domino patrio gentium glo-
iam et honorem, tollite hostias, et introi-
te in atria ejus. ℟. ad ℣. gloria. * a gente.

a. 18. Ps. 95.

In II. Nocturno antiphona.

. Multi discipulorum abierunt retro, *
Dixit ergo Jesus ad duodecim: numquid
et vos vultis abire? Joan. 6.

. Respondit Simon Petrus: Domine, ad
quem ibimus? * verba vitae aeterna
habes. ibid.

. Nos credimus, et cognovimus, * quia
tues Christus Filius Dei. ibid.

. Dixit Jesus, quo ego vado, vos non pote-
stis venire: * Dixit ei Simon Petrus:
Domine quo vadis? Joan. 13.

. Respondit Jesus: quo ego vado, non po-
tes me modo sequi; * sequeris autem
postea. ibid.

. Dixit ei Petrus: quare non possum
te sequi modo? * animam meam pro te ponam.
animarecrem et in mortem ire. ibid.

. Lagueum paraverunt pedibus meis:
℣. Paratum cor meum, Deus. Ps. 56.

Lectio V.

9 4. Ex epistola prima Sancti Clementis Papæ I Martyris ad Corinthios. cap. 5.

Petrus ob iniquam emulationem non unum aut alterum, sed multos sustinuit labores: atque ita Martyr effectus discessit ad debitum gloriæ locum. Propter emulationem Paulus patientiæ præmium obtinuit, cum catenas septies portaret, vinctus fugatus, lapidatus, præco factus in oriente ac occidente, eximium fidei suæ decus accepit, totum mundum docens justitiam, et ad occidentis terminum veniens, et sub principibus martyrium passus: ita e mundo migravit, atque in locum sanctum abiit patientiæ magnum exemplar factus. His viris, qui divinam vitam duxerunt, aggregata est ingens electorum multitudo, qui multas contumelias, multaque tormenta propter æmulationem passi, exemplo pulcherrimo apud nos fuerunt.

℟. Videns Petrus ventum validum, timuit; cumque cepisset mergi, clamavit. ✠ Jesus apprehendit eum, et ait: ✠ modicæ fidei, quare dubitasti? ℣. Noli timere: vocavit nomine tuo, meus es tu: cum transieris per aquas, tecum ero. ✠ modicæ. Matth. 14. Isa. 43.

Lectio VI.

Ex libro secundo historiæ ecclesiasticæ Eusebii Cæsariensis. cap. 25.

Omnium divini Numinis hostium princeps et antesignanus Nero in ipsos etiam apostolos fœvit. Ac Paulus quidem Romæ capite truncatus, Petrus vero cruci affixus fuisse, eodem regnante, traditur. Quam quidem narrationem abunde confirmant Petri Paulique nomine insignita monumenta quæ in urbis Romæ cœmeteriis etiamnum visuntur. Sed et Caius quidam vir Catholicus,

qui Zephyrini Romano urbis episcopi tempo-
ribus floruit, in eo libro, quem scripsit adver-
sus Proculum patronum sectae cataphrygia-
rum, de loco, in quo prodidorum apostolo-
rum sacra corpora deposita sunt, ita loquitur:
ego vero, inquit, apostolorum tropea possum
ostendere. Nam sive in Vaticanum, sive ad
viam ostiensem viam pergere libet, occurrent
tibi tropea eorum, qui ecclesiam illam funda-
verunt.

℣. Dixit Jesus discipulis: quem me esse dicitis?
℟. Respondens Petrus dixit: Tu es Christus Filius
Dei vivi. ℣. Quis ascendit in coelum, atque
descendit? quod nomen est eius, aut quod nomen
filii eius, si nosti? ✻ Respondens. Matth. 16.
Rom. 10.

Lectio VII.

Porro ambos uno eodemque tempore marty-
rium subiisse, Dionysius Corinthiorum epis-
copus ad Romanos scribens testatur his
verbis: Ita vos, inquit, tanta admonitione
vestra sementem, quo Petri et Pauli fatione
adolevistis, Romae scilicet et Corinthios,
simul commiscuistis. Ambo enim illi mur-
rum nostram Corinthum ingressi, sparso
evangelico doctrinae semine nos instituerunt;
et in Italiam simul profecti, cum vos simi-
liter instituissent, eodem tempore martyri-
um pertulerunt.

℣. Beatus es Simon Bar-iona, quia caro et
sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus,
qui est in coelis; et ego dico tibi: ℟. quia tu es
Petrus, et super hanc petram aedificabo eccle-
siam meam. ℣. Pastor egregius est lapis
Israel: Deus omnipotens benedicet tibi.
℟. quia. Matth. 16. Gen. 49.

Lectio VIII.

Ex libro sancti Hieronymi Presbyteri
de Scriptoribus Ecclesiasticis.

Simon Petrus, filius Joannis, provinciae
Galilaeae, e vico Bethsaida, frater Andreae

℟.
apostoli, & princeps apostolorum, post
episcopatum Antiochensis Ecclesiæ, & prædi-
cationem dispersionis eorum qui de circum-
cisione crediderant, in Ponto, Galatia,
Cappadocia, Asia & Bithynia, secundo
Claudii Imperatoris anno adexpugnan-
dum Simonem Magum Romam pergit:
ibique annis viginti quinque cathedram
sacerdotalem tenuit, usque ad ultimum
annum Neronis, id est, decimum quar-
tum. a quo & affixus cruci, martyrio
coronatus est, capite ad terram verso, et
in sublime pedibus elevatis: asserens se in-
dignum, qui sic crucifigeretur ut Dominus
suus. Scripsit duas epistolas, quæ catholicæ
nominantur. Sepultus Romæ in Vati-
cano, juxta viam triumphalem, totius
urbis veneratione celebratur.

℟. Tibi dabo claves regni cœlorum, et
quodcumque ligaveris super terram, erit
ligatum & in cœlis: * & quodcumque
solveris super terram, erit solutum & in
cœlis. ℣. Dabo clavem David super humе-
rum eius, & aperiet, & non erit, qui clau-
dat; & claudet, & non erit, qui aperiat.
* quodcumque. ℣. Gloria. * quodcumque.
Matth. 16. Isa. 22.

In III. Nocturno.

Ant. Annuntiabunt gloriam meam gen-
tibus: * & adducent omnes fratres vestros
de cunctis gentibus donum Domino.
Isa. 66.

Cantica de communi Apostolorum.

℣. Annuntiate inter gentes glo-
riam Domini:

℟. In omnibus populis mirabi-
lia eius. Ps. 95.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Petri apostoli. cap. j.

Simon Petrus, servus et apostolus Jesu Christi, iis, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt dem in iustitia Dei nostri et Salvatoris Jesu risti. Gratia vobis et pax adimpleatur in gnitione Dei, et Christi Jesu Domini nostri. emodo omnia nobis divinæ virtutis ejus, æ ad vitam et pietatem donata sunt, r cognitionem ejus, qui vocavit nos propria gloria et virtute, per quem maxima preciosa nobis promissa donavit, ut per e efficiamini divinæ consortes naturæ: fuientes eius, quæ in mundo est concupiscentia rruptionem.

℣. Conversus Dominus respexit Petrum, ℟. recordatus est Petrus verbi Domini, et exivit foras flevit amare. ℣. Dominus ravit peccata ipsius, et exaltavit in altum cornu ejus; et dedit illi sedem gloriæ. ℟. Record. Luc. 22. Vidi. 47.

Lectio X.

Propter, fratres, magis satagite, ut per na opera certam vestram vocationem electionem faciatis: hæc enim facientes, n peccabitis aliquando. Sic enim abunde ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri et Salvatoris u Christi. Propter quod incipiam vos semr commonere de his: etsi quidem scientes confirmatos vos in præsenti veritate. stum autem arbitror, quamdiu sum in e tabernaculo, suscitare vos in commonitione: certus, quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod et Dominus noster Jesus Christus significavit mihi. Dabo autem ram, et frequenter habere vos post bitum meum, ut horum memoriam faciatis.

℟. Dixit Jesus Petro, significans qua morte clarificaturus esset Deum: cum senueris * extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet, quo tu non vis. ℣. Euae data sunt super te vincula, et ligabuntur te in eis, et non egredieris de medio eorum. * extendes. Joan. 21. Ezech. 3.

Lectio XI. cap. 3.

Hanc ecce vobis, charissimi, secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sinceram mentem: ut memores sitis eorum, quae prędixi, verborum a sanctis prophetis, et apostolorum vestrorum, praeceptorum Domini et Salvatoris. Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes: ubi est promissio aut adventus eius? ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturae. Non tardat Dominus promissione sua, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reverti.

℟. Simon ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: * et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos. ℣. Convertam te, et ante faciem meam stabis, et quasi os meum eris; ipsi convertentur ad te. * Et tu. Luc. 22. Jer. 15.

Lectio XII.

Propter quod, charissimi, haec exspectantes, satagite immaculati et inviolati ei inveniri in pace. Et Domini nostri longanimitatem salutem arbitremini:

ut et charissimus frater noster Paulus
undum datam sibi sapientiam scripsit
bis, sicut et in omnibus epistolis, lo-
uens in eis de his: in quibus sunt quedam
ficilia intellectu, quae indocti et instа-
es depravant, sicut et ceteras scripturas,
suorum ipsorum perditionem. Vos
tem, fratres, praescientes custodite, ne
sipientium errore traducti excidatis
propria firmitate. Crescite vero in
atia, et in cognitione Domini nostri
Salvatoris nostri Jesu Christi: ipsi
oria et nunc, et in diem aeternita-
, amen.

. Dixit Jesus Simoni Petro: Simon Jo-
nis diligis me? ait illi: etiam Domine,
scis, quia amo te. ℣. Dixit ei: ℣. pasce agnos
cos. ℣. Constituit eum principem omnis
ssessionis suae, ut erudiret principes eius
ut semetipsum; et senes eius prudentiam
ceret. ℣. Dixit. ℣. Gloria. ℣. pasce. Joan.

. Ps. 104.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthaeum. cap. 16.

illo tempore: Venit Jesus in partes Ce-
reo Philippi; et interrogabat discи-
los suos dicens: quem dicunt homines
e filium hominis? at illi dixerunt:
ii Joannem Baptistam, alii autem
iam, alii vero Jeremiam, aut unum
prophetis. Dicit illis Jesus: vos autem
em me esse dicitis? Respondens Simon
trus dixit: tu es Christus Filius Dei vivi.
sponsens autem Jesus dixit ei: beatus es
mon Bar-Jona, quia caro et sanguis
n revelavit tibi; sed Pater meus, qui in
lis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus,
Super hanc petram aedificabo ecclesiam
eam, et portae inferi non praevalebunt

adversus eam. Et tibi dabo claves regni coelorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis: et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelis. Oratio ut infra.

Ad Laudes Matutinas Horas.

antiphonæ.

1. Surge Petre, accide et manduca: * quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris. act. 10.

2. Aperiens Petrus os suum dixit: * in veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus. ibid.

3. Adhuc loquente Petro cecidit Spiritus Sanctus super omnes, * qui audiebant verbum. ibid.

4. ad cant. Obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro, * quia et in nationes gratia Spiritus Sancti effusa est. ibid.

5. Glorificaverunt Deum dicentes: * ergo et gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam. act. 11.

Lectio Colos. 1.

Mysterium absconditum a seculis nunc manifestatum est Sanctis, quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ sacramenti hujus in gentibus, quod est Christus; quem nos annuntiamus, docentes omnem hominem in omni sapientia; ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Jesu.

℟. br. Confitemini Domino, * et invocate nomen ejus:

℣. Annuntiate inter gentes opera ejus. Ps. 104.

Hymnus Paris. Coff.

Orbe nunc toto celebrentur ambo
Principes, orbis Deus atque lumen: ✱
Mille qui Christo peperere verbi
Semine gentes.

Auctor incepti Deus: ille terras
Incolens, primas tibi Petre defert: ✱
Nox vocat Paulum, properas regressus
Victor ad arces.

Aether aterni Patris eruditur
Voce delapsa: ✱ super astra raptus
Aether arcano fauet veritatis
Flumina potat.

Quanta sub vili latitat potestas
Corpore! infirmos tua sanat umbra
Petre: ✱ lethales tua, Paule, pellunt
Lintea morbos.

Mergitur ponto properante Petrus:
Naufragum Paulus fluitat per aequor: ✱
Christe, ades, sevosque imbres utrique
Parcere fluctus.

Qui fidem cernis tumulare nostram,
Tu vacillantes rege, Christe, gressus: ✱
Tu, Deus, tantos docili sequamur
Corde Magistros. amen.

In omnem terram exivit sonus eorum: Et in fines orbis terre verba eorum. Psl. 18.

Bened. ant. Dabo opus eorum in veritate: et foedus perpetuum feriam eis: ✱ et sciat in gentibus semen eorum, et germen eorum in medio populorum. Isa. 61.

Oratio Sac. Leon.

Deus, qui hodiernam diem apostolorum tuorum Petri et Pauli martyrio consecrasti: da Ecclesiæ tuæ eorum in omnibus legis præceptum; per quos religionis tuæ sumsit exordium. Per Dominum.

Ad Tertiam. Lectio act. 10.

In omni gente, qui timet Deum & operatur
iustitiam, acceptus est illi. Verbum misit Deus
filiis Israel, annuntians pacem per Jesum
Christum: hic est omnium Dominus.
℣. Deus excelsus subiecit populos nobis:
℟. & gentes sub pedibus nostris. Ps. 46.

Ad Sextam. Lectio act. 15.

A diebus antiquis Deus in nobis elegit, per
os meum audire gentes verbum Evangelii
& credere: & qui novit corda Deus, testimo-
nium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum,
sicut & nobis.
℣. Annuntiaverunt cœli iustitiam Domini:
℟. Viderunt omnes populi gloriam eius. Ps. 96.

Ad Nonam. Lectio 1. Thes. 2.

Vos populus adquisitionis: ut virtutes
annuntietis eius, qui de tenebris vos vo-
cavit in admirabile lumen suum: qui ali-
quando non populus, nunc autem populus
Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc
autem misericordiam consecuti.
℣. Tu es Deus, qui facis mirabilia:
℟. Notam fecisti in populis virtutem
tuam. Ps. 76.

Ad II. Vesperas.

antiphona ex I. Vesperis.

Lectio 1. Thes. 2.

Vos testes estis & Deus, quam sancte & iuste,
& sine querela vobis, qui credidistis fuimus:
sicut scitis, qualiter unumquemque ve-
strum sicut pater filios suos, deprecantes vos,
& consolantes testificati sumus, ut ambula-
retis digne Deo: qui vocavit vos in suum
regnum & gloriam.

℣. br. Deus auribus nostris audivimus:
℟. patres nostri annuntiaverunt nobis:
℣. Opus quod operatus es in diebus eorum.
Bf. 43.

Hymnus Clun.

Supreme Princeps, dux gregis,
Qui clausa pandis sidera: ✱
Spectante Roma clarior,
Intras olympum sanguine.

Affixus alto stipiti
Inversis in terram capud: ✱
Quo te magis nunc deicis,
Hoc mente maior emicas.

Non ausus credo crucis
Ambire Petrus gloriam, ✱
Coelo daturus spiritum
Pedes adorat Numinis.

Paulus magister gentium
Mactatus ense victima: ✱
Minorque ponit verticem
Christo supremo vertici.

Cursus peregit nix pigros,
Gaudetque Christo perfrui: ✱
Labore partis arduo
Victor coronis cingitur.

Ambo triumphant principes,
Quos pulera inundat funera: ✱
Ambo superni sedibus
Summi locantur Judices.

Deo Patri sit gloria,
Eiusque soli Filio: ✱
Sancto simul cum Spiritu
In sempiterna secula. amen.

℣. Nimis honorati sunt amici tui Deus:
℟. Nimis confortatus est principatus
eorum. Bf. 138.

ad Magnif. ant. Principes & inclitis-
rael, amabiles & decori in vita sua, & in
morte quoque non sunt divisi. 2. Reg. 1.

Die XXX. Junii.

Commemoratio S. Pauli Apostoli.

Duplex maius, 12. lect.

Si habeat primas Vesperas, antiphona,
Lectio 4. R. br. de matutinis, hymnus
vero ex vigiliis.

℣. Quis Deus magnus sicut Deus noster?
℟. Tu es Deus qui facis mirabilia. Psa. 76.

ad Magnif. ant. Eue testem populis dedi
cum: * Ducem, ac præceptorem gentibus. Isa. 55.

Oratio San. Gelas.

Deus, qui multitudinem gentium beati
Pauli apostoli prædicatione docuisti: da
nobis, quæsumus, ut cuius natalitia co-
limus, eius apud te patrocinia sentia-
mus. Per Dominum.

Et fit commemoratio S. Petri, ut infra
ad matutinas.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Christum, qui vocavit Paulum pa
gratiam suam, * venite adoremus. Gal. 1.

Hymnus Clun.

1. Divinum memori pectore principem
Paulum pro meritis tollite laudibus: *
Orbis concelebret iam docilis Deo
Orbi propositum Ducem.

2. Vivo nos genuit semine gratia,
Miris mille modis, mille periculis; *
Tanti patris amor non sine sanguine
Lucratus sobolem Deo.

3. Quam lucem superis fontibus hauserat,
Oblatus veterum, raptus in æthera; *
Commissis populis, delictor omnibus,
Cleso dividit alveo.

Postus divitias, pauperiem pati,
Divinis animos moribus imbuit: ✝
Merces exigitur nulla laboribus,
Victum suppeditant manus.
Laus sit summa Patri, summaque Filio,
Par sit Sancte tibi laus quoque Spiritus: ✝
Da Pastum per iter, quod docet, ordinem,
Nobis, qua liceat sequi. amen.

In I. Nocturno antiphona.

Qui operatus est Petro in apostolatum circumcisionis, ✝ operatus est et mihi inter gentes. Gal. 2.

Scripsi vobis propter gratiam, quae data est mihi a Deo, ✝ ut sim minister Christi Jesu in gentibus, sanctificans Evangelium Dei. Rom. 15.

Evangelium, quod evangelizatum est a me, non est secundum hominem: ✝ neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi. gal. 1.

Nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi? ✝ nonne opus meum vos estis in Domino? 1. Cor. 9.

Quae est merces mea? ut evangelium praedicans sine sumptu ponam evangelium, ✝ ut non abutar potestate mea in Evangelio. 1. Cor. 9.

Quamdiu ego sum gentium apostolus, ✝ ministerium meum honorificabo. Rom. 11.

Eripies me Domine de contradictionibus populi:
Constitues me in caput gentium. Ps. 17.

Lectio I.

De actibus apostolorum. cap. 20.

Mileto Paulus mittens Ephesum, vocavit maiores natu Ecclesiae. Quibus venisset eum, et simul esset, dixit eis: vos scitis a prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim,

Serviens Domino, cum omni humilitate, et lacrymis, et tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum: quomodo nihil subtraxerim utilium, quo minus annunciarem vobis, et docerem vos publice et per domos, testificans Judæis atque gentilibus pœnitentiam, et fidem in Dominum nostrum Jesum Christum. Et nunc ecce alligatus ego spiritu, vado in Jerusalem, quæ in ea ventura sint mihi ignorans, nisi quod Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur dicens, quoniam vincula et tribulationes Jerosolymis me manent.

℟. Positus sum ego prædicator et apostolus et magister gentium: ✝ ob quam causam patior, sed non confundor, scio enim cui credidi. ℣. Ipse Deus meus, et Salvator meus: in Deo gloria mea, et spes mea in Deo est. ✝ ob. 2. Tim. j. 8. 6j.

Lectio II.

Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem quam me, dummodo consummem cursum meum, et ministerium verbi, quod accepi a Domino Jesu, testificari Evangelium gratiæ Dei. Et nunc ecce scio, quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transivi prædicans regnum Dei. quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi, quo minus annunciarem omne consilium Dei vobis.

℟. In Evangelio laboro usque ad vincula quasi male operans; sed verbum Dei non est alligatum: ideo omnia sustineo propter electos, ✝ ut et ipsi

tem consequantur. ℣. Non confun-
ur super me qui gnorunt te Deus Is-
l: quoniam propter te sustinui oppro-
um. ℟ ut. 2. Tim. 2. Ps. 68.

Lectio III.

Vendite vobis ℟ uni verso gregi, in quo
Spiritus sanctus posuit episcopos, regere
lesiam Dei, quam adquisivit sanguine
e. Ego scio, quoniam intrabunt post
cessionem meam lupi rapaces in vos,
n parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exur-
nt viri loquentes perversa, ut abducant
scipulos post se. Propter quod vigilate,
moria retinentes, quoniam per triennium
ne et die non cessavi cum lacrymis mone-
unquemque vestrum.

Scitis, qualiter unumquemque vestrum,
rentes vos et consolantes, testificati su-
s, ut ambuletis digne Deo, qui vocavit
in suum regnum et gloriam. ℣. Testes
oco hodie coelum et terram, quod propo-
rim vobis vitam et mortem, benedictio-
et maledictionem. ℟ ut. j. Reg. 2. Deut. 30.

Lectio IV.

nunc commendo vos Deo, et verbo gratiæ
ius, qui potens est ædificare, et dare he-
ditatem in sanctificatis omnibus. Ar-
tum aut aurum, aut vestem nullius con-
vi, sicut ipsi scitis: quoniam ad ea, quæ
ihi opus erant, et his qui mecum sunt,
inistraverunt manus istæ. Omnia ostendi
bis, quoniam sic laborantes oportet susci-
re infirmos, ac meminisse verbi Domini
ri, quoniam ipse dixit: beatius est magis
re, quam accipere. Et cum hæc dixisset,
positis genibus suis oravit cum omnibus
is. Magnus autem fletus factus est

omnium, et procumbentes super collum Pauli osculabantur eum, dolentes maxime in verbo, quod dixerat, quoniam amplius faciem eius non speraret visuri. Et deducebant eum ad navem.

℟. Memores estis fratres laboris nostri et fatigationis, ✱ nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaremus, prædicavimus in vobis evangelium Dei. ℣. Testis est Dominus, et testis Christus eius in die hac, quia non invenieritis in manu mea quippiam. ✱ nocte. ℣. Gloria. ✱ nocte. 1. Thes. 2. 1. Reg. 12.

In II. Nocturno antiphona.

1. Dixit Spiritus sanctus: Virum, cuius est zona hæc, alligabunt in Jerusalem Judæi, ✱ et tradent in manus gentium. Act. 21.

2. Dixit Paulus: ✱ quid facitis flentes, et affligentes cor meum? ibid.

3. Ego non solum alligari, sed et mori paratus sum, ✱ propter nomen Domini Jesu. ibid.

4. Nihil horum vereor, dum modo consummam cursum meum, et ministerium verbi, ✱ quod accepi a Domino Jesu. Act. 20.

5. Si immolor super sacrificium et obsequium fidei vestro, ✱ gaudeo et congratulor omnibus vobis. Philip. 2.

6. Ego libentissime impendam et superimpendar ipse ✱ pro animabus vestris. 2. Cor. 12.

℣. In Deo laudabo sermones meos, in Deo speravi:

℟. Non timebo, quid faciat mihi homo. Ps. 55.

Lectio V.

Ex libro sancti Hieronymi presbyteri

aulus apostolus, qui ante Saulus, extra nu-
erum duodecim apostolorum, de tribu
eniamin et oppido Judee Giscalis fuit,
o a Romanis capto, cum parentibus suis
arsum Cilicie commigravit: a quibus
studia legis missus Jerosolymam, a Ga-
aliele viro doctissimo, cuius tunas me-
init, eruditus est. Et quia in actibus apo-
olorum plenissime de eius conversatione
ipsum est, hoc tantum dicam, quod post
assionem Domini vicesimo quinto anno,
est, secundo Neronis, eo tempore, quo Festus
curator Judee successit Felici, Roma-
nus mittitur, et biennium in libera
anens custodia, adversus Judeos de adven-
Christi quotidie disputavit. Sciendum autem,
prima satisfactione, reedum Neronis im-
rio roborato, Paulum a Nerone dimissum,
Evangelium Christi in occidentis quoque
ibus predicaretur, sicut ipse scribit se-
da epistola ad Timotheum, eo tempore,
o et passus est, de vinculis dictans epistolam.
i ergo quarto decimo Neronis anno, eoden
-quo Petrus, Rome pro Christo capite tun-
tur, sepultusque est in via [illegible] ostiensi,
nno post passionem Domini tricesimo
timo.

. Assistens Paulo Dominus ait: *confortans
lo; sicut enim testificatus es de me in Je-
salem, sic te oportet et Rome testificari.
. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac
receptorem gentibus. *confortans. act. 23. Ps. 88.

Lectio VI.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
adverf. vituper. vitæ monast. l. j.

um beatus Paulus pelliam, quam Nero
scribat, fidei sacramenta suscipere indu-
, simul persuaserat, impurum illum
ngressum declinare. Ille corruptorem et

impostorem Paulum vocitans, primum quidem eum conjecit in vincula. Cum vero illi persuadere non posset, ut puellae hoc nomen dare desineret, nec avisitandem. Quid igitur ex hoc contigit vel detrimenti ei, qui mortem passus est, vel emolumenti ei, qui intulit? Immo, quid non emolumenti fuit tum necato Paulo? quid non detrimenti necanti Neroni?

℟. Quod in me, promptum est vobis, qui Romae estis evangelizare: ℣ non enim erubesco Evangelium. ℣. Loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum, et non confundebar. ℣ non enim. Rom. j. Ps. 118.

Lectio VII.

In 2. ep. ad Timoth. cap. 2.

Paulus Cilix erat, pellium sutor, inops, imperitus externae sapientiae: homo saepe cum fame luctatus, et nudi vestitus necessarium saepe deerat. Neque hoc solum, sed in vinculis quoque cum latronibus et homicidis, et Verone in bestes ejecto debatur tamquam maleficus. Quis igitur illustrior, quis gloriosior, qui catenam circumferebat, vinctusque trahebatur ex carcere, an qui superabatur in purpura? qui contemnebatur imperans, an qui ipsius nihil curabat iubentis imperium? qui, solus cum esset, vicit an qui innumero vallatus exercitu victus est? cujus, inquam, sortem quis potius capiat magis, Neronis an Pauli? Illius nempe neque sepulcrum cuiquam notum: at contra hujus regibus omnibus splendidior regia in urbe, in qua vicit, conditus est: hujus per ora omnium ubique celebratur, coronatus que praedicatur; ille contra maledictis lacessitur innumeris.

℟. Scire vos volo, fratres, quia quae circa me sunt, magis ad profectum venerunt Evangelii: ℣ ita ut vincula mea manifesta

erent in omni prætorio, et in cæteris omni-
us. ℣. Erunt tibi compedes in professionem
rtitudinis et bases virtutis; et vincula illius
ligatura salutaris. ✠ ita. Philipp. j. Eulo. 6.

Lectio VIII.

Gn epist. ad Rom. cap. 16.

is mihi dabit circumfundi corpori Pauli,
ligi sepulcro, videre pulverem corporis illius,
no adhuc in Christo deerant, adimplentis,
gnata illius gestantis, prædicationem
angelii ubique seminantis! Pulverem,
iquam, oris illius, per quod magnalia
ineffabilia Christus locutus est, et admi-
nda illa oracula orbi protulit Spiritus
ndus? quid enim os istud sanctum non
cit? Dæmones expulit, peccata absolvit,
annos compescuit, philosophorum linguas
ravit, orbem Deo adduxit, barbaros philoso-
ari persuasit, omnia coaptavit, quo in terra,
quo in cœlis adquem voluit modum disposuit.
n solum autem oris, sed et corporis illius
overem videre vellem. Cor istud adeo
it latum, ut nisi susceperit et integras
bes, et populos, et gentes: cor cœlis sub-
imius, orbe latius, radiis solaribus
lendidius, igne fervantius, adamante
idius. Cor Pauli cor erat Christi, et pla-
la Spiritus sancti, atque gratiæ volumen.
id opus est singula recensere? vellem videre
ulcrum, quo recondita sunt arma illa justitiæ,
na lucis, membra in quibus vivebat Christus,
o templum fuerunt Spiritus sancti. Hoc
pus Romam munit, et cum isto corpus
iam Petri.

℣. Os nostrum patet ad vos, cor nostrum
latatum est: ✠ eandem habentes remu-
rationem, tam quam filiis dico, ✠ dila-
mini et vos. ℣. Testis mihi est Deus,

quomodo cupiam omnes vos in visceribus
Jesu Christi. ℟ eamdem. ℣. gloriâ. ℟ dilatamini.
2. Cor. 6. Philip. 1.

In III. Nocturno.

Ant. Posui te in lucem gentium: ℟ ut sis
in salutem usque ad extremum terræ. ad. js.

Cantica de communi apostolorum.

℣. Narrabo nomen tuum fratribus meis:
℟. In medio ecclesiæ laudabo te. Ps. 21.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Timotheum. cap. 1.

Noli erubescere testimonium Domini nostri,
neque me vinctum ejus: sed collabora Evan-
gelio secundum virtutem Dei: qui nos libera-
vit et vocavit vocatione sua sancta, non se-
cundum opera nostra, sed secundum propo-
situm suum et gratiam, quæ data est nobis
in Christo Jesu ante tempora sæcularia: mani-
festata est autem nunc per illuminationem
Salvatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit qui-
dem mortem, illuminavit autem vitam
et incorruptionem per Evangelium: in quo
positus sum ego prædicator, et apostolus et
magister gentium.

℟. Evangelium, quod evangelizatum est
a me, non est secundum hominem: ℟ neque
enim ab homine accepi illud, neque didici;
sed per revelationem Jesu Christi. ℣. Dixit
Dominus ad me: ecce dedi verba mea in ore
tuo; ecce constitui te super gentes. ℟ neque.
Galat. 1. Jer. 1.

Lectio X. cap. 2. d.

Memor esto Dominum Jesum Christum
resurrexisse a mortuis ex semine David, se-
cundum Evangelium meum: in quo laboro
usque ad vincula, quasi male operans; sed
verbum Dei non est alligatum. Propter omnia

stinec propter electos, ut et ipsi salutem
sequantur, quae est in Christo Jesu cum
oria coelesti. Tu autem assecutus es meam
ctrinam, institutionem, propositum,
dem, longanimitatem, dilectionem, pa-
ntiam, persecutiones, passiones: qualia
ihi facta sunt antiochiae, Iconii et Lystris:
ales persecutiones sustinui, et ex omni-
s eripuit me Dominus.

In labore fui, et aerumna, in vigiliis
ultis, in fame et sitti, in frigore et nudi-
te: et praeter illa, quae extrinsecus sunt,
stantia mea quotidiana, sollicitudo
nium ecclesiarum. V. Die noctuque ob-
dear et gelu, fugiebatque somnus ab oculis
is. et praeter. 2. Cor. ii. Gen. 31.

Lectio XI. cap. 4.

vero vigila, in omnibus labora, opus fac
ngelistae, ministerium tuum imple, sobrius
s. Ego enim iam delibor, et tempus resolutio-
is mei instat. Bonum certamen certavi, cur-
um consummavi, fidem servavi. In reliquo
ondita est mihi corona iustitiae, quam red-
et mihi Dominus in die illa iustus iudex: non
ium autem mihi, sed iis, qui diligunt ad-
ntum eius.

Cum liber essem ex omnibus, omnium
servum feci, ut plures lucrifacerem: et
nibus omnia factus sum, ut omnes fac-
m salvos. V. Videte, quoniam non soli mihi
boravi, sed omnibus exquirentibus veritа-
em. et omnibus. 1. Cor. 9. Euli. 24.

Lectio XII.

a prima mea defensione nemo mihi ad-
sitit, sed omnes me dereliquerunt: non illis
putetur. Dominus autem mihi adstitit,
confortavit me, ut per me praedicatio im-
leatur, et audiant omnes gentes: et libera-
s sum de ore leonis. Liberavit me Domi-
us ab opere malo, et salvum faciet in

regnum suum coeleste: cui gloria in secula seculorum: amen.

℟. Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi; ✱ per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. ℣. Quid mihi est in coelo, et a te quid volui super terram? Deus cordis mei. ✱ per quem. ℣. Gloria. ✱ per quem. Galat. 6. Phil. 12.

Evangelium, ut supra in festo S. Barnabe die XI. hujus, oratio ut supra in Vesperis.

Ad Laudes Matutinas Horas.

Antiphonæ.

1. In defensionem Evangelii positus sum, ✱ pro quo legatione fungor in catena. Philip. 1. Eph. 7.

2. Omnia sustineo propter electos, ut ipsi salutem consequantur, ✱ quæ est in Christo Jesu cum gloria coelesti. 2. Tim. 2.

3. Signa apostolatus mei facta sunt in omni patientia: ✱ in signis, et prodigiis, et virtutibus. 2. Cor. 12.

4. ad cantica. Vobis sum apostolus; ✱ nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino. 1. Cor. 9.

5. Magnificabitur Christus in corpore meo sive per vitam sive per mortem: ✱ mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum. Philip. 1.

Lectio Epistolæ. 3.

Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus Evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes, quæ sit dispensatio Sacramenti a seculis in Deo, qui omnia creavit.

. br. Tu es Deus salutis meæ: * qui subdis
populos sub me:
. Propterea confitebor tibi in nationi-
bus. Ps. 17.

Hymnus Clun.

Paulo pauperies splendida copia;
Ingens mœror erat lætitiæ leges: *
Carcer, naufragium, crebraque verbera,
Acto semina gloriæ.
Mors desiderium, mors fuit cluerum:
Terris hunc retinet sola necessitas, *
Fratrum solus amor, proquibus obviam
Lætum vovet hostiam.
Tandem Roma virum vidit, inanium
Cultrix Roma Deum: Cæsaris in domum
Infert ille fidem: * sæva nec alligant
Verbum vincula liberum.
Mundo conspicuum ceu iubar emicat,
Spargens æthereum, quo gradiatur, diem: *
Humanis oculis qui semel occidit,
Æterno rutilat die.
Laus sit summa Patri, summaque Filio,
Par sit Sancte tibi laus quoque Spiritus. *
Da Paulum per iter, quod facit, arduum
Nobis, quà licead, sequi. amen.
Deus docuisti me a iuventute mea:
Usque nunc pronuntiabo mirabilia
tua. Ps. 70.

Bened. ant. Gratia Dei sum id, quod sum,
gratia eius in me vacua non fuit, sed
abundantius illis omnibus laboravi: *
non ego autem, sed gratia Dei mecum.
2. 15.

Oratio Dum.

, qui beatum Paulum elegisti, per cuius
nefferium verbum fidei, quod prædicavit
entibus, ad nos usque pervenire: fac, ipse
credente, sis stabiles et immobiles a spe

Evangelii, quod accepimus, permanere; ut in die revelationis tuæ immaculati & irreprehensibiles coram te inveniri mereamur. Per Dominum.

Et dicitur Alleluia. ad II. Vesperas.

℣. Precommemoratione Sancti Petri.

Ant. Ego dico tibi: quia tu es Petrus: & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam. Matth. 16.

℣. Posui adiutorium in potente:

℟. Et exaltavi electum de plebe mea. Ps. 88.

Oratio Saur. Gelas.

Deus, qui beato Petro apostolo tuo, collatis clavibus regni cælestis, ligandi atque solvendi pontificium tradidisti: concede; ut intercessionis eius auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur.

Deinde fit memoria octavæ S. Joannis.

℣. Si hodie non fiat de S. Paulo, in laudibus primo loco fit commemoratio de octava S. Joannis, postea de octava apostolorum, ut die sequente notatur.

Ad Tertiam. Lectio Colos. 1.

Nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia: cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos, ut impleam verbum Dei.

℣. Annuntiavi iustitiam tuam in ecclesia magna:

℟. Veritatem tuam & salutare tuum dixi. Ps. 39.

Oratio ad horas minores ex I. Vesperis.

Ad Sextam. Lectio. Rom. 15.

Habeo gloriam in Christo Jesu ad Deum: non

im audeo aliquid loqui eorum, quæ per
e non efficit Christus in obedientiam gen-
im, verbo et factis, in virtute signorum
prodigiorum, in virtute Spiritus sancti:
ut ab Jerusalem per circuitum usque ad
yricum repleverim Evangelium Christi.
Annuntiavi, et locutus sum:
Multiplicati sunt super numerum. Ps. 39.

Ad Nonam. Lectio 2. Jun. 4.

iam deliber, et tempus resolutionis
e instat: bonum certamen certavi, cur-
n consummavi, fidem servavi: in reli-
o reposita est mihi corona justitiæ, quam
det mihi Dominus in illa die justus
dex.
Retribuet mihi Dominus secundum ju-
stitiam meam:
Et secundum puritatem manuum mea-
rum retribuet mihi. Ps. 17.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Philip. 3.

e retro sunt obliviscens, ad ea vero, quæ
nt priora, extendens me ipsum, ad scopum
tum persequor, ad bravium supernæ
cationis Dei in Christo Jesu.
Br. Sitivit anima mea * ad Deum fortem
vivum:
Quando veniam, et apparebo ante faciem
Dei. Ps. 41.

Hymnus Paris.

1. Sudore fatt tuo fides,
Cruciisque crevit gloria: *
Multoque per te fœnore
Implenda Christi præmia.
2. Per aura se se jam tuo

Impressa carni stigmata: ✱
Suoque totum spiritu
In Te Magister exprimit.

3. Sic Paule non vivis, loquens
Sed ipse Christus in tuo
Agensque vivit pectore: ✱
Sal ergo salterris datum.

4. Audita quondam tertio
Arana coelo, ✱ nunc tibi
Fruenda se pleno palam
De fonte produnt luminis.

5. Hinc lacte verbi nostri
Aboque faxis crescere: ✱
Christum que tritos, qua doces
Graiosque, per calles sequi.

6. Hoc præstet almo cum Patre
Valoque nobis Spiritus: ✱
Tres Numen unum: cui Deus
Virtusque sit per sæcula. amen.

℣. Desiderium cordis eius tribuisti ei:
℟. Posuisti in capite eius coronam de
lapide pretioso. Ps. 20.

Ad Magnif. ant. Quæ audistis, et vidistis
in me, hæc agite: ✱ Et Deus pacis erit
vobiscum. Philip. 4.

Oratio ex Matutinis.

Et fit commemoratio S. Petri, ut in Matutinis: et die octavo S. Joannis ex I. Vesperis festi, oratio ex die sequente.

℣. Si hoc festum occurrat infra octavam Corporis Christi, vel in Dominica, transfertur in diem 3. vel 5. Julii. Die 3. Julii de eo fit tantum commemoratio in I. Vesperis, sed secunde integre sunt de eo, cum memoria sequentis. Die vero 5. Julii habet primas vesperas integras, secunde vero toto sunt de die octava apostolorum.

Festa Julii.

Die I.

Octava S. Joannis Baptiste.

Duplex B. lect.

thum officium fiat, ut in die festo, pro-
ter sequentia.

In I. Nocturno.

X. ex I. Nocturno festi.

Lectio III.

Sermo Sancti Ambrosii Episcopi.

l. 2. in Luc. n. 31. 32.

Vir Sanctus Evangelista prohibendum
Davidi, quod plurimi infantem patris
nine Zachariæ appellandum putaverint:
dvertas, matri non nomen alicuius displi-
he degeneris, sed divino afflatum spi-
u, quod ab angelo ante Zachariæ fuerat
nuntiatum. Joannes est, inquit, nomen
s, hoc est, non nos ei nomen imponimus,
iam a Deo nomen auspi[ci]. Habet vocа-
ium suum, quod agnovimus, non quod
imus. Habent hoc merita Sanctorum,
a Deo nomen accipiant, et bene additur:
ia nemo in cognatione eius vocabatur
nomine, ut intelligas, nomen non ge-
is esse, sed vatis. Scripsit autem Zacharias:
nnes est nomen eius. Ubi nomen non
ponitur, sed adstruitur: meritoque con-
uo resoluta est lingua eius, quia quam
xerat incredulitas, fides solvit. Creda-
s et nos igitur, ut loquamur, et lingua
stra, quæ incredulitatis vinculis est ligata,
tionis voce solvatur. Scribamus spiritu
steria, si volumus loqui; scribamus pro-
ntium Christi non in tabulis lapideis,
in tabulis cordis carnalibus. Quem in qui
nnem loquitur, Christum prophetat.

In die octavo venerunt circumcidere

puerum, et vocabant eum nomine patris sui Zachariam; ℣. Et ℟. postulans Zacharias pugillarem, scripsit dicens: Joannes est nomen ejus. ℣. Vocabitur tibi nomen ~~Beata~~ novum, quod os Domini nominabit. Et eris corona gloriæ in manu Domini. ℟. postulans. ℣. Gloria. ℟. postulans. Luc. j. Isa. 62.

In II. Nocturno lectio IV. ut die 29. hujus.

Oratio Sac. Leon.

Omnipotens et misericors Deus, qui beatum Joannem Baptistam tua providentia destinasti, ut perfectam plebem Christo Domino præpararet: da, quæsumus, ut familia tua, hujus intercessione Præconis, et a peccatis omnibus exuatur, et ad eum, quem prophetavit, pervenire mereatur: Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum; qui tecum.

Et dicitur ad omnes horas.

Pro commemoratione octavæ apostolorum ad matutinas ant. Dei sumus adjutores; nemo glorietur in hominibus: ℟. omnia enim vestra sunt, sive Paulus sive Cephas. 1. Cor. 3.

℣. Constitues eos principes super omnem terram:
℟. Memores erunt nominis tui Domine. Ps. 44.

In vesperis ant. Isti sunt duæ olivæ, et duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes: ℟. habent potestatem claudendi cælum, et pereutere terram. apoc. 11.

℣. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham:
℟. Quoniam dii fortes terræ vehementer elevati sunt. Ps. 46.

Oratio Sac. Gelas.

Apostolicis nos, quæsumus Domine, beatorum Petri et Pauli adjuvet præsidiis: ut

anto fragiliores sumus; tanto validio-
bus auxiliis foveamur. Per Dominum.

Ssic per octavam ad Matutinas
et vesperas.

Die II. Julii.

Visitatio B. Mariæ Virginis.
Duplex maius; 12. lect.

ad I. Vesperas.

antiphona ex Matutinis.
Lectio. Eccli. 4.

ui tenuerint Sapientiam, vitam heredi-
abunt; et quo introibit benedicet Deus:
i serviunt ei, obsequentes erunt Sancto,
os, qui diligunt illam, diligit Deus.
br. Visita nos Domine: * in salutari tuo:
ad videndum in bonitate electorum
tuorum. Ps. 105.

Hymnus Sanct. Chur.

Quo sanctus ardor te rapit
O virgo princeps virginum? *
quo tendis, celso gradu
Conscendis alta montium?

℣. Urget sacer te Spiritus
Toto repletam Numine: *
Te vis amoris excitat,
Tibique vires suppetit.

℣. Tibi propinquam sanguine
Matrem puella visitas; *
Concepta quo divinitus
Gratioris alvi munera.

℣. O quanta matrum gaudia!
Stupente natura, gravem
Anum stupes, * quo virginem
Foetam Deo te prodicat.

℣. Absconditum sub intimo
Cor nube, portabas sinu

al. Bibl. Matris Dei iam dignitas
Nil charitati detrahit.

Solem: * Tuo qui protinus
Lustrabit orbem lumine.

℟. Jesu tibi sit gloria,
Mundi Redemptor qui venis: *
Cum Patre, cumque Spiritu
In sempiterna secula. amen.

Sic claudantur hymni huius diei.

℣. Ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum:

℟. Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis. Psl. 44.

Ad Magnif. ant. Tantum in te est Deus, et non est absque te Deus. * Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvator: in deo iustificabitur, et laudabitur omne semen Israel. Isa. 45.

Oratio Sac. Gall.

Deus, qui in visitatione Virginis Mariae novae laudis praeconiis magnificari voluisti: eius meritis et precibus tale nobis, quae sumus, tuae visitationis gratiam tribue; quatenus nunc et semper te magnificare mereamur. Per Dominum.

Deinde fit commemoratio octavae S. Joannis ut in II. Vesperis. oratio ut pag. 120.

Postea octavae SS. Apostolorum, ut pag. 120.

Demum SS. Processi et Martiniani Martyrum, de communi.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui nos Sanctorum Martyrum tuorum Processi et Martiniani gloriosis confessionibus circumdas et protegis: da nobis, et eorum imitatione proficere; et intercessione gaudere. Per Dominum.

Ad Vigilias Nocturnas.

Invit. Jesum benedictum fructum ventris Mariae, * Venite adoremus. Luc. 1.

Hymnus Sanctoli.

℣. Montes superbum verticem
Ima virgo transit transit subdite: ℟
Cui se libenter sternerent
vel ipsa coeli sidera.
℣. Cavella quo latet domi,
Audet foras se prodere: ℟
Semper sibi timens pudor
Se charitate protegit.
℣. Illa, non nescit moras:
Fugit videri, nec minus
Fugit videre: ℟ ne suo
Quidquam pudori detrahat.
℣. Beata, quam profert pede,
Tellus, beata semita: ℟
Colles beati, gratulmur
Cum Matre sanctis Deum.
℣. Beatiores hospites
Vos, o quibus coelestia ℟
Loquente matre virgine
Audire verba contigit.
℣. Jesu tibi sit gloria,
Mundi Redemptor qui venis: ℟
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna saecula. amen.

Antiphona Nocturnorum ex communi de Beata.

In I. Nocturno.

℣. Elegit eam Dominus,
℟. In habitationem sibi. Ps. 131.

Lectiones quatuor cum suis RR. de Scriptura de feria currente.

In II. Nocturno.

Tamquam sponsus procedens de thalamo suo,
Exultavit ut gigas ad currendam viam. Ps. 18.

Lectio V.

Sermo sancti Ambrosii Episcopi.
l. j. in Luc. cap. 1.

Serale est omnibus, ut qui fidem exigunt,

fidem adstruant. Vidco angelus, cum abscondita nuntiaret, ut fides adstrueretur exemplo, Senioris feminæ sterilisque conceptum Virgini Mariæ nuntiavit, ut possibile Deo, omne quod ei placuerit, asereret. Ubi audivit hoc oraculo, non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuntio, nec quasi dubitans de exemplo, sed quasi læta pro voto, religiosa pro officio, festina pro gaudio in montana perrexit.

℟. Ecce Elisabeth cognata tua concepit filium in senectute sua, et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: * quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. ℣. Plantati in domo Domini, adhuc multiplicabuntur in senecta uberi. * quia. Luc. j. 8 fgi.

Lectio VI.

In montana Virgo cum festinatione, virgo officii memor, injurio immemor, affectu urgente, non sexu, relicta perrexit domo. Discite virgines, non circum cursare per alienas domos, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Maria in domo sera, festina in publico, mansit apud cognatam suam tribus mensibus. Discite, virgines, pudorem Mario, discite humilitatem. Venit propinqua ad proximam, junior ad seniorem, nec solum venit sed etiam prior salutavit. Decet enim, ut quanto castior virgo, tanto humilior sit. Noverit referre senioribus: sit magistra humilitatis, in qua est professio castitatis. Est et causa pietatis, est etiam norma doctrinæ. Conveniendum est enim, quia superior venit ad inferiorem, ut inferior adjuvetur: Maria ad Elisabeth, Christus ad Joannem.

℟. Exurgens Maria abiit in montana * cum festinatione in civitatem Juda. ℣. Ecce dilectus meus loquitur mihi: surge, propera amica mea. * cum. Luc. j. Cant. 2.

Lectio VII.

to quoque adventus Mario et profectio
minico beneficia declarantur. Simul enim,
audivit salutationem Mario Elisabeth,
ultavit infans in utero eius, et repleta est
iritu sancto. Vide distinctionem singulorumque
proprietatem verborum. Vterem prior Elisa-
eth audivit, sed Joannes prior gratiam
cepit. Ita natura ordine audivit, iste exul-
vit ratione mysterii. Illa Mario, iste domi-
sensit adventum. Iste gratiam loquuntur,
i intus operantur, pietatisque mysterium
ternis adoriuntur profectibus, duplicique
raculo prophetant matres spiritu parvu-
um. Exultavit infans, et repleta mater
. Non prius mater repleta, quam filius,
am filius et repletus Spiritu sancto,
levit et matrem.

Intravit Maria in domum Zachariæ,
alutavit Elisabeth: ✠ et exultavit in-
s in utero eius. ℣. Factum est verbum
m in gaudium, et letitiam cordis. ✠ et
et. Luc. j. Jer. 15.

Lectio VIII.

nde hoc mihi, hoc est, quantum bonum
hi audivit, ut mater Domini mei veniat
me? Miraculum sentio, cognosco mysti-
m. Mater Domini verbo facta, Deo
ta est. Mansit autem Maria cum illa
bus mensibus, et reversa est in domum
m. Bene inducitur sancta Maria et
hibuisse officium, et mysticum numerum
videre: non enim sola familiaritatis
causa, quod diu mansit, sed charismatis
Valde profectus. Nam si primo ingressu
atus profectus exstitit, ut ad salutatio-
m Mariæ exultaret infans in utero,
pleretur Spiritu sancto mater infantis:
cantum putamus ipse sancti temporis

Sancto Mario addidisse præsentiam? ungebatur itaque, et quasi bonus athleta exercebatur in utero matris prophetæ; amplissimo enim virtus eius certamini parabatur.

℟. Exclamavit Elisabeth voce magna et dixit: * unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? ℣. Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum? * unde. Ave Maria. * unde. Luc. j. Vs. 8.

In III. Nocturno.

Ant. Veram visitationem tuam pacem: * et occupabit salus muros tuos. Isa. 60.

Cantica ut infra in festo Nativitatis B. Virginis VIII. Septembris.

℣. Visitasti terram, Deus salutaris noster: ℟. Multiplicasti locupletare eam. Ps. 64.

Lectiones quatuor ex III. Nocturno Nativitatis S. Joannis Baptistæ supra XXIV. Junii.

℟. g. Annuntiavit salutationem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in utero eius. * et repleta est Spiritu Sancto Elisabeth. ℣. Benedixit Dominus domui eius et omnibus, quæ habebat. * et repleta. Luc. j. j. Baral. ps.

℟. j. Ait Maria: magnificat anima mea Dominum: * et exultavit Spiritus meus in Deo salutari meo. ℣. Venite, audite, et narrabo, omnes, qui timetis Deum; quanta fecit anime meæ. * et. Luc. j. Ps. 65.

℟. jj. Suscepit Dominus Israel puerum

um recordatus misericordiæ suæ: sicut
cutus est ad patres nostros: ℣. Abraham,
semini ejus in sæcula. ℟. Laudate
minum Deum nostrum, qui in me
ilia sua adimplevit misericordiam
am, quam promisit domui Israel.
Abraham. Luc. j. Judith. ix.

. ix. Habitavit arca Domini in domo
edom tribus mensibus. ℣. Et ℣. bene-
xit Dominus omnem domum ejus prop-
r arcam Dei. ℟. Mansit Maria cum
isabeth quasi mensibus tribus, & re-
sa est in domum suam. ℣. Et bened.
Gloria. ℣. benedixit. 2. Reg. 6. Luc. j.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Lucam. cap. j.

illo tempore: Exurgens Maria abiit
montana cum festinatione in civitatem
a: et intravit in domum Zachariæ, et
lavit Elisabeth. Et factum est, ut au-
it salutationem Mariæ Elisabeth, ex-
lavit infans in utero ejus; et repleta
Spiritu Sancto Elisabeth, et exclama-
voce magna et dixit: benedicta tu
er mulieres, et benedictus fructus
ventris tui. Et unde hoc mihi, ut ve-
mater Domini mei ad me? Ecce enim,
acta est vox salutationis tuæ in auri-
s meis, exultavit in gaudio infans in
ro meo. Et beata, quæ credidisti: quo-
am perficientur ea, quæ dicta sunt tibi
Domino. Et ait Maria: magnificat
ima mea Dominum; et exultavit spi-
us meus in Deo salutari meo.

Oratio ex I. Vesperis.

Ad Laudes matutinas et horas.

Antiphona.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

Incipit Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Timotheum. cap. i.

Paulus Apostolus Jesu Christi secundum imperium Salvatoris nostri et Christi Jesu spei nostrę: Timotheo dilecto filio in fide, gratia, misericordia et pax a Deo patre, et Christo Jesu Domino nostro. Sicut rogavi te, ut remaneres Epheſi, cum irem in Macedoniam, ut denuntiares quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis et genealogiis interminatis: quę quęstiones prośant magis, quam ędificationem Dei, quę est in fide. Finis autem præcepti est charitas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta: a quibus quidam aberrantes conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quę loquuntur, neque de quibus affirmant.

℟. Manasses seduxit habitatores Jerusalem, ut facerent malum: ✠ idcirco superinduxit eis Dominus principes regis Assyriorum, ceperuntque Manassen, et vinctum duxerunt in Babylonem. ℣. Laudans est Dominus ad eum et ad populum illius, et attendere noluerunt. ✠ idcirco. 2. Paral. 33.

Lectio X.

Scimus autem, quia bona est lex, si quis ea legitime utatur: sciens hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis et non subditis, impiis et peccatoribus, parricidis et matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus et periuris, et si quid aliud sanę doctrinę adversatur, quę est secundum evangelium glorię beati Dei, quod creditum est mihi. Gratias ago ei, qui me confortavit, Christo Jesu Domino nostro, quia fidelem me existimavit ponens in ministerio: qui prius blasphemus fui et persecutor,

contumeliosus: sed miseri cordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.
superabundavit autem gratia Domini nostri cum fide & dilectione, quæ est in Christo Jesu.
℣. Postquam convaluatus est Manasses, ✠ oravit Dominum, & egit pœnitentiam valde coram Deo: & exaudivit orationem eius, reduxitque eum in regnum suum. ℟. Quoniam Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. ✠ oravit. 2. Paral. 33. 2. Cor. 7.

Lectio XI.

Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum: sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri sunt illi, in vitam æternam. Regi autem sæculorum immortali, invisibili, soli deo honor & gloria in sæcula sæculorum. amen. Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam, quam quidem quibusdam repellentes, circa fidem naufragaverunt: ex quibus est Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare.

℟. Memoria Josiæ in omni ore quasi mel, ipse est directus divinitus in pœnitentiam gentis, ✠ Abstulit abominationes impietatis. ℣. Gubernavit ad Dominum cor ipsius, & in diebus peccatorum corroboravit pietatem. ✠ Et. Esdræ. 49.

Lectio XII. cap. 2.

Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus: pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam

vitam agamus, in omni pietate & charitate, hoc enim bonum est & acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum homo Christus Jesus: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, testimonium temporibus suis; in quo positus sum ego praedicator & apostolus, veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide & veritate.

℟. pro Dominica. Seraphim clamabant alter ad alterum: * Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: ℣. plena est omnis terra gloria ejus. ℟. Tres sunt, qui testimonium dant in coelo, Pater, Verbum & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. * Sanctus. ℣. gloria. ℟. plena. Isa. 6. 1. Joan. 5.

℟. infra hebdomadam. Reliquerunt legem Altissimi reges Juda, & contempserunt timorem Dei: * Dederunt regnum suum alius, & gloriam suam alienigenae genti. ℣. Prater David, & Ezechiam & Josiam, omnes peccatum commiserunt. * Dederunt. ℣. gloria. * Dederunt. Eccli. 49.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 16.

In illo tempore: dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam erat dives, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocavit illum, & ait illi: quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuae: jam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se: quid faciam, quia dominus meus aufert a me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero a villicatione,

cipiant me in domos suas. Convocatis de-
se singulis debitoribus domini sui dicebat
imo: quantum debes domino meo? at
le dixit: centum cados olei. Dixitque illi:
ipe cautionem tuam, et sede cito, scribe
inquaginta. Deinde alii dixit: tu vero
antum debes? qui ait: centum coros tri-
i. Ait illi: ipe litteras tuas, et scribe
ctoginta. Et laudavit dominus villicum
iquitatis, quia prudenter fecisset: quia filii
ius seculi prudentiores filiis lucis in
neratione sua sunt. Et ego dico vobis: fa-
vobis amicos de mammona iniquitatis:
cum defeceritis, recipiant vos in aeterna
bernacula.

℣. Bened. ant. Laudavit dominus villicum
iquitatis, quia prudenter fecisset: ✱ quia
lii huius seculi prudentiores filiis lucis
i generatione sua sunt. Luc. 16.

℣. Magnif. ant. Facite vobis amicos de mam-
ona iniquitatis: ✱ ut cum defeceritis,
cipiant vos in aeterna tabernacula. Luc. 16.

Feria II.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 18. 19.
it Ezechias quod erat rectum coram
mino iuxta omnia, quo fecerat David pater
ius. In Domino Deo Israel speravit. Itaque
ostcum non fuit similis ei de cunctis regibus
nda, sed neque in his, qui ante eum fuerunt.
t adhæsit Domino, et non recessit a vestigiis
ius, fecitque mandata eius, quæ præceperat
minus Moysi. Unde et erat Dominus cum
e, et in cunctis, ad quæ procedebat, sapien-
er se agebat. ✱ Misit autem rex Assyriorum
Rabsacen, et Rabsaris, et Rabsacen de Lachis
d regem Ezechiam cum manu valida

Jerusalem. Et misit nuntios ad Ezechiam dicens: hæc dicit Ezechiæ regi Juda: non te seducat Deus tuus, in quo habes fiduciam, neque dicas: non tradetur Jerusalem in manus Assyriorum. Tu enim ipse audisti, quæ fecerunt reges Assyriorum universis terris, quomodo vastaverunt eas: num ergo solus poteris liberari? 9. Itaque cum accepisset Ezechias de manu nuntiorum, et legisset eas, ascendit in domum Domini, et expandit eas coram Domino, et oravit in conspectu eius dicens: Domine Deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus regum omnium terræ: tu fecisti cœlum et terram. Inclina aurem tuam, et audi: aperi Domine oculos tuos, et vide: audi omnia verba Sennacherib, qui misit ut exprobraret nobis Deum viventem. ℣. Vere Domine dissipaverunt reges Assyriorum gentes et terras omnium. Et miserunt deos eorum in ignem: non enim erant dii, sed opera manuum hominum ex ligno et lapide, et perdiderunt eos. Nunc igitur Domine Deus noster, salvos nos fac de manu eius, ut sciant omnia regna terræ, quia tu es Dominus Deus solus. Factum est igitur in nocte illa, venit angelus Domini, et percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Cumque diluculo surrexisset, vidit omnia corpora mortuorum: et recedens abiit, et reversus est Sennacherib rex Assyriorum, et mansit in Ninive.

℟. ℟. duo priora ex II. Noct. Dom. procedentis.

Lectio II.

Ex libro Sancti Cyrilli Alexandrini de recta fide.

Postea quam Rabsaces universam Judeam provinciam propemodum occupasset, Hierusalem quoque una cum ipsa hostiliter populatus esset, copiis innumerabilibus Ezechias ipsam quoque Hierosolymam adoriri molichatur. Nec hoc contentus, contra venerandam Dei majestatem petulanter atque insurgens, maledictas in Deum voces vomere non dubitat. Cum ergo accepisset, qui insanos illius conatus verbaque ei denunciarent, ille convitia in Deum ejecta egerrime ferens, eaque, si dissimularentur, capiendo civitatis causam se posse, pie prudenterque considerans, se nihilominus ab illo blasphemiarum eam crimine exsolvere percupiens, repente consciso veste in domum Dei rediit, supplicibus ira divina obsecrans. Et quid illo studio promovit? illud minimum, quod virtutum Dominum benignum propitium que sibi reddidit: quandem non frenatis ad pugnam innatis equis, non sagittarum dexteritate, Dei auxilio usus munitusque Assyrios debellavit, unaque nocte omnem illorum exercitum delevit. Hi pietatis fructus; hoc eorum, qui blasphemas in Deum voces non ferunt, merces.

Feria III.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 20.

In diebus illis ægrotavit Ezechias usque ad mortem: et venit ad eum Isaias filius Amos propheta, dixitque ei: hæc dicit Dominus Deus: præcipe domui tuæ;

morieris enim tu, et non vives. qui convertit faciem suam ad parietem, et oravit Dominum dicens: obsecro Domine memento quaeso, quomodo ambulaverim coram te in veritate et in corde perfecto, et quod placitum est coram te fecerim. Flevit itaque Ezechias fletu magno. ✱ Et antequam egrederetur Isaias medianam partem atrii, factus est sermo Domini ad eum dicens: revertere, et dic Ezechiae duci populi mei: haec dicit Dominus Deus David patris tui: audivi orationem tuam, et vidi lacrymas tuas: et ecce sanavi te, die tertio ascendes templum Domini, et addam diebus tuis quindecim annos. Sed et de manu regis Assyriorum liberabo te et civitatem hanc, et protegam urbem istam propter me et propter David servum meum. Dixitque Isaias: afferte massam ficorum. quam cum attulissent, et posuissent super ulcus eius, curatus est. Dixerat autem Ezechias ad Isaiam: quod erit signum, quia Dominus me sanabit, et quia ascensurus sum die tertia templum Domini? ✱ Cui ait Isaias: hoc erit signum a Domino, quod facturus sit Dominus sermonem, quem locutus est: vis, ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias: facile est, umbram crescere decem lineis: nec hoc volo ut fiat; sed ut revertatur retrorsum decem gradibus. Invocavit itaque Isaias propheta Dominum, et reduxit umbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus.

℟. ex I. Nocturno Dominico praecedentis.

Lectio II.

Ex catechesi sancti Cyrilli Hierosolymitani.

Catech. 2.

Vis cognoscere, quantum possit pœnitentia? is robustissimum hoc salutis telum perspicere, et quantum valeat confessio, addiscere? Centum octoginta quinque hostium millia Ezechias per confessionem confecit. Sed hoc adhuc exiguum. Sententiam Dei adversum se pronunciatam hic idem per pœnitentiam revocavit. Ægrotanti enim ipsi dixerat Isaias: morieris tu, et non vives. Quid iam reliqua expectatio? nullus spes salutis, dicente propheta: morieris enim tu? at non revocatus est a pœnitentia Ezechias, memor huius quod scriptum est: cum averseris ingemueris, tunc salvaberis. Avertit se ad parietem, mentemque recto ad cœlum intendens ait: Domine memento mei: sufficit enim ad sanitatem mihi, si tu mei memineris. Temporibus non subjaces, sed ipse es vitæ arbiter et legislator. Neque enim secundum genituram atque siderum complexionem, in quam nonnulli delirant, vitæ nostro status, sed tu et vitam et tempus vitæ tuam legislator pro voluntate moderaris. Cuius itaque propter prophetæ denunciationem desperata vita erat, illi annorum quindecim tempus ad vitam prorogatum, sole signi gratia retrogresso.

Feria IV.

Lectio I.

De libro quarto Regum. cap. 20.

In tempore illo misit Berodach Báladan, filius Báladan, rex Babyloniorum, litteras et munera ad Ezechiam; audierat enim, quod ægrotasset Ezechias. Lætatus est autem in adventu eorum Ezechias, et ostendit eis

domum aromatum, aurum et argentum, et pigmenta varia, unguenta quoque et domum vasorum suorum, et omnia, quae habere poterat in thesauris suis. Non fuit, quod non monstraret eis Ezechias in domo sua, et in omni potestate sua. ✠ Venit autem Isaias propheta ad regem Ezechiam, dixitque ei: quid dixerunt viri isti? aut unde venerunt ad te? Cui ait Ezechias: de terra longinqua venerunt ad me, de Babylone. At ille respondit: quid viderunt in domo tua? ait Ezechias: omnia, quaecunque sunt in domo mea, viderunt: nihil est, quod non monstraverim eis in thesauris meis. ℣. Dixit itaque Isaias Ezechiae: audi sermonem Domini: ecce dies venient, et auferentur omnia, quae sunt in domo tua, et quae condiderunt patres tui usque in diem hanc, in Babylonem: non remanebit quidquam, ait Dominus. Sed et de filiis tuis, qui egredientur ex te, quos generabis, tollent, et erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. ✠ Dixit Ezechias ad Isaiam: bonus sermo Domini, quem locutus es: sit pax et veritas in diebus meis. Dormivitque Ezechias cum patribus suis, et regnavit Manasses filius eius pro eo. Fecitque malum in conspectu Domini iuxta idola gentium, quas delevit Dominus a facie filiorum Israel.

℟. ℟. Duo posteriora ex II. Noct. Dom. procd.

Lectio II.

Ex libro Moralium sancti Gregorii Papae. l. 8. cap. 48.

In eo, quod bona sua palefaciunt (hypocrita), ostendunt malignis spiritibus, quasi insidiantibus hostibus, quo praedentur. Quorum profecto vitam illa eunuchis notissima Ezechiae

dpa figuravit, qui postquam una prece, et
ab minus nobis spatio, centum octoginta quin-
ue millia hostium angelo ferente prostravit,
postquam occasui proximum adaltiora coeli
patia solem reduxit, postquam vitam propin-
quante iam termino coarctatam in tempora
longiora protelavit, susceptis Babylonici re-
gis nuntiis bona omnia, quae possidebat,
ostendit: sed propheta voce protinus audivit:
ue dies venient, et auferentur omnia, quae
i domo tua sunt, in Babylonem: non relin-
uetur quidquam, dicit Dominus. Sic sic nimi-
um hypocrita, postquam magnis virtutibus
creverunt, quia cavere malignorum spiritum
nsidias negligunt, et celari in eisdem virtuti-
us nolunt, bona sua ostendendo, hostium
aciunt, et prodentes subito amittunt, quidquid
ultius studentes operantur. Hinc per Isai-
iam dicitur: tradidit in captivitatem
irtutes eorum, et pulchritudines eorum in
anus inimici. Virtus quippe et pulchritudo
superbiam inimici manibus traditur:
uia omne bonum, quod per concupiscentiam
ndis ostenditur, occulti adversarii iuri mancipa-
atur. Hostes namque ad rapinam provocat,
si suas eorum notitia divitias denudat.
uotiens quippe enim ab aeterna patria securitate
ifringimur, per latronum insidiantium ter-
mbulamus. qui ergo in itinere deprodari
nudat, abscondat necesse est bona, quae por-
et.

Feria V.

Lectio I.

De libro secundo Paralipomenon. cap. 33.

ithur Manasses seduxit Judam et habitato-
es Jerusalem, ut facerent malum super
mnes gentes, quas subverterat Dominus
facie filiorum Israel. Locutusque est
ominus ad eum, et ad populum illius, at tendere

noluerunt. ℣. Ideo super induxit eis principes exercitus regis assyriorum: ceperuntque Manassen, ℟. vinctum catenis atque compedibus duxerunt in Babylonem. * Qui postquam coangustatus est, oravit Dominum Deum suum. ℟. Egit penitentiam valde coram Deo patrum suorum. ℣. Deprecatusque est eum, et obsecravit illum: ℟. exaudivit orationem eius, et reduxit eum Jerusalem in regnum suum: ℟. cognovit Manasses, quod Dominus ipse esset Deus. ℣. Post hoc abstulit deos alienos et simulacrum de domo Domini: aras quoque, quas fecerat in monte domus Domini et in Jerusalem, et proiecit omnia extra urbem. ℟. Porro instauravit altare Domini, et immolavit super illud victimas, et pacifica et laudem: precepitque Juda, ut serviret Domino Deo Israel. ℟. Attamen adhuc populus immolabat in excelsis Domino Deo suo. * Dormivit ergo Manasses cum patribus suis, et sepelierunt eum in domo sua, regnavitque pro eo filius eius Amon. ℣. Feditque malum in conspectu Domini sicut fecerat Manasses pater eius: et cunctis idolis, que Manasses fuerat fabricatus, immolavit atque servivit. ℟. Non est reveritus faciem Domini, sicut reveritus est Manasses pater eius: et multo maiora deliquit.

℟℟. duo priora ex III. Nocti. Dom. procd.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
adhort. j. ad Theod.

Huius modi est Dei erga homines clementia. nunquam aversatur sinceram penitentiam, sed etiamsi quis in extremum impietatis pertigerit, et huic ad virtutis viam redire voluerit, ipsum suscipit et amplexatur pietatisque

on agit, ut eum in pristinum statum re-
stituat: quodque maioris est clementiæ, etsi
uis non integram pœnitentiam exhibeat,
evem tamen illam et ad modicum exhibi-
um non abnuit, sed magnam huic meriedem
ibuit. Testis autem nobis erit Manasses, qui
mnes insania fuyseravit, atque tyrannice
galem evertit cultum, templum clausit,
idolorum errorem florere fecit, omniumque,
ui ante fuerant, impiissimus fuit: cum
ostea resipuisset, relatus est in numerum
miorum Dei. Si autem conspecta iniqui-
atum suarum magnitudine de reditu ac
e mutatione desperasset, omnibus certe,
uo postea consecutus est, excidisset. Hunc
autem non ad molem peccatorum suorum,
d ad immensam Dei commiserationem
spiciens, disruptis diaboli vinculis surrexit
decertavit, bonumque cursum consum-
avit.

Feria VI.

Lectio I.

De libro secundo Paralipómenon. cap. 34.

Fuit Josias quod erat rectum in conspectu Do-
ini, et ambulavit in viis David patris
ui: non declinavit neque ad dexteram neque
d sinistram. Octavo autem anno regni sui,
um adhuc esset puer, cepit quærere Deum
avid patris sui: et duodecimo anno, post-
uam regnare cœperat, mundavit Judam
Jerusalem ab excelsis et lucis, simulacrisque
sculptilibus. Destruxerunt quoque coram eo
eras Baalim: et simulacra, quæ superposita
uerunt, demoliti sunt. * Reperit Hel-
as sacerdos librum legis Domini per ma-
um Moysi: quem cum rege presente
ecitasset, audisseque ille verba legis,
idit vestimenta sua, dicens: Ite et orate

Dominum pro me, et pro reliquiis Israel et Juda, super universis sermonibus libri istius, qui repertus est: magnus enim furor Domini stillavit super nos, eo quod non custodierint patres nostri verba Domini, ut facerent omnia, quæ scripta sunt in isto volumine. ℣. Abiit ergo Helcias, et hi qui simul a rege missi fuerant, ad Oldam prophetidem, et locuti sunt ei verba, quæ supra narravimus. Illa respondit eis: hæc dicit Dominus Deus Israel: dicite viro, qui misit vos ad me: hæc dicit Dominus: ecce ego inducam mala super locum istum, et super habitatores eius, cunctaque maledicta, quæ scripta sunt in libro hoc, quem legerunt coram rege Juda. quia dereliquerunt me, et sacrificaverunt diis alienis, ut me ad iracundiam provocarent in cunctis operibus manuum suarum: ideirco stillabit furor meus super locum istum, et non extinguetur. ℟. Ad regem autem Juda, qui misit vos pro Domino deprecando, sic loquimini: hæc dicit Dominus Deus Israel: quoniam audisti verba voluminis atque emollitum est cor tuum, et humiliatus es in conspectu Dei super his, quæ dicta sunt contra locum hunc et habitatores Jerusalem, reverentesque faciem meam scidisti vestimenta tua, et flevisti coram me, ego quoque exaudivi te, dicit Dominus. Iam enim colligam te ad patres tuos, et inferéris in sepulcrum tuum in pace: nec videbunt oculi tui omne malum, quod ego inducturus sum super locum istum, et super habitatores eius.

℟. Duo posteriora ex III. Vesp. Dom. proced.

Lectio II.

Ex libro sancti Cyrilli Alexandrini de recta fide.

od eximia in Deum pietas inconcussum
ejus dignitatis fundamentum existat, ex
ra Divinaque Scriptura (palam est).
Iurimi citra controversiam retroactis tem-
oribus exstitere, qui Judaam provinciam
ministrarunt, regnique eius gubernacula
ctaverunt, sed forte et jure non dissimili.
am quotquot ex illis cultu et observantia,
uo Deo debentur, impie contemtis, legibusque
stitiæ administris pro nihilo ductis, suo
stui, suisque libidinibus libere indulgen-
um esse putaverunt, omnes hi mali et mi-
ri male miserque perierunt. Contra vero,
uicumque se pios in illum declararunt,
usque illi placitura credebant, omni ope pro-
are elaborarunt, citra sudorem ac pulve-
em hoste devicto debellatoque triumphum
inerunt. Eius modi inter coeteros fuit Josias
le, qui idolorum cultoribus, unacum ipsis
ubris et aris incensis, incantationibusque
falsis divinationibus omnibus e medio
blatis, ac manibus demoniaco impostore
ibrius profligatis, regnum apprime
rbidabunt, summaque apud veteres et
ecentiores omnes, qui ea, quibus divina
ens oblectatur, colere didicerunt, laude
admiratione dignum reliquit.

Sabbato.

Lectio I.

De libro secundo Paralipómenon. cap. 36.

Fecit Sedecías malum in oculis Domini
ei, nec erubuit faciem Jeremiæ prophe-
æ, loquentis ei ex ore Domini. Rege
noque Babylonis recepit, qui adjura-
erat eum per Deum, et induravit cervicem
uam et cor suum non revertebatur ad Dominum
eum Israel. Sed et universi principes sacer-
otum, et populus prævaricati sunt inique
xta universas abominationes gentium,

polluerunt domum Domini, quam sanctificauerat sibi in Ierusalem. ℣. Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos per manum nunciorum suorum, de nocte consurgens, et quotidie commonens, eo quod parceret populo et tabernaculo suo. At illi subsannabant nuncios Dei, et parvipendebant sermones eius, illudebantque prophetis: donec ascenderet furor Domini in populum eius, et non fuit ultra curatio. ℟. Adduxit enim super eos regem Chaldeorum, et interfecit iuvenes eorum gladio in domo sanctuarii sui: non est misertus adolescentis, et virginis et senis, nec decrepiti quidem, sed omnes tradidit in manibus eius. Universa quoque vasa domus Domini tam maiora quam minora, et thesauros templi, et regis, et principum, transtulit in Babylonem. ℣. Incenderunt hostes domum Dei, destruxerunt que murum Ierusalem, universas turres combusserunt, et quid quid pretiosum fuerat, demolliti sunt. Si quis evaserat gladium, ductus in Babylonem servivit regi et filiis eius, donec imperaret rex Persarum, et complerentur sermo Domini ex ore Ieremiæ, et celebraret terra sabbata sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum, usque dum complerentur septuaginta anni.

℟. ex 1. Nocturno dominico procedentis.

Lectio II.

Ex libro Sancti Augustini Episcopi de civitate Dei. l. 17. cap. 20.

In regno Juda pertinente ad Ierusalem, etiam priusquam horum regum temporibus non defuerunt prophetæ, sicut Deo placebat eos mittere vel ad prænunciandum quod opus erat, vel ad corripienda peccata, præcipiendamque iustitiam. Nam et illic, etsi longe minus quam in Israel, tamen

sfiterunt reges, qui suis impiis dictatibus
eum graviter offenderent, et moderatis fla-
gellis cum populo simili plecterentur. Pio-
rum sane regum merita ibi non parva
laudantur. In Israel autem reges alios magis,
alios minus, omnes tamen reprobos legimus.
Itaque igitur pars, sicut iubebat divina
providentia vel sinebat, variis et erigebatur
prosperitatibus, et adversitatibus premebatur.
Sic affligebatur non solum externis, verum
etiam inter se civilibus bellis, ut certis ex-
istentibus causis misericordia Dei vel ira
mitesceret; donec eius indignatione exace-
rbate, universa gens illa a Chaldaeis debellan-
tibus non solum subverteretur in sedibus
suis, sed etiam ex maxima sui parte trans-
ferretur in terras Assyriorum, prius illa
pars, quae vocabatur Israel in tribubus de-
cem; postea vero etiam Judas, eversa Jeru-
salem et templo illo nobilissimo: in qui-
bus terris per annos septuaginta captivum
egit otium.

Ad Vesperas Duplex.

Ad Magnif. ant. Reducam captivita-
tem vestram, et congregabo vos de uni-
versis gentibus, et de cunctis locis, ad quae
expuli vos, dicit Dominus. Jer. 29.

Oratio Sac. Greg.

Pateant aures misericordiae tuae, Domine,
precibus supplicantium: et ut petentibus
desiderata concedas; fac eos, quae tibi sunt
placita, postulare. Per Dominum.

Dominica IX. post Pentecosten.

Duplex maius. ij. Cen.

In I. Nocturno.

Lectio I.

Incipit liber primus Esdre. cap. j.

In anno primo Cyri regis Persarum, ut compleretur verbum Domini ex ore Jeremiæ, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum: et traduxit vocem in omni regno suo, et per scripturam, dicens: Hæc dicit Cyrus rex Persarum: omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, et ipse præcepit mihi, ut ædificarem ei domum in Jerusalem, quæ est in Judæa. Quis est in vobis de universo populo ejus? sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Jerusalem, quæ est in Judæa, et ædificet domum Domini Dei Israel; ipse est Deus, qui est in Jerusalem. Et omnes reliqui in cunctis locis, ubicumque habitant, adjuvent eum viri de loco suo, argento et auro, et substantia, et pecoribus, excepto quod voluntarie offerunt templo Dei, quod est in Jerusalem. ℟. Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos, et suscitabo super vos verbum bonum: ✠ et reducam captivitatem vestram de universis gentibus. ℣. Quæretis me, et ego exaudiam vos: quæretis me, et invenietis. ✠ et. Jer. 29.

Lectio II.

Et surrexerunt principes patrum de Juda et Beniamin, et sacerdotes et Levitæ, et omnis, cujus Deus suscitavit spiritum, ut ascenderet ædificandum templum Domini, quod erat in Jerusalem. Universique qui erant in circuitu, adjuverunt manus illorum in vasis argenteis et aureis, in substantia et in armentis, in supellectili; exceptis his, quæ sponte obtulerant. Rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, quæ tulerat

Nabuchodonosor de Jerusalem, et posuerat in templo Dei sui.

℟. Ego Dominus, qui dico Cyro: pastor meus es, et omnem voluntatem meam complebis: * ego suscitavi eum, et captivitatem meam dimittet, non in pretio neque in munere. ℣. Omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit civitatem meam, et ego. Isa. 44. 45.

Lectio III. cap. 3.

Sanque venerat mensis septimus, et erant filii Israel in civitatibus suis: congregatus est ergo populus quasi vir unus in Jerusalem. Et surrexit Josue filius Josedec, et fratres eius sacerdotes, et Zorobabel filius Salathiel, et fratres eius: et ædificaverunt altare Dei Israel, ut offerrent in eo holocausta, sicut scriptum est in lege Moysi viri Dei. collocaverunt autem altare Dei super bases suas, de terrentibus eos per circuitum populis terrarum; et obtulerunt super illud holocaustum Domino mane et vespere. Fecerunt quoque solemnitatem tabernaculorum, sicut scriptum est: et holocaustum diebus singulis per ordinem secundum præceptum opus diei in die suo. Et post hæc holocaustum iuge, tam in calendis, quam in universis solemnitatibus Domini, quæ erant consecrata; et in omnibus, in quibus uctro offerebatur munus Domino.

℟. Deus meus delicta nostra creverunt usque ad cælum: * peccavimus graviter, et iniquitatibus nostris tradidi sumus in captivitatem et in confusionem. ℣. Tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum. * peccavimus. 1. Cor. 9. Rom. 2.

Lectio IV.

Fundato igitur a commentariis templo Domini, steterunt sacerdotes in ordine suo cum tubis, et Levitæ filii Asaph in cymbalis, ut laudarent Deum per manus David regis Israel. Et concinebant in hymnis, et confessione Domino: quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eo quod fundatum esset templum Domini. Plurimi etiam de sacerdotibus et Levitis, et principes patrum et seniores, qui viderant templum prius cum fundatum esset, et hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna: et multi vociferantes in lætitia, elevabant vocem.

℟. Ne parcas Israel, non te faciam in consummationem: ✠ sed ✠ castigabo te in judicio, ut non videaris tibi innoxius. ℣. Quid clamas super contritione tua? propter duram pœnam tuam hoc feci tibi. ✠ castig. ℣. gloria. ✠ castig. Jer. 30.

vel ℣. Multo tempore non finere peccatoribus ex sententia agere, sed statim adhibere, magni beneficii est judicium ✠ castig. 2. Mach. 6.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Augustini Episcopi. Epist. 93. ad Vincent. n. 35.

Non displiceat ecclesiæ mansuetudo, quo membra Christi dispersa colligit, non collecta dispergit: quamquam olim, qui firmissimi fuerunt, et verbo hæreticorum insidiosa intelligere potuerunt, pauci quidem in comparatione cæterorum fuerunt, tamen etiam ipsi quidam profide fortiter oppugnabant, quibus tota orbe latitabant. Nosti ecclesiæ, quæ per omnes gentes crescit, in fructibus dominicis conservata est, usque in finem, donec omnino gentes omnes, etiam barbaras teneat,

nsero abitur. Ipsa est enim ecclesia in bono
emine, quod seminavit filius hominis, et
sque ad messem crescere inter Zizania, pro-
nuntiavit. Ager autem mundus est, messis
inis est seculi.

℣. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et
onvertam conversionem populi mei, ✠ et
dificabitur civitas in excelso suo, et tem-
lum iuxta ordinem suum fundabitur.

℣. Revertar ad Jerusalem in misericordiis,
domus mea ædificabitur in ea. ✠ et ædif.

er. 30. Zach. 1.

Lectio VI.

Itaque totus mundus in maligno posi-
us est propter Zizania, quæ sunt per totum
undum: et Christus propitiator est peccato-
um nostrorum, non tantum nostrorum, sed
totius mundi, propter tritícum, quod est
r totum mundum. Refrigescit autem
caritas multorum propter scandalorum
bundantiam, quanto magis magisque
orificato Christi nomine congregantur
in communionem sacramentorum eius
tiam maligni, et perseverabit omnino
erversi: sed tamen tanquam palea de area
ominica non nisi ultima ventilatione
eparandi.

℣. Num quid tempus vobis est, ut habitetis
in domibus laqueatis, et domus ista deserta? ✠
scendite in montem, ædificate domum,
et acceptabilis mihi erit. ℣. Populus iste
icit: nondum venit tempus domus Domini
dificandæ. ✠ ascendite. Agg. 1.

Lectio VII.

Non extinguunt isti frumenta domini-
ca, in eorum quidem comparatione pau-
ca, sed multa per se ipsa; non extinguunt
electos Dei, congregandos in fine seculi,
sicut Evangelium loquitur, a quatuor

ventis, a summis celorum usque ad terminos eorum. Propter abundantiam (autem) iniquitatis, quam Dominus futuram esse prædixit, etiam illud positum est: Cum venerit Filius hominis, putas inveniet fidem in terra? Dubitatio enim cuncta scientis nostram in illo dubitationem prefiguravit, quando ecclesia ex multis, de quibus multum speravit, sepe decepta, quod aliter, quam credebantur, inventi sunt, sic perturbatur in suis, ut de nullo facile boni aliquid velit credere. Ipsos tamen, quorum inventurus est fidem in terra, per totum agrum cum zizaniis crescere, dubitare fas non est.

℟. Confortare omnis populus terre, dicit Dominus exercituum, et facite, quoniam ego vobiscum sum: * magna erit gloria domus istius novissimo plus quam primo, et in loco isto dabo pacem. ℣. Venient de-siderati gentibus, et implebo domum istam gloria. * magna. Agg. 2.

Lectio VIII.

Ipsa est ergo ecclesia, que intra sagenam dominicam cum malis piscibus natat, a quibus corde semper et moribus separatur atque discedit, ut exhibeatur viro suo gloriosa, non habens maculam neque rugam. Corporalem autem separationem in ultore maris, hoc est, in fine seculi exspectat, corrigens quos potest, tolerans quos corrigere non potest: non tamen propter eorum, quos non corrigit, iniquitatem, ipsa bonorum deserit unitatem. Neque apostolis concessit Dominus, ut ante tempus zizania colligerent, aut

nquam ipsis paleam ferre et aream pur-
re concessum sit, paleas conarentur a tri-
ce separare: quod unum quemque penitis
ceris maculari non posse monstravit: quam
bi omnes impiè seditionis auctores solam
ulsam separationis assumunt.

℣. Hoc est verbum Domini ad Zorobabel
icens: ✠ non in exercitu, nec in robore, sed
Spiritu meo. ℟. Manus Zorobabel fun-
verunt domum istam, et manus eius per-
icient eam. ✠ non. ℟. gloriâ. ✠ non.
Zach. 4.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola primâ beati Pauli apostoli
ad Timotheum. cap. 4.

piritibus manifestè dicit, quia in novissimis
mporibus discedent quidam a fide, attendentes
piritibus erroribus et doctrinis dæmonio-
um, in hypocrisi loquentium mendacium,
et cauteriatam habentium suam conscien-
iam, prohibentium nubere, abstinere a
bis, quos Deus creavit ad percipiendum
um gratiarum actione fidelibus, et iis
ui cognoverunt pietatem. Quia omnis crea-
ra Dei bona est, et nihil reiiciendum quod
um gratiarum actione percipitur; sancti-
catur enim per verbum Dei et orationem.
ec proponens fratribus, bonus eris minister
hristi Jesu, enutritus verbis fidei et bonæ
ctrinæ, quam assecutus es. Ineptas autem
et aniles fabulas devita: exerce autem teipsum
d pietatem. Nam corporalis exercitatio
d modicum utilis est, promissionem habens
itæ quæ nunc est, et futuræ.

℟. Zorobabel et Jesus filius Josedec in
diebus suis ædificaverunt domum, ✠

℟. exaltaverunt templum sanctum Domino.
℣. Suscitavit Dominus spiritum Zorobabel
ducis Juda, et spiritum Jesu sacerdotis magni:
et ingressi sunt, et faciebant opus in domo
Domini. * ℟. Eccli. 49. agg. 1.

Lectio X.

Fidelis sermo et omni acceptione dignus.
In hoc enim laboramus, et maledicimur,
quia speramus in Deum vivum, qui est salva-
tor omnium hominum, maxime fidelium.
Præcipe hæc et doce. Nemo adolescentiam tuam
contemnat; sed exemplo esto fidelium, in
verbo, in conversatione, in charitate, in fide,
in castitate. Dum venio, attende lectioni,
exhortationi et doctrinæ. Noli negligere
gratiam, quæ data est tibi per prophetiam
cum impositione manuum presbyterii. Hæc
meditare, in his esto, ut profectus tuus ma-
nifestus sit omnibus. Attende tibi et doctri-
næ: insta in illis. Hoc enim faciens et teipsum
salvum facies, et eos qui te audiunt.
℟. Vos transgredi estis, ut adderetis super
delictum Israel: ✠ et nunc date confes-
sionem Deo, et facite placitum ejus. ℣. Re-
formamini in novitate sensus vestri: ut
probetis, quæ sit voluntas Dei bona et bene-
placens et perfecta. ✠ Date. j. Esd. 10. Hom. 12.

Lectio XI. cap. 6.

Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut
patrem, juvenes ut fratres, anus ut matres,
juvenculas ut sorores, in omni castitate.
Viduas honora, quæ vere viduæ sunt. Si qua
autem vidua filios et nepotes habet, discat pri-
mum domum suam regere, et mutuam vicem
reddere parentibus: hoc enim acceptum est co-
ram Deo. Quæ autem vere vidua est, et desolata,
spere in Deum, et instet obsecrationibus et
orationibus nocte ac die: nam quæ in deliciis
est, vivens mortua est. Et hæc præcipe, ut

reprehensibiles sint. Signis autem suorum,
maxime domesticorum, curam non habet,
dem negavit, et est infideli deterior.

℟. Manus Dei nostri est super omnes, qui quae-
unt eum in benignitate: ✠ et imperium eius
fortitudo et furor super omnes, qui dere-
inquunt eum. ℣. Bonus Dominus sperantibus
eum, animae quaerenti illum. ✠ et.

Ps. 8. Thren. 3.

Lectio XII.

Si quis fidelis habet viduas, subministret
lis, et non gravetur ecclesia, ut eis, quae vere
iduae sunt, sufficiat. qui bene praesunt pres-
yteri, duplici honore digni habeantur, maxi-
e qui laborant in verbo et doctrina. Dicit
nim scriptura: non alligabis os bovi trituranti; et: dignus est operarius mercede sua.
dversus presbyterum accusationem noli
ecipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.
eccantes coram omnibus argue, ut et ceteri
imorem habeant. Testor coram Deo et
hristo Jesu et electis angelis, ut haec custo-
ias sine praeiudicio, nihil faciens in
lteram partem declinando. Manus cito
emini imposueris, neque communicaveis peccatis alienis. Te ipsum castum ae-
ervi.

℟. Pro Dominica. Seraphim clamabant
lter ad alterum: ✠ Sanctus, Sanctus, San-
tus Dominus Deus exercituum: ✠ plena
st omnis terra gloria eius. ℣. Tres sunt
ui testimonium dant in coelo, Pater,
erbum et Spiritus sanctus: et hi tres
unum sunt. ✠ Sanctus. ℣. gloria. ✠ plena.

Isa. 6. 1. Joan. 5.

℟. infra hebdomadam. Animo quiores
ote, et proclamate ad Dominum, erit
im memoria vestra ab eo, qui duxit nos: ✠
i autem fuit, sensus vester, ut terra relicta

Deo; decies tantum iterum convertentes requirelis eum. ℣. Hæc dicit Dominus exercituum: convertimini ad me, & convertar ad vos. ✠ Sicut. ℣. gloria. ✠ Sicut. Bar. 4. Zach. 1.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 19.

In illo tempore: Cum adpropinquaret Jesus Jerusalem, videns civitatem, flevit super illam, dicens: quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te: & coangustabunt te undique: & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ. Et ingressus in templum, cœpit ejicere vendentes in illo & ementes, dicens illis: Scriptum est, quia domus mea domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo.

Ad Bened. ant. Non relinquent in te lapidem super lapidem: ✠ eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ. Luc. 19.

Ad Magnif. ant. Scriptum est: quia domus mea domus orationis est: ✠ vos autem fecistis illam speluncam latronum. Luc. 19.

Feria II.

Lectio 1.

De libro primo Esdræ. cap. 6.

Igitur seniores Judæorum ædificabant, & prosperabantur juxta prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filii Addo.

ædificaverunt, et construxerunt, iubente
eo Israel, et iubente Cyro et Dario, et Arta-
xerxe regibus Persarum: et compleverunt
templum Dei istam usque ad diem tertium
mensis Adar, qui est annus sextus regni
Darii regis. ✠ Fecerunt autem filii Israel,
sacerdotes et Levitæ, et reliqui filiorum trans-
migrationis, dedicationem domus Dei in
gaudio. Et obtulerunt in dedicationem domus
Dei vitulos centum, arietes ducentos, agnos
quadringentos, hircos caprarum pro peccato
totius Israel duodecim, juxta numerum
tribuum Israel. Et statuerunt sa-
cerdotes in ordinibus suis, et Levitas in vici-
nis suis, super opera Dei in Jerusalem,
sicut scriptum est in libro Moysi. ℣.
Fecerunt autem filii Israel transmigra-
tionis Pascha, quarta decima die mensis
primi. Purificati enim fuerant sacerdotes
et Levitæ quasi unus: omnes mundi ad
immolandum pascha universis filiis
transmigrationis, et fratribus suis sacer-
dotibus, et sibi. ✠ Et comederunt filii
Israel, qui reversi fuerant de transmigra-
tione, et omnes qui se separaverunt a
contaminatione gentium terræ ad eos, qui
requirerent Dominum Deum Israel. Et fe-
cerunt solemnitatem azymorum septem
diebus in lætitia: quoniam lætificaverat
eos Dominus, et converterat cor regis Assur
ad eos, ut adjuvaret manus eorum in opere
domus Domini Dei Israel.

℟. ex I. Nocturno Dominicæ præcedentis.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Bedæ
Presbyteri. in h. l.

Omnes prophetæ, immo omnes sacræ auctores

Scripturæ prospera studioribus sancto cultoribus, id est, doctoribus spondentur, si non ipsi adversitatibus fatigati a labore sancto quiescant. Aderit namque divinum auxilium, quo cepto domus Domini in adiutorium corde credendo ac bene vivendo compleatur. Adveniet architectis eisdem benedictio (et) abundantia copiosior spiritualium charismatum: quo absque ulla dubietate tanto nobis largius a Domino prostabitur, quanto diligentius habitaculum gloriæ ipsius sive in nobis ipsis, sive in proximorum cordibus exstruere satagerimus. Verum quia reædificatio domus post captivitatem, illorum correctionem designat, quia via veritatis, quam paululum inchoaverant, peccando aberraverunt; apte restauratum huius modi templum dedicatur a sacerdotibus et Levitis, et reliquis filiorum transmigrationis in gaudio: quia correctis his, qui peccavere, multum fit gaudium in cœlo coram angelis Dei. Fit et magistris, qui pro errantium salute laboraverunt: fit et omnibus, qui a Babylone, id est, confusione peccatorum ad virtutum arcem, terram undique repromissionis, mente et opere transmigraverunt. Offerunt in hanc dedicationem hostias, cum per errantium conversationem vota gratiarum Deo offerunt; cum multi conspecta eorum vita Deo devota et ipsi se ad maiora virtutum opera accingunt, nolentes eis segniores in operibus bonis existere, quibus innocentiores minus peccando remanserunt.

Feria III.

De libro primo Esdræ. cap. 9.

Postquam autem hæc completa sunt, accesserunt ad me principes, dicentes: non est separatus populus Israel, sacerdotes et Levitæ a populis terrarum: tulerunt enim de filiabus eorum sibi et filiis suis, et commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum: manus quoque principum et magistratuum fuit in transgressione hac prima. * Cumque audissem sermonem istum, scidi pallium meum et tunicam, et evelli capillos capitis mei et barbæ, et sedi mœrens. Convenerunt autem ad me omnes, qui timebant verbum Dei Israel, pro transgressione eorum, qui de captivitate venerant: et ego sedebam tristis usque ad sacrificium vespertinum. 9. Et in sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea, et scisso pallio et tunica curvavi genua mea, et expandi manus meas ad Dominum Deum meum, et dixi: Deus meus confundor et erubesco levare faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, et delicta nostra creverunt usque ad cœlum. * Et post omnia, quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, et in delicto nostro magno, quia tu Deus noster liberasti nos de iniquitate nostra, et dedisti nobis salutem, sicut est hodie, ut non converteremur, et irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia jungeremus cum populis abominationum istarum. Adhuc iratus es nobis usque ad consummationem, ne dimitteres nobis reliquias ad salutem. Domine Deus Israel justus es tu: quoniam derelicti sumus, qui salvaremur sicut die hac. Ecce coram te sumus in delicto nostro, non enim stari potest coram te super hoc.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Bede Presbyteri.

Esdras intimum cordis dolorem ostendit, scidit vestimentum, evellit pilos capitis et barbæ; sed mœrens, ut tali de honestamento corporis et indumenti cum mœrore vultus velocius omnium animos ad pœnitentiam vel sui vel fraterni reatus excitet. Exemplum (itaque omnes) hic habebunt eximium non solum flendi orandi, verum etiam ieiunandi pro his, qui peccaverunt: etenim beati sint lugentes, qui propria delent peccata, quoniam accepta remissione consolantur; quanto esse beatiores credendi sunt, qui etiam fraternis lugent erratibus: et hoc in tantum, ut ne panem quidem et aquam, quo abstinentium est refectio, contingere velint, neque domum suam ingredi, vel in lectum sui stratus ascendere, sed in atriis domus Domini potius orantes pernoctare gaudeant? Lugent etiam nunc in transgressione eorum, qui de captivitate venerant, qui dolent eos, qui nuper penalis pœnitendo erepti erant, rursus ad ea peccando esse prolapsos, per quos denuo a diabolo possint captivari. De qualibus, qui velut de captivitate ascendentes nihilominus per luxuriam sunt capti, loquitur apostolus Petrus: Si enim, inquit, refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri et Salvatoris nostri Jesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus.

Feria IV.

Lectio I.

De libro primo Esdræ. cap. 10.

i ergo oranle Esdra, et implorante eo,
flente et iacente ante templum Dei,
lectus est ad eum de Israel coetus grandis
imis virorum et mulierum, et puerorum:
flevit populus fletu magno. Et respondit
chenias et dixit Esdre: nos prevaricati
mus in Deum nostrum, et duximus
cores alienigenas de populis terre. *
nunc si est pœnitentia in Israel super
e, percutiamus fœdus cum Domino Deo
stro, ut proiiciamus universas uxores
eos qui de his nati sunt, iuxta voluntatem
mini, et eorum qui timent preceptum
mini Dei nostri: secundum legem fiat.
rge, tuum est decernere, nosque erimus te-
m: confortare et fac. 9. Surrexit ergo
dras, et adiuravit principes Sacerdotum
Levitarum, et omnem Israel, ut face-
nt secundum verbum hoc: iuraverunt.
missa est vox in Juda, et in Jerusalem om-
bus filiis transmigrationis, ut congre-
rentur in Jerusalem: et omnis, qui
n venerit in tribus diebus iuxta consi-
um principum et seniorum, auferetur
iversa substantia eius, et ipse abiciebatur
ctu transmigrationis. * Convene-
nt igitur omnes viri Juda et Beniamin
Jerusalem tribus diebus, ipse est mensis
onus, vigesimo die mensis: et sedit omnis
opulus in platea domus Dei, tremens
ropeando et pluviis. Et surrexit Esdras
cerdos, et ad eos: vos transgressi estis, et
xistis uxores alienigenas, ut adderetis
per delictum Israel. Et nunc date confes-
onem Domino Deo patrum vestrorum,
et facite placitum eius, et separamini
populis terre, et ab uxoribus alienigenis.
Respondit universa multitudo, dixitque

voce magna: iusta verbum tuum ad nos, sic fiat.

R. R. ex III. Dom. Dominico precedentis.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Bede Presbyteri.

Quantum oratio, fletus et lamentatio Esdre profecerit, ostenditur, cum mox adeum cetus flentium permaximus utriusque sexus et omnis etatis collectus ese perhibetur. Juvabat autem eum Jechenias, si populum, inquit, perfecte huius transgressionis pateret, primo conversi ad Dominum promittamus correctionem, ac postulemus veniam: deinde ad nos ipsos reversi, omnem a nobis patrati facinoris et radicem exstirpemus et fruticem: hoc est enim quemquam veraciter agere penitentiam, et totum intus in corde ad Dominum converti, et foris omnes peccandi materias ab ipsa origine resecare. Notandum interea, quanta arte pugnandi diabolus fideles semper impugnet, quam nullum eis unquam securum a certando tempus relinquat. Ecce enim, qui adversitatibus superari non poterant, superantur blandimentis. Cuius rei temporibus nostris manifestissime est figura completa, cum videamus animos fidelium multo periculosius nunc interius tentari a concupiscentia sua abstractos et illectos, quam tentabantur quondam extrinsecus, cum immanis adversarius contra eorum constantiam ferro et igne saeviebat. Sed aderit pietas Domini, que sicut tunc illis adversus aperta furentium certamina virtutem patientie largita est: ita et nobis adversus surripientium laqueos blandiarum cautelo donet custodiam.

Feria V.

Lectio I.

Incipit liber secundus Esdre. cap. j.

Verba Nehemie filii Helchie. Et factum
est in mense Caslev, anno vigesimo, et ego
eram in Susis castro. Et venit Hanani unus
de fratribus meis, ipse et viri ex Juda: et
interrogavi eos de Judeis, qui remanserant
et supererant de captivitate, et Jerusalem.
Et dixerunt mihi: qui remanserunt, et
reliqui sunt de captivitate ibi in provincia,
in afflictione magna sunt, et in opprobrio:
et murus Jerusalem dissipatus est, et porte
eius combuste sunt igni. ℣. Cumque au-
disssem verba huiusce modi, sedi et flevi,
et luxi diebus multis: ieiunabam et ora-
bam ante faciem Dei celi, et dixi: quaso
Domine Deus celi fortis, magne atque
terribilis, qui custodis pactum et mise-
ricordiam cum his qui te diligunt, et
custodiunt mandata tua: fiant aures tue
auscultantes, et oculi tui aperti, ut audias
orationem servi tui, quam ego oro coram
te hodie nocte et die, pro filiis Israel
servis tuis: et confiteor pro peccatis filiorum
Israel, quibus peccaverunt tibi: ego et
domus patris mei peccavimus. ℟. Vani-
ter seduti sumus, et non custodivimus
mandatum tuum, et ceremonias, et
judicia, quæ præcepisti Moysi famulo tuo.
Memento verbi, quod mandasti Moysi servo
tuo dicens: cum transgressi fueritis, ego
dispergam vos in populos: et si reverta mini
mihi, et custodiatis præcepta mea, et faciatis
ea, etiamsi abducti fueritis ad extrema celi,
inde congregabo vos, et reducam in locum, quem
elegi ut habitaret nomen meum ibi. ℣. Ipsi
sunt tui, et populus tuus, quos redemisti in for-

titudine tua magna, et in manu tua valida. Obsecro Domine, sit auris tua attendens adorationem servi tui, et adorationem servorum tuorum, qui volunt timere nomen tuum: et dirige servum tuum hodie, et da ei misericordiam ante virum hunc: ego enim eram pincerna regis.

℟. ex I. Nocturni Dominicæ præcedentis.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Patet litteræ sensus: quia qui remanserant de captivitate, ipsi in pace versari videbantur, in afflictione tamen maxima erant miseris, quod exprobrarent eis hostes, civitatem sanctam adhuc remansisse destructam. Sed et nunc in sancta ecclesia merito affligundi sunt ac tristitia salutari compungendi sunt, qui resipiscentes ipsi a pristinis sceleribus, proximos [illegible] adhuc suos vitiis subjacere considerant: ita ut per negligentiam eorum, qui correctis multis prodesse poterant, quasi per muros urbis dissipato diabolus liberum habeat in ecclesiam introitum. quod eo magis dolendum est necesse est, si ipsi, qui aliis doctrina vel exemplo prodesse debuerant, exempla interitus sese cernentibus corrupte vivendo pro monstrant. Hoc est enim portas Jerusalem flammis hostilibus esse permissas, eos qui bene vivendo ac docendo dignos in coetum electorum introducere, indignos vero arcere debuerant, avaritiæ, luxuriæ, superbiæ, contentionis, invidiæ, ceterorumque, quæ hostis malignus inferere solet, vitiorum incendio perire. Quod si vir sanctus (Nehemias) audiens destructa lapidum ac lignorum ædificia recte lugebat, jejunabat et orabat, et hoc multo tempore sedens in tristitia: quanto magis in destructione ac ruina animarum quæ

er peccatum committitur, continuis cantibus, lacrymis, orationibus infistendum? tenus miserante Domino ad pristinam igantur hospitalem, qui in opprobrium ligionis triumphante inimico iacebant sine no vitiorum sorde squalentes.

Feria VI.

Lectio I.

De libro secundo Esdre. cap. 4.

congregati sunt omnes (inimici nostri) ariter, ut venirent et pugnarent contra rusalem, et molirentur insidias. (C) Stavi in loco post murum per circuitum poulum in ordinem cum gladiis suis et lanis et arcubus. Factum est autem, cum audissent inimici nostri, nuntiatum esse bis, dissipavit Deus consilium eorum. Et versi sumus omnes ad muros, unusquisque opus suum. * Et factum est a die illa, edia pars iuvenum eorum faciebat opus, media parata erat ad bellum, et lanceæ, scuta, arcus et loricæ, et principes post os in omni domo Juda ædificantium in uro, et portantium onera, et imponentium: na manu sua faciebat opus, et altera tenebat gladium: ædificantium enim unusquisque gladio erat accinctus renes. Et ædificabant, et clangebant bucina coram me. (C) Dixi ad optimates et ad magistratus, et ad eliquam partem vulgi: opus grande est et latum, et nos separatissimus in muro procul alter ab altero. In loco quocumque audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos, Deus oster pugnabit pro nobis. Et nos ipsi faciamus mus, et media pars nostrum teneat lanceas ab ortu aurore, donec egrediantur astra. * In mpore quoque ideo dixi populo: unusquisque um puero suo maneat in medio Jerusalem,

& sint nobis vices per noctem & diem adoperandum. Ego autem & fratres mei, & pueri mei, & custodes qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra.

R. R. ex II. Noct. Dominica precedentis.

Lectio II.

De expositione venerabilis Bedæ Presbyteri.

Notandum, quia non solum pars invenium media faciebat opus, & pars media parata erat ad bellum: sed & iidem ipsi, qui faciebant opus inveniebant, gladio erant accincti. Tanta namque versutia hostis antiqui, tantus est furor militiæ eius contra ecclesiam dimicantis, ut non solum prædicatores veritatis, sed & ipse Dei populus semper adversus machinas illius invigilare, & velut in acie debeat stare. Ædificantes namque gladio accingantur renes, cum his, qui bonis insistere operibus, qui commissos sibi regulari curant ratione disponere: hoc est enim vivos lapides in ædificio sanctæ civitatis ordine competenti locare: fluxa mise luxuriæ acumine verbi Dei restringere satagunt. Nec pretereundum, quia cum David sive Salomon eandem civitatem ædificarent, nil de armatis structoribus vel adversarios impugnantibus refertur: verum destructa cæteræ eorum urbs maiore labore ac industria reficitur: quia & talis est ædificatio spiritualis, quo in animarum salute geritur, ut in baptismate renati per fidem & confessionem sanctæ Trinitatis absque ullo nostro labore, per gratiam Dei civitas ac domus eius efficiamur. Ad sipost ablationem sacri fontis, diabolo seducente, ad peccata relabimur, & virtutum mœnia nostrarum hostis victor igne vitiorum deiicit, gravioribus necesse est orationis,

lectionis, vigiliarum, eleemosynarum,
vite auditoris studiis ea, quæ perdidimus,
morum operum difficilia reparemus. dum
experti vitiorum illecebris difficilius,
quam incognitis, caremus: minorisque
laboris est incognitam carnis cavere volupta-
tem, quam reücere cognitam.

Sabbato.

Lectio 1.

De libro secundo Esdræ. cap. 8. 9.

Venerat mensis septimus: filii autem Israel
erant in civitatibus suis. Congregatusque
omnis
populus quasi vir unus, ad plateam,
quæ erat ante portam aquarum: dixe-
runt Esdræ scribæ, ut afferret librum legis
Moysis, quam præceperat Dominus Israeli. ✠
Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram
multitudine virorum et mulierum, cunctis
qui poterant intelligere, in die prima
mensis septimi. Et legit in eo aperte in pla-
tea, quæ erat ante portam aquarum, de mane
usque ad mediam diem, in conspectu virorum
et mulierum et sapientium: et aures omnis
populi erant erectæ ad librum. ℣. Stetitque
Esdras scriba super gradum ligneum,
quem fecerat ad loquendum, et aperuit librum
coram omni populo; (super universum quip-
pe populum eminebat: et cum aperuisset
eum, stetit omnis populus. Et benedixit
Esdras Domino Deo magno; et respondit
omnis populus: amen amen; elevans ma-
nus suas, et incurvati sunt, et adoraverunt
eum proni in terram. ✠ In die autem vige-
simo quarto mensis hujus convenerunt
filii Israel in jejunio, et in saccis, et humus
super eos. Et separatum est semen filiorum Israel
ab omni filio alienigena: et steterunt, et

confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum. Et consurrexerunt ad standum: & legerunt in volumine legis Domini Dei sui quater in die, & quater confitebantur & adorabant Dominum Deum suum.
R/R. ex III. Noct. Dominica procedentis.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Notanda devotio correcti post captivitatem populi, ut completa ritè solemnitate, quæ per legem Domini mandata est, una tantum inter missa die, mox in ieiunio & in pœnitentia ipsi sua fronte convenirent: & quæ diebus lectionum sanctarum ac tabitis gerendum audierant, diligenter ex tempore gererent, separando scilicet se ipsos & mente & corpore a consortio eorum, qui alieni a Domino erant & abeius cultura comprobantur: ne rursus per facietatem & exempla reproborum, inciderent in mala captivitatis & ærumnæ: quo tamen vix post longa temporum sive seculorum volumina sese evasisse cernebant. Quid de his nobis mystice tractandum? nisi ut talium exempla secuti, quidquid in publica synaxi vel auditorio faciendum cognovimus, denuo mutua inter nos collatione tractemus: & qualiter singula hoc castigatione cordis sive corporis nostri complere valeamus, solerti indagine perquiramus.

Ad Vesperas Duplex.

ad Magnif. ant. Sapientia insipientibus locuta est: relinquite infantiam, & vivete: * & ambulate per vias prudentiæ. Prov. 9.

Oratio Sacr. Gelas.

Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo
maxime, et miserando manifestas: multi-
plica super nos misericordiam tuam; ut ad
ea promissa currentes, cœlestium bonorum
facias esse consortes. Per Dominum.

Dominica X. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. lect.

In 1. Nocturno.

Lectio 1.

Incipit liber Proverbiorum. cap. 1.
Parabole Salomonis, filii David, regis Israel.
Ad sciendam sapientiam et disciplinam: ad
intelligenda verba prudentiæ: ad suscipien-
dam eruditionem doctrinæ, iustitiam, et
iudicium, et æquitatem: ut detur parvulis
astutia, adolescenti scientia et intellectus.
Audiens sapiens sapientior erit, et intelligens
gubernacula possidebit. animadvertet pa-
rabolam et interpretationem, verba sapi-
entum et ænigmata eorum. Timor Domini
principium sapientiæ. Sapientiam atque
doctrinam stulti despiciunt. Audi fili mi
disciplinam patris tui, et ne dimittas legem
matris tuæ; ut addatur gratia capiti tuo,
et torques collo tuo.
℣. Initium sapientiæ timor Domini. ✠
Firmamentum est Dominus timenti-
bus eum, et testamentum ipsius, ut ma-
nifestetur illis. ℟. Principium sapi-
entiæ timor Domini: et scientia sancto-
rum prudentia. ✠ firmamentum. Ostiv.
ad 24. Prov. 9.

Lectio II.

Fili mi, si te lactaverint peccatores, ne
acquiescas eis. Si dixerint: veni nobiscum,
insidiemur sanguini, abscondamus laqueos

cas contra insontem frustra; deglutiamus eum sicut infernus viventem, et integrum quasi descendentem in lacum: omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis: Sortem mitte nobiscum, marsupium unum sit omnium nostrum. Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum a semitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt, et festinant, ut effundant sanguinem. ℟. Non emuleris hominem injustum, nec imiteris vias ejus: * quoniam qui malignantur, exterminabuntur; sustinentes autem Dominum ipsi hereditabunt terram. ℣. Non emuletur cor tuum peccatores; sed in timore Domini esto tota die. * quoniam. Prov. 3. Ps. 36. Prov. 1.

Lectio III.

Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam: in capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba sua, dicens: usquequo parvuli diligitis infantiam, et stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient, et imprudentes odibunt scientiam? Convertimini ad correptionem meam: en proferam vobis Spiritum meum, et ostendam vobis verba mea. quia vocavi, et renuistis; extendi manum meam, et non fuit, qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitu vestro ridebo et subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, advenerit. ℟. Disciplinam Domini ne abjicias, ne deficias, cum ab eo corriperis: * quem enim diligit Dominus, corripit, et quasi pater in filio complacet sibi. ℣. Tamquam filius

dis offert se Deus: quis enim filius, quem
on corripit pater? * quem. Prov. 2. Hebr. 12.

Lectio IV.

Cum irruerit repentina calamitas, et inte-
ritus quasi tempestas ingruerit: quando
ingruerit super vos tribulatio et angustia:
tunc invocabunt me, et non exaudiam;
mane consurgent, et non invenient me:
eo quod exosam habuerint disciplinam,
timorem Domini non susceperint,
nec adquieverint consilio meo, et detra-
xerint universo correptioni meo. Come-
dent igitur fructus viae suae, suisque
consiliis saturabuntur. Aversio parvu-
lorum interficiet eos, et prosperitas
stultorum perdet illos. qui autem me
audierit, absque terrore requiescet, et abun-
dantia perfruetur, timore malorum sublato.
℣. Si susceperis sermones meos, et man-
data mea abscónderis penes te: * Tunc, †
intelliges timorem Domini, et scientiam
Dei invenies. ℣. Cogitatum suum habe
in praeceptis Dei, et in mandatis illius ma-
xime assiduus esto. * Tunc. ℣. gloria.
† intelliges. Prov. 2. Euli. 6.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.
l. 19. contra Faust. c. 129.

De Sacramentis.

Nullum nomen Religionis seu verum
seu falsum coagulari homines possunt, nisi
signo signaculorum vel Sacramentorum
visibilium consortio colligentur: quorum
Sacramentorum vis inenarrabiliter valet
plurimum, et ideo contenta sacrilegos facit.
impie quippe contemnitur, sine qua non po-
test perfici pietas. Verumtamen quia visibilia
Sacramenta pietatis in se possunt etiam

impūs, sicut habuisse sanctum baptismum etiam Magum Simonem legimus: fiunt tales, quales apostolus ait: habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Virtus autem pietatis est finis præcepti, id est, charitas de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta.

℟. Tene disciplinam, ne dimittas eam: * custodi illam, quia ipsa est vita tua. ℣. conserva iustitiam, et Deus probebit illam tibi; sapientia enim est disciplina timor Domini. * custodi. Prov. 4. Eulij.

Lectio VI.

Unde apostolus Petrus, cum de sacramento arcæ, in qua Noe domus a diluvio liberata est, loqueretur: Sic et vos, inquit, similis formæ baptisma salvos fecit. Ne filii sufficere putarent visibile sacramentum, per quod habebant formam pietatis, et per malos mores perdite vivendo virtutem eius abnegarent; continuo subiecit: non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio. Proinde prima sacramenta, quæ observabantur et celebrabantur ex lege, prænuntiativa erant Christi venturi: quæ cum suo adventu Christus implevisset, ablata sunt, et ideo ablata, quia impleta: non enim venit solvere legem, sed adimplere. Et alia mutata sunt, virtute maiora, utilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora, tam quam iustitia fidei revelata, et in libertatem vocatis filiis Dei, iugo servitutis ablato, quod duro et carni dedito populo congruebat.

℟. Sapientia ubi invenitur, et quis est locus intelligentiæ? * eue timor Domini ipsa est sapientia, et recedere a malo

intelligentia. ℣. Fons sapientiæ verbum
Dei in excelsis, et ingressus illius mandata
æterna: plenitudo sapientiæ est timere
Deum. ℟. ne. Job. 28. Euli. j.

Lectio VII.

Verumtamen si antiqui iusti, qui sacra-
mentis illis intelligebant venturam pro-
nuntiari revelationem fidei, ex qua, licet
adhuc operta et abscondita, munere tamen
gratiæ intellecta etiam tunc ipsi vivebant
justi in hac vita nemo esse potest justus, nisi
qui ex fide vivit. Si ergo antiqui iusti pro
illis nuntiativis sacramentis et rerum non-
dum impletarum figuris omnia dura et
horrenda perpeti parati fuerunt, et plerique
perpessi sunt: quanto magis nunc pro baptis-
mo Christi ad omnia perferenda paratior de-
bet esse christianus, cum illæ fuerint promis-
siones rerum complendarum, hæc sint
judicia completarum? quod enim adhuc
promittitur ecclesiæ, id est, corpori Christi,
et in manifestatione prædicatur, et in ipso
capite corporis Salvatore, id est, in ipso
mediatore Dei et hominum homine Christo
Jesu, iam ubique completum est.

℣. Vani sunt omnes homines, ℟. in qui-
bus non est subesse Scientia Dei: et de his
qui videntur bona, non potuerunt in-
telligere eum qui est. ℣. Invisibilia
Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspi-
ciuntur; ita ut sint inexcusabiles. ℟. in.
cap. 13. Rom. j.

Lectio VIII.

Quid enim promittitur, nisi vita æter-
na ex resurrectione a mortuis? Hoc
iam completum est in illa carne, quod
Verbum caro factum est, et habitavit in
nobis. Tunc ergo occulta erat fides;

nam eadem credebant, eademque spera-
bant omnes iusti & sancti huius tempo-
rum illorum, & promissiva erant omnia
illa sacramenta, omnisque ritus ille sacro-
rum. ℣ Nunc autem revelata est fides,
in qua conclusus erat populus, quando
sub lege custodiebatur: & quod fidelibus
promittitur in iudicio, iam completum
est in exemplo per eum, qui legem & pro-
phetas non venit solvere, sed adimplere.
quid sunt aliud quoque corporalia sacra-
menta, nisi quodam quasi verba sensibi-
lia, sacrosancta quidem, verumtamen
mutabilia & temporalia? Deus enim ater-
nus est, nec tamen aqua & omnis actio
corporalis, quo agitur, cum baptizamur,
& fit & transit, aterna est. Hoc omnia
fiunt & transeunt, sonant & transeunt:
virtus tamen, quae per ista operatur, iugiter
manet; & donum spirituale, quod per ista
insinuatur, aternum est.
℟. Beatus homo, qui invenit sapientiam:
pretiosior est cunctis opibus; ✝ vie illius
pulcra, & omnes semite illius pacifice.
℣. Quae desursum est sapientia, pudica est,
pacifica, modesta; plena misericordia &
fructibus bonis. ✝ vie. ℣. gloria. ✝ vie.
Prov. 3. Jac. 3.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Timotheum. cap. 6.

Quicunque sunt sub iugo servi, dominos
suos omni honore dignos arbitrentur, ne
nomen Domini & doctrina blasphemetur.
qui autem fideles habent dominos, non con-
temnant, quia fratres sunt: sed magis serviant,
quia fideles sunt & dilecti, qui beneficii parti-
ceps sunt. Haec doce & exhortare. Si quis

aliter docet, et non adquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, et ei quae secundum pietatem est doctrinae, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quaestiones et pugnas verborum: ex quibus oriuntur invidiae, contentiones, blasphemiae, suspiciones malae, conflictationes hominum mente corruptorum, et qui veritate privati sunt, existimantium quaestum esse pietatem. ℣. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos; * sapientia enim huius saeculi, stultitia est apud Deum. ℟. Sapientia callidi est intelligere viam suam, et imprudentia stulti errans. * Sapientia. Rom. 12. 1. Cor. 3. Prov. 11.

Lectio X.

Habemus quaestus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia et nociva, quae mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis.

℣. Vanitatem et verba mendacia longe fac a me Domine: * mendicitatem et divitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria. ℣. Melius est modicum iusto, super divitias peccatorum multas. * mendic. Prov. 30. Ps. 36.

Lectio XI.

Tu autem homo Dei haec fuge: sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem,

patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus. Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, et Christo Jesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem: ut serves mandatum sine macula, irreprehensibile, usque in adventum Domini nostri Jesu Christi: quem suis temporibus ostendet beatus et solus potens, Rex regum et Dominus dominantium: qui solus habet immortalitatem, et lucem inhabitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor et imperium sempiternum. amen.

℟. Sapientia clamitat: in stibus sunt omnes sermones mei, non est in eis pravum quid neque perversum: * recti sunt intelligentibus, et aequi inuenientibus scientiam. ℣. Si quis non adquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, superbus est, nihil sciens. * recti.

Prov. 8. j. Tim. 6.

Lectio XII.

Divitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum: bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum futurum, ut apprehendant veram vitam. O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, et oppositiones falsi nominis scientiæ: quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum Amen.

℟. pro Dominica. Seraphim clamabant alter ad alterum: * Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus exercituum: ℣. plena est omnis terra gloria eius. ℟. Tres sunt, qui testimonium

ant in cœlo, Pater, Verbum et Spiritus
ctus: et hi tres unum sunt. ℟. Sanctus.
℣. gloria. ℟. plena. Isa. 6. 1. Joan. 5.
℣. infra hebdomadam. In multis offendi-
mus omnes: ℟. si quis in verbo non offendit,
hic perfectus est vir. ℣. In multiloquio
non deerit peccatum; qui autem moderatus
labia sua, prudentissimus est. ℟. Si litigavit.
℣. si quis. Jac. 3. Prov. 10.
Hæc R.R. dicuntur per hanc et sequentem
hebdomadam.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Lucam. cap. 18.

In illo tempore: dixit Jesus ad quosdam, qui
in se confidebant tanquam justi, et aspernaban-
tur ceteros, parabolam istam: Duo homi-
nes ascenderunt in templum, ut orarent; u-
nus pharisæus et alter publicanus. Pha-
risæus stans hæc apud se orabat: Deus, gratias
ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum,
raptores, injusti, adulteri, velut etiam hic
publicanus. Jejuno bis in sabbato, decimas
do omnium, quæ possideo. Et publicanus
a longe stans nolebat nec oculos ad cœlum
levare; sed percutiebat pectus suum dicens:
Deus propitius esto mihi peccatori. Dico
vobis, descendit hic justificatus in domum
suam ab illo: quia omnis, qui se exaltat,
humiliabitur; et qui se humiliat, exalta-
bitur.

℣. Benedic. ant. Publicanus percutiebat pec-
tus suum dicens: ℟. Deus, propitius esto mihi
peccatori. Luc. 18.
℣. Magnif. ant. Omnis, qui se exaltat, humi-
liabitur: ℟. et qui se humiliat exaltabitur. Luc. 18.

Feria II.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 3.

Fili mi, ne obliviscaris legis mee, precepta
mea cor tuum custodiat; longitudinem enim
dierum, et annos vite, et pacem apponent
tibi. Misericordia et veritas te non deserant;
circumda eas gutturi tuo, et describe in tabulis
cordis tui: et invenies gratiam et disciplinam
bonam coram Deo et hominibus. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo,
et ne innitaris prudentie tue. In omnibus
viis tuis cogita illum, et ipse dirigit gressus
tuos. ✠ Ne sis sapiens apud temetipsum: time
Deum, et recede a malo: sanitas quippe erit
umbilico tuo, et irrigatio ossium tuorum.
Honora Dominum de tua substantia, et de
primitiis omnium frugum tuarum da ei:
et implebuntur horrea tua saturitate, et vino
torcularia tua redundabunt. Disciplinam
Domini, fili mi, ne abiicias, nec deficias cum
ab eo corriperis: quem enim diligit Dominus,
corripit, et quasi pater in filio complacet sibi. ℣.
Fili mi, ne effluant hec ab oculis tuis: custodi legem atque consilium, et erit vita animo
tuo, et gratia faucibus tuis. Tunc ambulabis
fiducialiter in via tua, et pes tuus non impinget: sed dormieris, non timebis; quiesces,
et suavis erit somnus tuus. Ne paveas repentino terrore et irruentes tibi potentias
impiorum: Dominus enim erit in latere
tuo, et custodiet pedem tuum ne capiaris. ✠
Noli prohibere benefacere eum, qui potest:
si vales, et ipse benefac. Ne dicas amico tuo:
vade et revertere, cras dabo tibi; cum statim
potis dare. Ne moliaris amico tuo malum,
cum ille in te habeat fiduciam. Ne contendas
adversus hominem frustra, cum ipse tibi nichil
mali fecerit. Ne emuleris hominem
iniustum, nec imiteris vias eius: quia abominatio Domini est omnis illusor, et cum
simplicibus sermocinatio eius.
℟. ex I. Vsd. Dominice precedentis.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Bedæ Presbyteri.

Ne impositæ præceptorum custodiæ turbaret audientem, præmisit præmia certa, et sic enumeravit præcepta. Longitudine enim dierum lucem sempiternam; annis vitæ transeuntem omnis mortalitatis; augmento spacii, ipsum nostræ stabilitatis statum designat. Misericordia et veritas non te deserant. Nunquam abscedat misericordia et veritas quæ dicenda: nunquam abscedere misericordia, quæ proximis sit impendenda, recedat. Sic enim fit, ut et te Dei semper misericordia prosequatur et veritas: misericordia delicta, quæ deleat peccata tua: veritas vero, quæ compleat promissa sua. Sit (autem) virtus misericordiæ et veritatis radici infixa mentis, promatur et voce loquentis: ut et sancto inspectori Deo, qui corda solus scrutatur et cogitationes, ariana placeant intentionis; et proximos invent officio locutionis. Bene autem virtutes circumdari dicet gutturi, cum vox loquentis potius intus in gutture fieri solet: quia videlicet prædicationis vox de visceribus emanat; sed extra circumdat, et ad plures audientes simul perfundatur. Quam nos alios ad bene vivendum suscitat, ea ad bene agendum et opera prædicantis legat, ne extra sermonem actio transeat, ne vocis vita contradicat. Habe fiduciam in domino: nec metuas, ob imbecillitatem propriam divina non posse servare mandata: nec te rursum autumes, hæc tuis implere viribus posse, vel hæc naturali scientia nosse, quæ non per illius legem instituaris: sed potius et discendo et agendo eius quære creber auxilium, et ipse quo instruit, propitius, ut implere valeas, donabit.

Feria III.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 4.

Audite filii disciplinam patris, et attendite ut sciatis prudentiam; donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Audi fili mi, et suscipe verba mea, ut multiplicentur tibi anni vitæ. Viam sapientiæ monstrabo tibi, duam te perfemitas equitatis: quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, et currens non habebis offendiculum. * Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua. Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, nec transeas per illam: declina et desere eam. Non enim dormiunt, nisi malefecerint: et rapitur somnus ab eis, nisi supplantaverint. Comedunt panem impietatis, et vinum iniquitatis bibunt. Justorum autem semita quasi lux splendens procedit, et crescit usque ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruant. Fili mi ausculta sermones meos, et ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui: vita enim sunt invenientibus ea, et universo carni sanitas. * Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Remove a te os pravum, et detractoria labia sint procul a te. Oculi tui recta videant, et palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Dirige semitam pedibus tuis, et omnes viæ tuæ stabilientur. Ne declines ad dexteram neque ad sinistram: averte pedem tuum a malo: vias enim, quæ ad dextris sunt, novit Dominus; perversa vero sunt quæ a sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace præducet.

R. R. ex 11. dom. Dominico præcedentis.

Lectio 11.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

l. 19. moral. cap. 27.

re ordis oculis circumquaque porrectis, undique
obis adhibenda custodia est. unde recte per
alomonem dicitur: omni custodia serva cor
tuum, quia ex ipso vita procedit. Dicturus enim
custodia, premisit omni: ut videlicet unusquis-
que sibi inde se diligenter inspiciat, et quamdiu
in hac vita est, contra spiritales inimicos in
uicle positum sciat, ne mercedem, quam
er has actiones colligit, per alias amittat:
e sibi hostis fores obsiruat, et aliunde adi-
tum paret. Si quis etenim civitas contra
ilidantes inimicos magno valletur aggere,
ortibus cingatur muris, ex omni parte
i omni muniatur custodia, unum vero in
a foramen tantum modo immunitum per
egligentiam relinquatur: inde pro aut dubio
ostis ingreditur, qui undique exclusus vide-
atur. Pharisaeus namque ille, qui in tem-
lum oraturus ascendit, civitatem mentis
uo quanta munitione vallaverit, audiamus:
ejuno, inquit, bis in sabbato, decimas do
mnium quo possideo. qui promisit gratias
gobibi, magna certe munimina adhibuit.
d videamus, ubi insidianti hosti immunitum
oramen reliquit, quia non sum sicut
ublicanus iste. Huc civitatem cordis sui
isidiantibus hostibus per elationem
eruit, quam frustra per ieiunium et
lee mosynas clausit. In castrum munita sunt
alera, cum locus unus, de quo hosti patet
ditus, munitus non est. gratias recte agit,
ed perverse se super publicanum extulit.
Quot labores uno vitio percussi ceciderunt,
uanta bona unius culpa gladio sunt per-
mta! Unde magnopere oportet et bona sem-
per agere, et ab ipsis nos bonis operibus
aute in cogitatione custodire: ne si nos tem
levant, bona non sint, que non autori
nicidanti, sed elationi.

Feria IV.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 6.

Vade ad formicam o piger, et considera vias eius, et discе sapientiam: quae cum non habeat ducem, nec praeceptorem nec principem, parat in aestate cibum sibi, et congregat in messe, quod comedat. Usquequo piger dormies? quando consurges e somno tuo? ✠ Paullulum dormies, paullulum dormitabis, paullulum conseres manus, ut dormias: et veniet tibi quasi viator egestas, et pauperies quasi vir armatus. Si vero nec piger fueris, veniet ut fons messis tua, et egestas longe fugiet a te. ℣. Homo apostata vir inutilis, graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, et omni tempore iurgia seminat. ℟. Huic extemplo ℣ veniet perditio sua, et subito conteretur, nec habebit ultra medicinam. ✠ Sex sunt, quae odit Dominus, et septimum detestatur anima eius: oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia, testem fallacem, et eum qui seminat inter fratres discordias.

℟. ℟. ex III. Noct. Dominico praecedentis.

Lectio II.

De expositione Venerabilis Bedae Presbyteri.

Hic vagantem hortatur quemlibet, ut si ad alios erudiendos non sufficit, saltem sui met curas agere non negligat: et si sapientiam docendi nequit ab homine, vel operandi sapientiam discat a formica. Sicenim tantillum animal principe carens, et rationis expers, natura duce sibi provident in posterum: multo magis tu ad imaginem Dei conditus, ad

videndam gloriam eius vocatus, doctorum magisterio adiutus, ipsum conditorem habens ducem, debes in profecti bonorum operum fructibus congregare, quibus aeternum vivas in aevum. Hoc etenim vita ideo mensi comparatur et aestati, quod nunc inter ardores tentationum tempus est colligendi futurorum praemia bonorum. At dies iudicii hyemis similatur frigoribus, quia hunc nimirum nulla relinquitur facultas pro vita laborandi, sed tantum cogitur quisque de horreo prioris actionis, quod recondidit, proferre. Usquequo ergo dormis in vitiis? quando potes resurgere ad bene operandum, qui noxio torpore depressus semper dicis: paullulum adhuc iaceam, et si postea poenitendo resurgam? Tu namque, ut te semper differente opus bonum, repente iudex, quia mala tua facta considerat, adest. Hoc est enim quod sequitur: et veniet tibi quasi viator egestas, et paupertas quasi vir armatus. Egestas namque et paupertas poena est ultima, in qua damnati nihil divitiarum merentur: quae quasi viator veniet, quia improvisa et inhabitanea: quasi vir armatus, quia devinci nequeunt non potest.

Feria V.

Lectio 1.

De libro Proverbiorum. cap. 10.

Filius sapiens laetificat patrem; filius vero stultus maestitia est matris suae. Non profuerunt thesauri impietatis: iustitia vero liberabit a morte. Non affliget Dominus fame animam iusti, et insidias impiorum subvertet. Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium divitias parat. Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos: idem autem ipse sequitur aves volantes. x Qui congregat in messe, filius sapiens est; qui autem stertit aestate, filius

confusionis. Benedictio Domini super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas. Memoria iusti cum laudibus: & nomen impiorum putrescet. Sapiens corde præcepta suscipit: fatuus cæditur labiis. ℣. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem depravat vias suas, manifestus erit. Qui annuit oculo, dabit dolorem: & fatuus labiis verberabitur. Vena vitæ os iusti: & os impiorum operit iniquitatem. Odium suscitat rixas: & universa delicta operit charitas. In labiis sapientis invenitur sapientia, & virga in dorso eius, qui indiget corde. ℟. Sapientes abscondunt scientiam: os autem fatui confusioni proximum est. Substantia divitis urbs fortitudinis eius: pavor pauperum egestas eorum. ℣. Opus iusti ad vitam: fructus autem impii ad peccatum. Via vitæ custodienti disciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat. In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est.

℟. ex I. Nocturno Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo Sancti Gregorii Papæ.

l. past. p. 3. cap. 14.

In multiloquio non deerit peccatum. admonendi sunt (igitur) multiloquio vacantes, ut vigilanter adpriciant, a quanto rectitudinis statu depereant, dum per multiplicia verba dilabuntur. Humana etenim mens, aquæ more circumclusa, ad superiora colligitur, quia illud repetit, unde descendit: & relaxata deperit, quia se per infima inutiliter spargit. quotiens enim superfluis verbis a silentii sui censura dispalatur, quasi tot rivis extra se ducitur. Unde & redire intrinsecus ad sui cognitionem non sufficit, qui a per multiloquium

sparsa a secreto se intimo considerationis
excludit: totam vero se insidiantis hostis ve-
neribus delegit, quia nulla munitione
custodio circumclusit. Unde scriptum est:
Sicut urbs patens et absque murorum am-
bitu ita vir, qui non potest in loquendo
cohibere spiritum suum. Quia enim mu-
rum silentii non habet, patet inimici
diabolis civitas mentis: et cum se perverba
extra semetipsam eiicit, apertam se adver-
sario ostendit. quam tanto ille fine labore
superat, quanto et ipsa, quo vincitur,
contra semetipsam per multiloquium
pugnat. Plerumque autem, quia per
quosdam gradus desidiosa mens in lapsum
sui impellitur, dum otiosa cavere ver-
ba negligimus, ad noxia pervenimus:
dum prius loqui aliena libeat, postmodum
detractionibus eorum vitam, de quibus
loquitur, mordeat, ad extremum vero
usque ad apertas linguas contumelias
erumpat. Hinc seminantur stimuli,
iuntur rixe, accenduntur faces odio-
rum, pax extinguitur cordium.

Feria VI.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 12.

Qui diligit disciplinam, diligit scientiam.
qui autem odit increpationes, insipiens est.
Qui bonus est, hauriet gratiam a Domino:
vir autem confidit in cogitationibus suis,
impie agit. Non roborabitur homo ex im-
pietate: et radix iustorum non commove-
bitur. Cogitationes iustorum iudicia: et con-
silia impiorum fraudulenta. ✠ Verba impio-
rum insidiantur sanguini: os iustorum
liberabit eos. Verte impios, et non erunt:
domus autem iustorum permanebit. Doctrina

sua noscetur vir: qui autem vanus est, exosus
est, patebit contemtui. Melior est pauper
et sufficiens sibi, quam gloriosus et indi-
gens pane. Qui operatur terram suam,
satiabitur panibus: qui autem sectatur otium,
stultissimus est. 9. qui suavis est in vini
demorationibus, in suis muneribus
relinquit contumeliam. Desiderium impii
munimentum est peccatorum: radix autem
iustorum proficiet. Propter peccata labiorum
ruina proximat malo: effugiet autem iustus
de angustia. De fructu oris sui unusquisque
replebitur bonis, et iuxta opera manuum
suarum retribuetur ei. * Via stulti recta in
oculis eius: qui autem sapiens est, audit
consilia. Iratus statim indicat iram
suam: qui autem dissimulat iniuriam,
callidus est. qui quod novit loquitur, index
iustitiæ est: qui autem mentitur, testis
est fraudulentus. Labium veritatis fir-
mum erit in perpetuum: qui autem
testis est repentinus, concinnat linguam
mendacii. Dolus in corde cogitantium
mala: qui autem pacis inunt consilia,
sequitur eos gaudium. Non contristabit
iustum quidquid ei acciderit: impii autem
replebuntur malo.
R/. ex II. Vest. Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
hom. de ferendis reprehens. T. III.

Amici sive iure sive iniuria arguant, non
exprobrandi sed corrigendi animo id agunt.
Inimici vero, etiamsi iure arguant,
non corrigendi sed infamandi animo ar-
guunt. Hi igitur cum laudant, id student,
ut meliorem efficiant; illi vero etiamsi
laudent, supplantare conantur. Cæte-
rum [illegible] quoquo modo reprehensio accidat,

magnum certe bonum est, si quis reprehen-
siones criminationesque ita ferre possit,
ut non exasperetur. qui enim odit increpa-
tiones, ait Scriptura, insipiens est. non dixit
tales vel tales increpationes, sed tantum
increpationes. nam si iure arguat amicus,
peccatum corrige, si absque ratione, landa
quidem laudabilem, scopum eius approba, amici-
æ gratiam conciliare: ex magno quippe
more accusatio proficiscitur. nec stomache-
mur, cum arguimur. id admodum ne-
dule est vitæ nostræ, si ab omnibus simus: si
peccantes arguamur, et dum labimur,
a cæteris argui libenter feramus. in peccatis
enim idem sunt reprehensiones, quod in vul-
neribus remedia. quemadmodum igitur
infelix est, qui pharmaca reücit, ita et insa-
nus is, qui reprehensiones non admittit.
hoc omnia subvertit, hoc vitam nostram
confundit, quod nec reprehensi generose fe-
ramus, neque alios reprehendere velimus.
nec enim molesti sumus cum arguimur,
quia exasperamur cum arguimur. enim-
vero si scirent fratres nostri, se absque laudan-
dum viri, si te arguerent, reprehensos ab ipsis
iterum rependeret vicem.

Sabbato.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 15.

Responsio mollis frangit iram: sermo du-
rus suscitat furorem. Lingua sapientium
ornat scientiam: os fatuorum ebullit stul-
titiam. In omni loco oculi Domini contem-
plantur bonos et malos. Lingua placa-
bilis lignum vitæ: quæ autem immo-
derata est, conteret spiritum. Stultus
irridet disciplinam patris sui: qui autem
custodit increpationes, astutior fiet. *

Jrabundanti justitia virtus maxima est: cogitationes autem impiorum eradicabuntur. Domus justi plurima fortitudo: et in fructibus impii conturbatio. Labia sapientium disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit. Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota justorum placabilia. Abominatio est Domino via impii: qui sequitur justitiam, diligetur a deo. ℣. Doctrina mala deserenti viam vitæ: qui increpationes odit, morietur. Infernus et perditio coram Domino: quanto magis corda filiorum hominum? Non amat pestilens eum, qui se corripit, nec ad sapientes gradietur. Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deiicitur spiritus. ✠ Cor sapientis quærit doctrinam: et os stultorum pascetur imperitia. Omnes dies pauperis mali: secura mens quasi inge convivium. Melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni et insatiabiles. Melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio. Vir iracundus provocat rixas; qui patiens est, mitigat suscitatas.

℟. ex III. dom. Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

l. 5. moral. cap. 45.

Quanta sit iracundiæ culpa, pensemus: per quam dum mansuetudo remittitur, superne imaginis similitudo vitiatur. Per iram sapientia perditur, ut quid, quove ordine agendum sit, omnino nesciatur. Per iram vita amittitur, etsi sapientia teneri videatur. Per iram gratia vitæ socialis amittitur, quia quisque ex humana ratione non temperat, necesse est, ut bestialiter solus vivat. Per iram concordia rumpitur, sicut scriptum est. Vir animosus parit

xas. Duobus (autem) modis fracta possidere
nimum ira desuescit. Primus quippe est,
ut mens sollicita antequam agere quodlibet
cipiat, omnes sibi, quas prius protulit, con-
umelias proponat, quatenus Redemptoris
ui probra cogitans ad adversa se praparet.
Quo nimirum vesentia tanto fortior
xcipit, quanto se cautius ex prascientia
armavit. Secundus autem servandæ man-
uetudinis modus est, ut cum alienos ex-
essus aspicimus, nostra, quibus in aliis
xecrimur, delicta cogitemus. Considerata
uippe infirmitas propria, mala nobis
xcusat aliena. Patiens ergo namque illa-
am iniuriam tolerat, quisquis meminit, quod
ulpæ adhuc habeat, in que debeat ipse tole-
ari. Et quasi aqua ignis extinguitur, cum
urgente furore animi, sua cuique ad men-
em culpa revocatur: quia erubescit peccata
on parcere, qui vel Deo vel proximo sæpe
recolit parcenda peccasse.

Ad Vesperas. Duplex.

Ad Magnif. ant. Timor Domini disci-
lina sapientiæ, * et gloriam præcedit
humilitas. Prov. 15.

Oratio Sacr. Gelas.

Omnipotens sempiterne Deus, qui a-
undantia pietatis tuæ et merita sup-
licum excedis et vota: effunde super
os misericordiam tuam; ut dimittas
quæ conscientia metuit, et adiicias,
uod oratio non præsumit. Per Dominum.

Dominica XI. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 16.

Hominis est animam preparare, et Domini gubernare linguam. Omnes viæ hominis patent oculis eius: spirituum ponderator est Dominus. Revela Domino opera tua, et dirigentur cogitationes tuæ. Universa propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum. Abominatio Domini est omnis arrogans: etiamsi manus ad manum fuerit, non est innocens. Initium viæ bonæ facere iustitiam: acceptabilior est autem apud Deum magis, quam immolare hostias. Misericordia et veritate redimitur iniquitas: et in timore Domini declinatur a malo. Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius convertet ad pacem.

R. R. ex Dominica precedente.

Lectio II.

Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate. Cor hominis disponit viam suam: sed Domini est, dirigere gressus eius. Posside sapientiam, quia auro melior est: et adquire prudentiam, quia pretiosior est argento. Semita iustorum declinat mala: custos animæ servat viam suam. Contritionem precedit superbia: et ante ruinam exultabit spiritus. Melius est humiliari cum mitibus, quam dividere spolia cum superbis. Eruditus in verbo reperiet bona: et qui sperat in Domino, beatus est.

Lectio III.

Qui sapiens est corde, appellabitur prudens: et qui dulcis eloquio, maiora percipiet. Fons vitæ eruditio possidentis: doctrina insipientium fatuitas. Cor sapientis erudiet os eius, et labiis eius addet gratiam. Favus mellis composita verba: dulcedo animæ sanitas ossium. Est via, quæ videtur homini recta: et novissima eius ducunt

ad mortem. Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum.

Lectio IV.

Vir impius fodit malum, et in labiis eius ignis ardescit. Homo perversus suscitat lites: et verbosus separat principes. Vir iniquus lactat amicum suum, et ducit eum per viam non bonam. Qui annuit oculis cogitat prava, mordens labia sua perficit malum. Corona dignitatis senectus, quae in viis iustitiae reperietur. Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex libro Sancti Irenaei Episcopi et Martyris contra haereses. l. 3. cap. 3. 4.

Traditionem apostolorum in toto mundo manifestatam, in omni ecclesia adesse respicere omnibus, qui vera velint videre: et habemus annumerare eos, qui ab apostolis instituti sunt Episcopi in ecclesiis, et successores eorum usque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab haereticis deliratur. Etenim si recondita mysteria sciissent apostoli, quae seorsum et clanculum ab reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea, quibus et ipsas ecclesias committebant. Valde enim perfectos et irreprehensibiles in omnibus eos volebant esse, quos et successores relinquebant, suum ipsorum locum magisterii tradentes: quibus emendate agentibus fieret magna utilitas, lapsis autem summa calamitas.

Lectio VI.

Sed quoniam valde longum est omnium ecclesiarum enumerare successiones; maximo & antiquissimo, et omnibus cognita, a gloriosissimis duobus apostolis Petro et Paulo Romae fundata & constituta ecclesia, eam, quam habet ab apostolis traditionem, et annunciatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum pervenientem usque ad nos, indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel ~~sibi~~ per sibi placentia, vel vanam gloriam, vel per coecitatem & malam sententiam, praeterquam oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire ecclesiam, hoc est, eos qui undique fideles: in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quae est ab apostolis, traditio.

Lectio VII. cap. 4.

Tanto igitur ostensiones cum sint, non oportet adhuc quaerere apud alios veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere; cum apostoli, quasi in depositorium dives, plenissime in eam contulerint omnia, quae sunt veritatis: uti omnis, quicumque velit, sumat ex ea potum vitae. Haec est enim vitae introitus; omnes autem reliqui fures sunt et latrones. Propter quod oportet devitare quidem illos; quae autem sunt Ecclesiae, cum summa diligentia diligere et apprehendere veritatis traditionem.

Lectio VIII.

Quid enim? Si de aliqua modica quaestione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus apostoli conversati sunt, et ab eis de praesenti quaestione sumere, quod certum et re liquidum est? Quid autem, si neque

postoli quidem Scripturas reliquerunt nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt his, quibus committebant Ecclesias? Cui ordinationi assentiunt multo gentes barbarorum, eorum qui in Christum credunt, sine charta et atramento scriptam habentes per Spiritum in cordibus suis salutem, et veterem traditionem diligenter custodientes.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

Incipit epistola secunda beati Pauli apostoli ad Timotheum. cap. j.

Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, secundum promissionem vitæ, quæ est in Christo Jesu: Timotheo carissimo filio gratia, misericordia, pax a Deo Patre et Christo Jesu Domino nostro. Gratias ago Deo, cui servio a progenitoribus in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die, desiderans te videre, memor lacrymarum tuarum, ut gaudio implear.

Lectio X.

Reminiscentiam accipiens ejus fidei, quæ est in te non ficta, quæ et habitavit primum in avia tua Loide, et matre tua Eunice, certus sum autem, quod et in te. Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, et dilectionis, et sobrietatis.

Lectio XI.

Nolli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum ejus:

Sed collabora Evangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberavit, et vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum et gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia; manifestata autem est nunc per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam et incorruptionem per Evangelium, in quo positus sum ego prædicator et apostolus, et magister gentium. Ob quam causam etiam hæc patior, sed non confundor. Scio enim, cui credidi, et certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem.

Lectio XII.

Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti in fide et in dilectione in Christo Jesu. Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Scis hoc, quod averterunt me omnes, qui in Asia sunt, ex quibus est Phygellus et Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpe me refrigeravit, et catenam meam non erubuit, sed cum Romam venisset, sollicite me quæsivit, et invenit. Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti.

Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum. cap. 7.

In illo tempore: Exiens Jesus de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt

ei surdum et mutum; et deprecabantur
eum, ut imponat illi manum. Et appre-
hendens eum de turba seorsum, misit digitos
suos in auriculas eius: et exspuens tetigit
linguam eius; et suspiciens in coelum
ingemuit, et ait illi: Ephphetha, quod
est, adaperire. Et statim aperti sunt aures
eius, et solutum est vinculum linguae eius,
et loquebatur recte. Et praecepit illis, ne cui
dicerent. Quanto autem eis praecipiebat,
tanto magis plus praedicabant, et eo am-
plius admirabantur, dicentes: Bene omnia
fecit; et surdos fecit audire, et mutos loqui.

℣. Benedicamus. Statim aperti sunt aures
surdi et muti, et solutum est vinculum
linguae eius: ✠ et loquebatur recte. Marc. 7.

℣. Magnificat. Bene omnia fecit: ✠ et
surdos fecit audire, et mutos loqui. Marc. 7.

Feria II.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 18.

Impius, cum in profundum venerit
malorum, contemnit: sed sequitur eum
ignominia et opprobrium. Aqua profunda
verba ex ore viri: et torrens redundans fons
sapientiae. Accipere personam impii non est
bonum, ut declines a veritate in judicio. Labia
stulti miscentur rixis, et os eius iurgia provo-
cat. Os stulti contritio eius, et labia ipsius
ruina animae eius. Verba bilinguis quasi
simplicia: et ipsa perveniunt usque ad in-
teriora ventris. ✠ Pignus deicit timor:
animo autem esse nimis malorum exurget.
Qui mollis et dissolutus est in opere suo, frater
est operis dissipantis. Turris fortissima
nomen Domini: ad ipsum curret iustus,

& exaltabitur. antequam conteratur, exaltatur cor hominis; & antequam glorificetur, humiliatur. 9. Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat et confusione dignum. Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam: spiritum vero adirascendum faciem quis poterit sustinere? Cor prudens possidebit scientiam, et auris sapientium quaeret doctrinam. Donum hominis dilatat viam eius, et ante principes spatium ei facit. * Justus prior est accusator sui: venit amicus eius, et investigabit eum. Contradictiones comprimit sors, et inter potentes quoque dijudicat. Frater, qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma: et judicia quasi vectes urbium. De fructu oris viri replebitur venter eius: et genimina labiorum ipsius saturabuntur eum. Mors et vita in manu linguae: qui diligunt eam, comedent fructus eius.

℟. ℟. ex I. Nocturno Dominico X.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi. l. j. ad Theodorum.

Nequaquam peccatorum multitudo in desperationem conjicere solet, sed anima ex se impia. quapropter Salomon non dixit simpliciter: quis quis venit in profundum malorum, contemnit; sed impius tantum. impiorum enim duntaxat est ille morbus, quando in profundum malorum venerint. Et hoc ipsis ne respiciendi quidem facultatem reliquit, neque eo revertendi, unde exciderat. Nam flagitiosa illa cogitatio tanquam ingens quoddam lignum animo cervici impositum, et compellens oculos in terram demittere, prohibet, ne ad Dominum suum respiciat. Propterea enim diabolus nos in desperatas cogitationes

mũdi, ut spem erga Deum procidat: anchoram nempe hujus vitæque nostræ sustentaculum, ducem nivia nostra ad cœlum salutem perditarum animarum. Spe enim salvi facti sumus. Hoc, inquam, hoc velut alteno fortis de cœlo prendens, animas sustinet nostras, et ad cacumen illud paulatim trahit nos, qui hanc firmiter tenet, et a procellis malorum presentis vitæ abripit. Siquis igitur nre mollitiei hanc Anchoram dimittat, statim ille decidit et suffocatur, in abyssum malitiæ demersus. quod cum sciat malignus ille, postquam nos malorum operum conscientia oneratos sensit, irruens et ipse desperationis cogitationem plumbo gravionem immittit: quam si susceperimus, necesse est prondere statim avulsos, et a catena ita abstractos, in profundum malorum deprimi.

Feria III.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 19.

Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quam dives torquens labia sua, et insipiens. ubi non est scientia animæ, non est bonum: et qui festinus est pedibus, offendet. Stultitia hominis supplantat gressus eius, et contra Deum irascitur animo suo. Divitiæ addunt amicos plurimos: a paupere autem et hi, quos habuit, separantur. qui tantum verba sectatur, nihil habebit: qui autem prosequitur mentis, diligit animam suam, et custos prudentiæ inveniet bona. * Falsus testis non erit impunitus: et qui loquitur mendacia peribit.

Non decent stultum delicie, nec servum dominari principibus. Doctrina viri per patientiam noscitur: et gloria eius est iniqua pretergredi. Dolor patris filius stultus, et tecta iugiter ~~cast~~ perstillantia, litigiosa mulier. Domus et divitie dantur a parentibus: a Domino autem proprie uxor prudens. ℣. Pigredo immittit soporem, et anima dissoluta esuriet. qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit viam suam, mortificabitur. Fœneratur Domino qui miseretur pauperis: et vicissitudinem suam reddet ei. Erudi filium tuum, ne desperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam. qui impatiens est, sustinebit damnum: et cum rapuerit, aliud apponet. ✠ Audi consilium, et suscipe disciplinam, ut sis sapiens in corde viri: voluntas autem Domini permanebit. Homo indigens misericors est: et melior est pauper, quam dives mendax. Timor Domini ad vitam, et in plenitudine commorabitur absque visitatione pessima. Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Percutiente flagellato stultus sapientior erit: et si autem corripueris sapientem, intelliget disciplinam.

℟. ℟. ex II. Nocturno Dominica X.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Pape.

Lib. past. P. 3. cap. 9.

Qui impatiens est, sustinebit damnum. Impatientes dum perturbationi suo minime obsistunt, etiam si quo a se tranquilla mente meruerunt bene gesta, confundunt, et improviso

impulsu destruunt, quid quid forsitan diu
labore provide construxerunt. Ipsa namque,
que mater est omnium custosque virtutum,
per impatientie vitium virtus amittitur
caritatis. Scriptum quippe est: caritas patiens
Si igitur cum minime est patiens, caritas
non est. Per hoc quoque impatientie vitium
ipsa virtutum nutrix doctrina dissipatur, scrip-
tum namque est: doctrina viri per patientiam
noscitur. Tanto ergo quisque minus offenditur
rectus, quanto minus convincitur patiens.
Neque enim potest veraciter bona docendo in-
tendere, si vivendo nescit equanimiter aliena
mala tolerare. Per hoc quoque impatientie
vitium plerumque mentem arrogantie culpa
transfigit. Quia dum despici in mundo hoc
unusque non patitur, bona, si qua sibi cognita
sunt, ostentare conatur, atque sic per impa-
tientiam usque ad arrogantiam ducitur.
Unumque ferre despectionem non potest, dete-
gendo semetipsum in ostentatione gloriatur.
Unde scriptum est: melior est patiens arrogante;
quia videlicet eligit patiens quolibet malo
perpeti, quam per ostentationis vitium bona
sua occulta cognosci. At contra eligit arro-
gans bona de se vel falsa iactari, ne mala
quid vel minima perpeti. Quia igitur igi-
tur patientia relinquitur, etiam bona re-
liqua, que iam gesta sunt, destruuntur.

Feria IV.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 21.

Omnis via viri recta sibi videtur, appendit
autem corda Dominus. Facere misericordi-
am iudicium magis placet Domino, quam

victimæ. Exaltatio oculorum est dilatatio cordis: lucerna impiorum peccatum. Cogitationes robusti semper in abundantia; omnis autem piger semper in egestate est. Qui congregat thesauros lingua mendacii, vanus et excors est, et impingetur ad laqueos mortis. * Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, et ipse clamabit, et non exaudietur. Munus absconditum extinguit iras, et donum in sinu indignationem maximam. Gaudium iusto est facere iudicium, et pavor operantibus iniquitatem. Vir, qui erraverit a via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur. ℣. Thesaurus desiderabilis et oleum in habitaculo iusti: et imprudens homo dissipabit illud. ℟. Iustitiam et misericordiam, inveniet vitam, iustitiam et gloriam. ℣. Custodit os suum et linguam suam, custodit ab angustiis animam suam. Desideria occidunt pigrum; noluerunt enim quidquam manus eius operari: tota die concupiscit et desiderat: qui autem iustus est, tribuet et non cessabit. * Hostiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere. Testis mendax peribit: vir obediens loquetur victoriam. Vir impius procaciter obfirmat vultum suum: qui autem rectus est, corrigit viam suam. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Equus paratur ad diem belli: Dominus autem salutem tribuit.

℟. ℟. ex III. et Nocturno Dominico X.

Lectio II.

Sermone sancti Gregorii Papæ.

l. 33. moral. cap. iii.

Sola virtus est obedientia, quæ virtutes cæteras mentis inserit, insertasque custodit: sola est, quæ fidei meritum possidet, sine qua quis que

fidelis esse convincitur, cùm si fidelis esse
deatur. Hinc per Salomonem in offen-
sione obedientiæ dicitur: vir obediens lo-
quetur victorias. Vir quippe obediens victo-
rias loquitur: quia dum alieno voci humi-
liter subdimur, nos metipsos in corde superа-
mus. Hinc in evangelio veritas dicit: Cum,
qui venit ad me, non ejiciam foras: quia de
cælo descendi, non ut faciam voluntatem
meam, sed voluntatem ejus, qui misit me.
Primum (enim) primus homo, quia suam
habere voluntatem voluit, a paradiso gau-
dio exivit: secundus ad redemptionem homi-
num veniens, dum voluntatem se Patris
non suam facere ostendit, permanere nos
in hac docuit. Cum igitur non suam, sed
Patris voluntatem fecit, eos qui ad se ve-
nirent, foras non ejecit: quia dum exemplo
suo nos obedientiæ subjecit, viam nobis egres-
sionis claudit. Hinc rursum ait: non
possum ego a me ipso facere quidquam,
sed sicut audio judico. Nobis quippe obe-
dientia usque ad mortem servanda præci-
pitur. Ipse autem si sicut audit judicat,
me quoque obedit, cum judex venit. Ne
igitur nobis usque ad præsentis vitæ terminum
obedientia laboriosa appareat, Redemptor noster
judicat, quia hanc etiam cum Judex venerit,
servat. Quid ergo mirum, si homo peccator
obedientiæ in præsentis vitæ brevitate
labuit, quando hanc Mediator Dei & hominum,
cum obedientes remunerat, non reliquit?

Feria V.

Lectio I.

Sequentia libro Proverbiorum. cap. 24.
Ne æmuleris viros malos, nec desideres esse cum
eis: quia rapinas meditatur mens eorum, & in-
quæ labia eorum loquuntur. Erue eos, qui

ducuntur ad mortem: et qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses. Si dixeris: vires non suppetunt; qui inspector est cordis, ipse intelligit, et servatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua. ℣. come de fili mi mel, quia bonum est, et favum dulcissimum gutturi tuo. Sic et doctrina sapientiæ animæ tuæ: quam cum inveneris, habebis in novissimis spem, et spes tua non peribit. ℣. Ne insidieris, et quæras impietatem in domo iusti, neque vastes requiem eius: septies enim cadet iustus, et resurget: impii autem corruent in malum. ℣. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, et in ruina eius ne exultet cor tuum: ne forte videat Dominus, et displiceat ei, et auferat ab eo iram suam. ℣. Ne contendas cum pessimis, ne æmuleris impios: quoniam non habent futurorum spem, et lucerna impiorum extinguetur. Time Dominum fili mi, et regem: et cum detractoribus ne commiscearis: quoniam repente consurget perditio eorum: et ruinam utriusque quis novit? ℣. Hæc quoque sapientibus: cognoscere personam in iudicio non est bonum. Qui dicunt impio: iustus es, maledicent eis populi, et detestabuntur eos tribus. qui arguunt eum, laudabuntur, et super eos veniet benedictio. ℣. Præpara foris opus tuum, et diligenter exerce agrum tuum: ut postea ædifices domum tuam. ℣. Ne sis testis frustra contra proximum tuum: nec lactes quemquam labiis tuis. ℣. Ne dicas: quomodo fecit mihi, sic faciam ei: reddam unicuique secundum opus suum.

R. R. ex I. Nocturno Dominica X.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

l. 30. moral. cap. 15.

Quis quis iam prava a se opera alterius refert, nec se profecto est, ut ad semetipsum redeus,

cerler sese in mentis intentione discernat;
culpa, quam iam in actione non habet,
huc in cogitatione perduxerit. Unde bene per
lomonem dicitur: propara foris opus tuum,
diligenter exerce agrum tuum; ut postea
ifices domum tuam. Quid namque aliud est, propa-
re opere agrum exterius diligenter exercere,
i vepres iniquitatis sedibus, actionem
ostram ad frugem retributionis excolere?
quid est, post agri exercitium ad edificium
mus redire, nisi quod plerumque ex bonis
eribus discimus, quantam vitæ mundiciam
cogitatione construamus? Bene cuncta namque
na opera ex cogitatione procedunt; sed sunt
nnulla cogitationis acumina, quæ ex ope-
tione nascuntur. Nam sicut ab animo
is sumimus, ita rursus ab opere animus
ditur. Mens quippe divini amoris exor-
capiens, imperat bona quæ fiant: sed
liquam fieri imperata cognoverit, ipsis suis
ercitata actionibus discit, cum imperare
ua inchoaverat, quantum minus indebat.
ris ergo ager excolitur, ut domus postmo-
um construatur: quia plerumque ab exte-
ori opere sumimus, quantam subtilitatem
ntitudinis in corde teneamus.

Feria VI.

Lectio 1.

De libro Proverbiorum. cap. 28.

ugit impius nemine persequente: justus
tem quasi leo confidens absque terrore
it. Propter peccata terræ multi principes
us: et propter hominis sapientiam et bo-
um scientiam, quo diuturior, vita ducis
ngior erit. Vir pauper calumnians pauperes,
milis est imbri vehementi, in quo paratur
mes. Qui derelinquunt legem, laudant
mpium: qui custodiunt, succenduntur

contra eum. ✠ Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt Dominum, animadvertunt omnia. Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam dives in pravis itineribus. qui custodit legem, filius sapiens est: qui autem comedatores pascit, confundit patrem suum. qui congregat divitias usuris et foenore, liberali in pauperes congregabit eas. ℣. Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet: et simplices possidebunt bona eius. Sapiens sibi videtur vir dives, pauper autem prudens scrutabitur eum. In exultatione iustorum multa gloria est: regnantibus impiis ruina hominum. ✠ Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit et reliquerit ea, misericordiam consequetur. Beatus homo, qui semper est pavidus: qui vero mentis est durae, corruet in malum. qui ambulat simpliciter, salvus erit: qui perversis graditur viis, concidet semel. qui corripit hominem, gratiam postea inveniet apud eum, magis quam ille, qui per linguae blandimenta decipit.

℟. ex II. Nocturno Dominico X.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papae.

L. 22. moral. cap. 15.

Cuique peccatori iam exordium illuminationis, est humilitas confessionis: quia sibimet ipsi iam parcere renuit, qui malum non erubescit confiteri, quod fecit: et qui descendendo cunctari potuit, cunctando se celerime defendit. Unde et Salomon ait: qui abscondit scelera sua, non dirigetur; qui autem confessus fuerit et dereliquerit ea, misericordiam consequetur. Sed inter haec sciendum est, quod

lemque homines & culpas confiterentur, et
umiles non sunt. etiam multos novimus,
ni arguente nullo peccatores se esse confiten-
ur: cum vero de culpa sua fuerint forte ap-
repti, defensionis patrocinium quorunt,
peccatores esse videantur. qui si tum, cum
sponte dicunt, peccatores se esse veraci hu-
ilitate cognoscerent, cum arguuntur ab aliis,
se, quod confessi fuerant, non negarent.
ua in re indicia vera confessionis sunt, si
unusquisque se peccatorem dicit, id de se di-
nti etiam alteri non contradicit. Nam
ia scriptum est: iustus in principio accusa-
r est sui ipsi non magis peccator, sed iustus videri
petit, cum peccatorem se quisque nullo ar-
ente confitetur: sed confessionis veritatem
obat, cum alter malum, quod feimus, in-
pat. quod si superbe defendimus, liquet,
ia peccatores nos ex nobis fide dicebamus.
nde summopere curandum est, ut mala,
e feimus, et sponte fateamur et hoc aliis
rguentibus non negemus. Superbia quip-
e vitium est, ut quod de se fateri quisque
ssima sponte dignatur, hoc sibi diu abolis
dignetur.

Sabbato.

Lectio I.

De libro Proverbiorum. cap. 29.

ro, qui corripientem dura cervice con-
emnit, repentinus ei superveniet interitus,
eum sanitas non sequetur. In multiplica-
one justorum lætabitur vulgus: cum impii
umserint principatum, gemet populus.
ir, qui amat sapientiam, lætificat patrem
um: qui autem nutrit scorta, perdet
ubstantiam. Homo, qui blandis fictisque
rmonibus loquitur amico suo, rete expandit
ressibus eius. * Virga atque correptio

tribuit sapientiam; puer autem, qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, et justi minas eorum videbunt. Erudi filium tuum, et refrigerabit te, et dabit delicias animo tuo. Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus: qui vero custodit legem, beatus est. S. Servus verbis non potest erudiri: quia quod dicis intelligit, et respondere contemnit. Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est, quam illius correctio. Qui delicate a pueritia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem. Vir iracundus provocat rixas, et qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum promptior. * Superbum sequitur humilitas: et humilem spiritu suscipiet gloria. Qui cum fure participat, odit animam suam: adjurantem audit, et non indicat. Qui timet hominem, cito corruet: qui sperat in Domino, sublevabitur. Multi requirunt faciem principis, et judicium a Domino egreditur singulorum. Abominantur justi virum impium: et abominantur impii eos, qui recta sunt via. Verbum custodiens filius, extra perditionem erit.

R. ex III. Nocturno Dominica X.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

lib. 34. moral. cap. 25.

Alia vitia cæca solummodo virtutes impetunt, quibus ipsa destruuntur: ut videlicet ira patientiam, gastrimargia abstinentiam, libido continentiam expugnet. Superbia autem, quam vitiorum radicem diximus, nequaquam unius virtutis extinctione contenta, contra cuncta animo membra se erigit, et

uasi generalis ac pestifer morbus corpus
mne corrumpit. ut quidquid illa invadere
gitur, etiamsi esse virtus ostendatur, non
r hoc Deo, sed soli vanæ gloriæ serviatur.
asi enim tyrannus quidam obsessam civita-
m intercipit, cum mentem superbia irrum-
t; et quo deteriorem quemque eo peritiorem in
minio durior exurgit: quia quo amplius re-
rtutis fine humilitate agitur, eo latius ip-
minatur. quisquis vero eius insidiis tyran-
ptiva mente susceperit, hoc primum dam-
um patitur, quod clauso cordis oculo, indivi-
uitatem perdit. Nam omnia, quæ ab aliis
el bene gerunter, displicent, et sola ei,
æ ipse vel prave egerit, placent. Semper
liena opera despicit, semper miratur quæ
ipse facit: quia et quidquid egerit, ipse
singulariter credit, atque ni eo, quod ex-
ibet per gloriæ cupiditatem sibimetipsi
vel per cogitationem: et cum se in omnibus
anscendere cæteros æstimat, per lata cogi-
tionum spatia secum deambulans, laudes
os tacitus clamat. Sed tanto facilius ruina
quitur, quanto apud se quisque impuden-
us exaltatur. Omni enim scriptum est: ante
inam exaltatur cor, et superbum se-
itur humilitas.

Ad Vesperas Duplex.

ve Magnif. ant. Si quid vovisti Deo, ne mo-
eris reddere: * displicet enim ei infidelis, et
ucta promissio. Eccle. 5.

Oratio Sac. Gelas.

mnipotens et misericors Deus, de cuius mu-
ere venit, ut tibi a fidelibus tuis digne et
udabiliter serviatur: tribue, quæsumus, nobis;
ad promissiones tuas sine offensione curramus.
r Dominum.

Dominica XII. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. Lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

Incipit liber Ecclesiastes. cap. j.

Verba Ecclesiastæ filii David, regis Jerusalem. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum, et omnia vanitas. quid habet amplius homo de universo labore suo, quo laborat sub sole? generatio præterit, et generatio advenit: terra autem in æternum stat. Oritur sol et occidit, et ad locum suum revertitur: ibique renascens gyrat per meridiem, et flectitur ad aquilonem: lustrans universa in circuitu pergit spiritus, et in circulos suos revertitur.

℟. Cum esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, et enarravit, quæ fecerat; et investigans composuit parabolas multas: * quæsivit verba utilia, et conscripsit sermones rectissimos ac veritate plenos. ℣. Hæc scripta sunt ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt. * quæsivit. Eccle. 12. j. Cor. 12.

Lectio II.

Omnia flumina intrant in mare, et mare non redundat: ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant. cuncta res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. Non satiatur oculus visu, nec auris auditu impletur. quid est quod fuit? ipsum quod futurum est; quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est. et nihil sub sole novum, nec valet quis quam dicere: ecce hoc recens est, jam enim præcessit in sæculis, quæ fuerunt ante nos. non est priorum memoria: sed nec eorum quidem, quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos, qui futuri sunt in novissimo.

℟. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt: * quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ. ℣. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes,

omnia vanitas. ✠ quoniam. j. Joan. 2.
Eccle. j.

Lectio III.

Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Jerusalem, et
reposui in animo meo quærere et investigare
sapienter de omnibus, quæ fiunt sub sole. Hanc
occupationem pessimam dedit Deus filiis ho-
minum, ut occuparentur in ea. Vidi cuncta
quæ fiunt sub sole: et ecce universa vanitas
et afflictio spiritus. Perversi difficile corri-
guntur, et stultorum infinitus est nu-
merus.

Vidi sub sole in loco judicii impietatem,
et in loco justitiæ iniquitatem, et dixi in
corde meo: ✠ justum et impium judicabit
Deus, et tempus omnis rei tunc erit. V. Unius-
cujusque opus manifestum erit, dies enim
domini declarabit. ✠ justum. Eccle. 3. j. Cor. 3.

Lectio IV.

Locutus sum in corde meo, dicens: ecce mag-
nus effectus sum, et præcessi omnes sapien-
tia, qui fuerunt ante me in Jerusalem;
et mens mea contemplata est multa sapi-
entiæ, et didici. Dedique cor meum, ut scirem
prudentiam atque doctrinam, erroresque
et stultitiam: et agnovi, quod in his quoque
sit labor et afflictio spiritus; eo quod in
multa sapientia multa sit indignatio; et
qui addit scientiam, addit et laborem.

Cum me convertissem ad universa opera,
quæ fecerant manus meæ, et ad labores,
in quibus frustra sudaveram: ✠ vidi in
omnibus vanitatem, et afflictionem animi.
Mundus transit, et concupiscentia ejus.
Vidi. V. Gloria. ✠ vidi. Eccle. 2. j. Joan. 2.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex libro sancti Irenæi Episcopi et Martyris contra hæreses. l. 4. cap. 16.

Deus erga se dilectionem præcipiebat (antiquo populo), et eam, quæ ad proximum est, justitiam inseminabat, ut nec inutilis nec indignus sit Deo, prosternens hominem per decalogum in suam amicitiam, et eam, quæ circa proximum est, concordiam, quo quidem ipsi proderant homini, nihil tamen indigente Deo ab homine. Propter hoc Scriptura ait: Hos sermones locutus est Dominus ad omnem synagogam filiorum Israel in monte, et nihil adiecit; nihil enim, quem ad modum prædiximus, indigebat ab eis. Et iterum Moyses ait: Nunc Israel, quid Dominus Deus tuus postulat a te, nisi timere Dominum Deum tuum, ambulare in omnibus viis eius, et diligere eum, et servire Domino Deo tuo ex toto corde tuo, et ex tota anima tua?

℟. Homini bono dedit Deus sapientiam et lætitiam; peccatori autem afflictionem curam superfluam: ✠ sed et ✠ hoc vanitas est, et casa sollicitudo mentis. ℣. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes inseruerunt se doloribus multis: ✠ hoc vanitas. Eccle. 2. 1. Tim. 6.

Lectio VI.

Hoc autem gloriosum quidem faciebat hominem, id quod Dei, implentia, id est, amicitiam Dei; Deo autem prosterabant nihil: nec enim indigebat Deus dilectione hominis. Præstabat autem homini gloria Dei, quam nullo modo poterat perire, nisi per eam obsequentiam, quæ est erga Deum. Et propter iterum Moyses ait eis: elige vitam, ut vivas tu et semen tuum, diligere Dominum Deum tuum, exaudire vocem eius, et apprehendere eum: quoniam hæc est vita tua, et longitudo dierum tuorum.

quam vitam prostruens hominem, decalogi
idem verba ipse per semetipsum omnibus
militer locutus est: et Deo similiter perma-
at apud nos, extensionem et augmentum,
non dissolutionem auspientia per carna-
m eius adventum.

Didici, quod omnia opera, quæ fecit Deus,
rseverent in perpetuum: * non possumus
quidquam addere nec auferre, quæ fecit Deus,
timeatur. V. Quam desiderabilia omnia
era eius! omnia hoc vivunt, et manent
seculum seculi. * non possumus. Lule. 3.

li. 42.

Lectio VII.

vitutis autem præcepta separatim per
ysen præcepit populo, apta illorum erudi-
ni; quem ad modum ipse Moyses ait: Et
ihi præcepit Dominus in tempore illo: docere
bis justificationes et judicia. Hoc ergo quo
servitutem et in signum data sunt illis,
cum scripsit novo libertatis testamento.
o autem naturalia, et liberalia, et com-
unia omnium, auxit et dilatavit, sine
vidia largiter donans hominibus per a-
ptionem Patrem scire Deum, et diligere
m ex toto corde, et sine adversatione sequi
us Verbum, non tantum abstinentes a
lis operationibus, sed etiam a concupis-
tiis earum.

Sunt justi atque sapientes, et opera eorum
manu Dei: * et tamen † nescit homo, u-
m amore an odio dignus sit. V. Omnis
a viri recta sibi videntur: ponderat autem
da Dominus. † nescit. Eccle. 9. Prov. 21.

Lectio VIII.

uxit autem etiam timorem: filios enim
lus timere oportet, quam servos, et majorem
dationem habere in patrem. Et propter hoc

ait Dominus: omnem sermonem otiosum, quem locuti fuerint homines, reddent proc rationem in die iudicii; et: qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo; et: qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio; ut sciamus, quoniam non solum factorum reddemus rationem Deo, ut servi; sed etiam sermonum et cogitationum, tamquam qui et libertatis potestatem acceperimus: in qua magis probatur homo, si revereatur, et timeat, et diligat Dominum. Et propter hoc Petrus ait: non velamentum malitiæ habere nos libertatem, sed ad probationem et manifestationem fidei.

℟. Salus animæ in sanctitate iustitiæ, melior est omni auro et argento: miserere animæ tuæ placens Deo: * Congrega cor tuum in sanctitate eius. ℣. Christus factus est nobis sapientia a Deo, et iustitia. * Congrega. ℣. gloria. * Congrega. Eccli. 20. 1. Cor. 1.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Pauli apostoli ad Thimotheum. cap. 2.

Tu ergo fili mi confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu: et quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Jesu. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit. Nam et qui certat in agone, non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.

℟. Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere;

ffliet enim ei infidelis est fuelta promissio:
multo melius est non vovere, quam post
tum promissa non reddere. V. Si noluer is
ulliceri, absque peccato eris: quod autem semel
repsum est de labiis tuis, observabis. & multo.
le. 5. Deut. 23.

Lectio X.

emor esto Dominum Jesum Christum resur-
xisse a mortuis ex semine David, secundum
angelium meum, in quo laboro usque ad
inculo, quasi male operans: sed verbum Dei
n est alligatum. Ideo omnia sustineo propter
ectos, ut et ipsi salutem consequantur, quae
in Christo Jesu cum gloria coelesti. Fidelis
rmo: si sustinebimus, et conregnabimus:
negaverimus, et ille negabit nos: si non
imus, ille fidelis permanet, negare se
ipsum non potest. Haec commone, testifi-
ns coram Deo. Noli contendere verbis:
nihil enim utile est, nisi ad subversionem
dientium.
Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit
lox ad proferendum sermonem: & ideirco sint
ui sermones tui. V. Sit omnis homo velox
d audiendum, tardus autem ad loquendum.
ideirco. Eccle. 5. Jac. 1.

Lectio XI.

Sicde cura teipsum probabilem exhibere
o, operarium inconfusibilem, recte tractan-
s verbum veritatis. Profana autem et vani-
quia devita: multum enim proficient ad
npietatem, et sermo eorum ut cancer serpit:
quibus est Hymenaeus et Philetus, qui a veri-
te exciderunt, dicentes resurrectionem esse
m factam, et subvertunt quorundam
des. Sed firmum fundamentum Dei stat,
abens signaculum hoc: cognovit Dominus,
ui sunt eius, et discedat ab iniquitate
mnis, qui nominat nomen Domini.

℟. Memento creatoris tui in diebus iuventutis tuæ, ante tempus afflictionis: & antequam revertatur pulvis in terram suam, & spiritus redeat ad Deum. ℣. Non demoréris in errore impiorum, ante mortem confitére, confitebéris vivus & sanus. ✠ antequam. Lucæ. 12. Luc. 17.

Lectio XII.

In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum & utile Domino, ad omne opus bonum paratum. Juvenilia autem desideria fuge, sectare vero iustitiam, fidem, charitatem, & pacem cum iis, qui invocant Dominum de corde puro. Stultas autem & sine disciplina quæstiones devita, sciens quia generant lites. Servum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati; ne quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.

℟. pro Dominica. Seraphim clamabant alter ad alterum: ✠ Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: ✠ plena est omnis terra gloria eius. ℣. Tres sunt, qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. ✠ Sanctus. ℣. Gloria. ✠ plena. Isa. 6. 1. Joan. 5.

℟. infra hebdomadam. Finem loquendi pariter omnes audiamus: ✠ Deum time, & mandata eius observa; hoc est enim omnis homo. ℣. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

Deum. V. gloria. ℣ Deum. Eule. j2. j. Tim. j.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Lucam. cap. jo.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis:
Beati oculi qui vident, quæ vos videtis.
Dico enim vobis, quod multi prophetæ et
reges voluerunt videre quæ vos videtis, et
non viderunt; et audire quæ auditis, et non
audierunt. Et ecce quidam legis peritus
surrexit tentans illum, et dicens: Magister,
quid faciendo vitam æternam possidebo? at
ille dixit ad eum: in lege quid scriptum est,
quomodo legis? Ille respondens dixit: Diliges
Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et
ex tota anima tua, et ex omnibus viribus
tuis, et ex omni mente tua; et proximum
tuum sicut te ipsum. Dixitque illi: recte
respondisti; hoc fac et vives. Ille autem
volens justificare seipsum, dixit ad Jesum:
Et quis est meus proximus? Suscipiens
autem Jesus dixit: Homo quidam descen-
debat ab Jerusalem in Jericho, et incidit
in latrones, qui etiam despoliaverunt
eum, et plagis impositis abierunt, semivivo
relicto. Contigit autem, ut sacerdos quidam
descenderet eadem via; et viso illo præterivit.
Similiter et Levita, cum esset juxta locum
venerit et cum pertransiit. Samaritanus
autem quidam iter faciens, venit juxta eum;
et videns eum misericordia motus est. Et
appropians alligavit vulnera ejus, infun-
dens oleum et vinum: et imponens illum
in jumentum suum, duxit in stabulum,
et curam ejus egit. Et altera die protulit
duos denarios, et dedit stabulario, et dixit:
Curam illius habe: et quodcumque supererо-
gaveris, ego cum rediero reddam tibi.
Quis horum trium videtur tibi proximus

fuisse illi, qui incidit in latrones? ait illi dixit: qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Jesus: vade, et tu fac similiter.

ad Benedict. ant. Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? at ille dixit ad eum: in lege quid scriptum est? * qui respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum. Luc. 10.

ad Magnif. ant. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus, et ex omni mente tua; et proximum tuum sicut te ipsum. * hoc fac, et vives. Luc. 10.

Feria II.

Lectio I.

De libro Ecclesiastes. cap. 2. 3.

Cum me convertissem ad universa opera, quæ fecerant manus meæ, et ad labores, in quibus frustra sudaveram, vidi in omnibus vanitatem et afflictionem animi, nihil permanere sub sole. Transivi ad contemplandam sapientiam, errores que et stultitiam: quid est, inquam homo, ut sequi possit regem factorem suum? et vidi, quod tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux a tenebris. * omnia tempus habent, et suis spatiis transeunt universa sub cælo. quid habet amplius homo de labore suo? vidi afflictionem, quam dedit Deus filiis hominum, ut distendantur in ea: cuncta fecit bona in tempore suo, et mundum tradidit disputationi eorum, ut non inveniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio usque ad finem. 9. Et cognovi, quod non esset melius, nisi lætari, et facere bene in vita sua. Omnis enim homo, qui comedit et bibit, et videt bonum de labore suo, hoc donum

leiest. Didici quod omnia opera, quæ fecit
eus, perseverent in perpetuum: non possu-
mus eis quidquam addere, nec auferre,
ne fecit Deus, ut timeatur. quod factum
est, ipsum permanet: quæ futura sunt, iam
erunt: et Deus instaurat, quod abiit. *
di sub sole in loco iudicii impietatem, et in
co iustitiæ iniquitatem. Et dixi in corde
meo: iustum et impium iudicabit Deus,
et tempus omnis rei tunc erit. Dixi in corde
meo de filiis hominum, ut probaret eos
eus, et ostenderet similes esse bestiis. Omnia
adunum locum: de terra facta
unt, et in terram pariter revertuntur.
R. ex I. Noct. Dominicæ præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

l. 4. dialog. cap. 4.

ic liber idcirco Ecclesiastes sive concionator
citur, quia Salomon in eo quasi tumultuantis
rbæ suscepit sensum, ut ea per inquisitionem
ta, quæ forsitan per tentationem imperita
ns sentiat. Nam quot sententias quasi per
quisitionem movet, quasi tot in se personas
verborum suscipit. Unde et alia sunt, quæ in
se eadem per inquisitionem moveantur, atque
a quæ per rationem satisfaciunt: alia quæ ex
abi proferat animo, atque ad huc huius mundi
lectationibus dedita: alia vero, in quibus
, quo rationis sunt diserta, ut animum
delectatione compescat. Ibi namque ait:
ec itaque mihi visum est bonum, ut comedat
is et bibat, et fruatur lætitia ex labore
o. Et longe inferius subiungit: melius
ire ad domum luctus, quam ad domum
nvivii. Si enim bonum est manducare
bibere, melius iuxta videbatur ad domum
nvivii pergere, quam ad domum luctus.

Ex qua re ostenditur, quia illud ex infirmantium persona intulit, hoc vero ex rationis definitione subiunxit. Nam ipsas protinus rationis causas edisperit, et de domo Iudae quo sit utilitas ostendit, dicens: in illa enim finis omnium admonemur hominum, et vivens cogitat quid futurus sit.

Feria III.

De libro Ecclesiastes. cap. 4. 5.

Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, et appropinqua ut audias. Melior enim melior est obedientia, quam stultorum victimae, qui nesciunt quid faciunt mali. Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo: Deus enim in coelo, et tu super terram: idcirco sint pauci sermones tui. * Multas curas sequuntur somnia, et in multis sermonibus invenietur stultitia. Si quid voveris Deo, ne moreris reddere; displicet enim ei infidelis et stulta promissio: sed quodcumque voveris redde: multoque melius est non vovere, quam post votum promissa non reddere. ℣. Ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam; neque dicas coram angelo: non est providentia; ne forte iratus Deus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum. Ubi multa sunt somnia, plurimae sunt vanitates, et sermones innumeri: tu vero Deum time. Si videris calumnias egenorum, et violenta iudicia, et subverti iustitiam in provincia, non mireris super hoc negotio: quia excelso excelsior est alius, et super hos quoque eminentiores sunt alii, et insuper

niverso terre rex imperat servientibus. *
uid necesse est homini maiora requirere,
em ignoret, quid conducat sibi in vita
a, numero dierum peregrinationis
uo, et tempore quod velut umbra pre-
rit? aut quis ei poterit indicare, quid
st eum futurum post solem sit? Melius
nomen bonum, quam unguenta pre-
sa, et dies mortis die nativitatis.
R. ex II. ad Sodi. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini episcopi.
Epist. 45. ed. aut. et in psal. 75.

cia iam vovisti, iam te obstrinxisti,
iud tibi facere non licet. Prius quam
es voti reus, liberum fuit, quid potius ine-
ias: quamvis non sit gratulanda libertas,
ua fit, ut non debeatur, quod cum lucro red-
tur. Nunc vero quia teneris apud Deum
orpio tua, non te ad magnam iustitiam in-
to, sed a magna iniquitate deterreo. Non
im talis eris, si non feceris quod vovisti,
alis manifestes, si nihil tale vovisses: mi-
er enim tum es, non peior. Modo autem
ulto, quod absit, miserior, si fidem Deo fre-
is, quanto beatior, si persolveris. Nec
o te vovisse paeniteat, imo gaude, iam tibi
non licere, quod cum tuo detrimento li-
uisset. Aggredere itaque intrepidus, et dicta
ple factis: ipse te adiuvabit, qui votum
pedit. Felix est necessitas, quae ad meliora
mpellit. Sed quia ista tractavimus, forte
olebas vovere, et modo non vis vovere:
d quid dixerit tibi psalmus, attende; non
ixit: nolite vovere; sed: vovete et reddite.
mia audisti: reddite, non vis vovere! Ergo
overe ~~vovere~~ volebas, et non reddere?
mne utrumque fac. Unum fit ex professione

tua; aliud ex adiutorio Dei perficiatur. aspice eum, qui te ducit, & non respicies retrorsum de te ducit. qui te ducit, ante te ambulat; unde te educit, post te est. ama ducentem, & non te damnat retro respicientem.

Feria IV.

Lectio 1.

De libro Ecclesiastic. cap. 27.

Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & vivens cogitat quid futurum sit. Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Cor sapientium ubi tristitia est, & cor stultorum ubi lætitia. * Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi: quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti: sed & hoc vanitas. Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius. Ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit. Ne dicas: quid putas causæ est, quod priora tempora meliora fuere quam nunc sunt? Stulta enim est huiuscemodi interrogatio. ℣. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit. ℣. In die bona fruere bonis, & malam diem præcave: sicut enim hanc, sic illam fecit Deus, ut non inveniat homo contra Deum iustas querimonias. Hoc quoque vidi in diebus vanitatis meæ: iustus perit in iustitia sua, & impius multo vivit tempore in malitia sua. Noli esse iustus multum, neque plus sapias, quam necesse est, ne obstupescas. Ne impie agas multum, & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. * Bonum est te sustentare iustum, sed & ab illo ne subtrahas manum tuam: quia qui timet Deum,

ihil negligit. Non est enim homo iustus
in terra, qui faciat bonum, et non peccet.
De cunctis sermonibus, qui dicuntur, ne
accommodes cor tuum: ne forte audias
servum tuum maledicentem tibi. Scit
enim conscientia tua, quia et tu crebro
maledixisti aliis.

℟. ex III. Noct. Dominico procedentis.

Lectio II.

De expositione sancti Hieronymi Presbyteri.
comment. in h. l.

Si quem rigidum et atrocem ad omnia fra-
gum peccata conspexeris; ut nec in sermone
cuandi, nec propter naturalem interdum
igiditatem morandi, detreveniam, hunc scito
ulus iustum esse, quam iustum est. Cum enim
alvator praecipiat, dicens: nolite iudicare,
et non iudicemini; et nullus sit absque peccato,
ec si unius quidem diei fuerit vita eius:
humana iustitia est, fragilitatis conditio-
is hominum non ignoscens. (Tu autem)
ae quae praecepta sunt, et sapientiae auxilio
nfortatus, vel ad bona, vel ad mala pro-
era cor tuum, et non cures, quid de te
quantur inimici, qualis foris opinio sit.
uomodo enim prudentis viri est, mur-
urantem famulum non audire, nec
riosam aurem apponere, quid de se loqua-
r absente; si enim hoc fecerit, semper in tri-
ulatione erit, et ad mutitationem verbi
aundia commovebitur: sic et sapientis
ominis est, sapientiam proviam sequi, et
uos non considerare rumores. Sed et alio
xemplo docet, penitus non curandum
ustio homini, quid homines loquantur,
icens: pro modo novit conscientia tua,
uod tu de multis locutus es, et sepe
liis detraxisti: sic et aliis debes ignos-
ere detrahentibus. Et simul docet, non

facile indicandum, et habentem trabem in oculo, de festuca alterius non loquendum.

Feria V.

Lectio I.

De libro Ecclesiastic. cap. 8. 9.

Qui custodit preceptum, non experietur quidquam mali. Tempus et responsionem cor sapientis intelligit. Omni negotio tempus est et opportunitas, et multa hominis afflictio: quia ignorat preterita, et futura nullo scire potest nuntio. Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec finitur quiescere imminente bello, neque salvabit impietas impium. * Vidi impios sepultos, qui etiam cum adhuc viverent, in loco sancto erant, et laudabantur in civitate quasi justorum operum; sed et hoc vanitas est. Quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala. attamen peccator ex eo quod centies facit malum, et per patientiam sustentatur, ego cognovi, quod erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem ejus. 9. Non sit bonum impio, nec prolongentur dies ejus: sed quasi umbra transeant, qui non timent faciem Domini. Est et alia vanitas, quæ fit super terram: sunt justi, quibus mala proveniunt, quasi opera egerint impiorum: et sunt impii, qui ita securi sunt, quasi justorum facta habeant: sed et hoc vanissimum judico. * Et appposui cor meum, ut scirem sapientiam: et intellexi, quod omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem, eorum quæ fiunt sub sole: et

uanto plus laboraverit ad quo reudum,
ato minus inveniat: etiamsi dixerit sa-
ias se nosse, non poterit reperire.
Ex I. Noct. Dominico procedentis.

Lectio II.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.
l. 20. de civ. Dei cap. 2.

is etiam rebus, in quibus non apparet di-
na institia, salutaris est divina doctrina.
cimus enim, quo iudicio Dei bonus ille sit
uper, malus ille sit dives: et cetera huius-
odi. (Si enim) non nisi mali adipiscerentur
anitoria bona ista atque terrena, nec nisi
ni talia paterentur mala, posset hoc referri
iudicium institum Dei, vel etiam benignum;
qui non erant aspecturi bona aterna, quo
ciunt beatos, temporalibus vel decipe-
ntur pro malitia sua, vel pro Dei miseri-
dia consolarentur bonis: et qui non erant
pueri aterna tormenta, temporalibus vel
o suis quibuscumque et quantulis cumque
ualis affligerentur, vel propter implen-
s virtutes exercerentur malis. Nunc
ro quando non solum in malo sunt boni,
in bono mali, quod videtur iniustum: ve-
um etiam plerumque et malis mala eve-
iunt, et bonis bona proveniunt: magis in-
tabilia sunt iudicia Dei, et investigabiles
is illius. Quamvis ergo nescia mus, quo iudicio
us ista vel faciat vel fieri sinat, apud quem sum-
a virtus est, et summa sapientia, summaque
stitia, nulla infirmitas, nulla temeritas, nulla
iquitas: salubriter tamen discimus non
agni pendere seu bona seu mala, quo vide-
us esse bonis malisque communia; et illa
na quarere, quo bonorum, atque illa mala
axime fugere, quo propria sunt malorum.
m vero ad illud iudicium Dei venerimus,
on solum quo cumque iudicabuntur, ve-
um etiam quo cumque ab initio iudicata,
quo cumque usque ad illud tempus adhuc

iudicanda sunt, apparebunt tepe iustissima.

Feria VI.

Lectio I.

De libro Ecclesiastic. cap. 10. 11.

Qui fodit foveam, incidet in eam; et qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Qui transfert lapides, affligetur in eis: et qui scindit ligna, vulnerabitur abeis. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit. Verba oris sapientis gratia; et labia insipientis precipitabunt eum: initium verborum eius fatuitas, et novissimum oris illius error pessimus. * Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia post tempora multa invenies illum. Da partem septem necnon et octo: quia ignoras, quid futurum sit mali super terram. Si repleti fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. ℣. Qui observat ventum, non seminat: et qui considerat nubes, numquam metet. Quomodo ignoras, quæ sit via spiritus, et qualiter compingantur ossa in ventre prægnantis; sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium. Mane semina semen tuum, et vespere ne cesset manus tua: quia nescis, quid magis oriatur, hoc aut illud; et si utrumque simul, melius erit. ℟. Si annis multis vixerit homo, et in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis et dierum multorum: quæ cum venerint, vanitatis arguentur præterita. Lætare ergo iuvenis in adolescentia tua, et in bono sit cor tuum in diebus iuventutis tuæ, et ambula in viis cordis tui, et in intuitu oculorum tuorum: et scito, quod pro

nibus adducet te Deus in iudicium. aufu
ma corde tuo, et amove malitiam a carne
: adolescentia enim et voluptas vana sunt.
f. ex II. Noct. Dominica procedentis.

Lectio II.

De Sermone sancti Gregorii Papæ.
l. 4. dial. cap. 4.

ptum est (in Ecclesiaste): Lætare iuvenis
dolescentia tua; et paulo post subditur:
lescentia enim et voluptas vana sunt.
i dum hoc post modum vanum ipse redar
it, quod prius admonuisse videbatur, pa
ter indicat, quia illa quasi ex desiderio car
i verba intulit; hoc vero ex iudicii veri
e subiunxit. Sicut ergo lætari debere
enem in adolescentia sua quasi ex deli
atione carnalium proponit, et tamen
modum per definitionem sententiæ
lescentiam et voluptatem vana esse re
quit: ita etiam concionator noster, velut
nente infirmantium, humanæ fragi
nis sententiam proponit, dum dicit:
us interitus est hominis et iumentorum,
æqua utrisque conditio. qui tamen
definitione rationis suæ postmodum
tentiam profert, dicens: quid habet am
ius sapiens a stulto, et quid pauper, nisi
pergat illuc, ubi est vita? qui igitur
it: nihil habet homo iumentis amplius;
le rursum definivit, quia habet aliquid
iens non solum amplius a iumento,
etiam ab homine stulto, videlicet ut
rgat illuc ubi est vita. Quibus verbis pri
um indicat, quia hic hominum vita
n est, quam esse alibi testatur. Habet
go hoc homo amplius iumentis, quia illa
ost mortem non vivunt, hi vero hinc
ivere inchoati, cum per mortem carnis hanc

visibilem vitam consummat. Gr utraque (igitur) tam dispari sententia demonstratur, quia concionator verax illud ex tentatione carnali intulit, et hoc postmodum ex spiritali veritate definivit.

Sabbato.

Lectio I.

De libro Ecclesiastæ. cap. 12.

Memento Creatoris tui in diebus inventutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, et appropinquent anni, de quibus dicas: non mihi placent: antequam tenebrescat sol, et lumen, et luna et stellæ, et revertantur nubes post pluviam: quando commovebuntur custodes domus, et nutabunt viri fortissimi, et otiosæ erunt molentes in minuto numero, et tenebrescent videntes per foramina: et claudent ostia in platea, in humilitate vocis molentis, et consurgent ad vocem volucris, et obsurdescent omnes filiæ carminis. ✱ Excelsa quoque timebunt et formidabunt in via, florebit amygdalus, impinguabitur locusta, et dissipabitur cápparis: quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, et circuibunt in platea plangentes. antequam rumpatur funiculus argenteus, et recurrat vitta aurea, et conteratur hydria super fontem, et confringatur rota super cisternam, et revertatur pulvis in terram suam, unde erat, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. ℣. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, et omnia vanitas. Cumque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, et enarravit quæ fuerat: et investigans composuit parabolas multas. quæsivit verba utilia, et conscripsit sermones rectissimos et veritate plenos. Verba sapientium sicut stimuli, et

uasi clavi in altum defixi, quo per ma-
ssorum consilium data sunt a pastore
uo. * His amplius fili mi ne requiras.
cuendi plures libros nullus est finis:
equensque meditatio carnis afflictio est.
inem loquendi pariter omnes audiamus.
um time, et mandata eius observa: hoc est
im omnis homo: et cuncta quæ fiunt,
ducet Deus in iudicium pro omni errato,
e bonum sive malum illud sit.
R. ex III. Noct. Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
l. 20. de civit. cap. 2.

lomon sapientissimus rex Israel, librum,
ui vocatur Ecclesiastes, sic exorsus est: va-
itas vanitatum, et omnia vanitas.
cum ex hac sententia connecteret cætera,
mmemorans errumnas erroresque vito-
nius, et evanescentes interea temporum
psus, ubi nihil solidum, nihil stabile
dinetur: in ea rerum vanitate sub sole
uod etiam deplorat quodammodo, quod
odunus tamen incursus incurrat omni-
us, utique in hac vita, quæ sub sole agitur;
gnificans videlicet ea mala, quæ bonis et
alis videmus esse communia. Dicit etiam
ud, quod et boni patiantur mala, tam-
am mali sint; et mali tam quam boni
ati adipiscantur bona. In hac vanitate, cui
entum satis visum est, intimando, istum
um librum vir sapientissimus deputa-
t, non utique ob aliud, nisi ut eam vitam
ideremus, quæ vanitatem non habet sub
e sole, sed veritatem sub illo, qui fecit hunc
lem: in hac ergo vanitate numquid nisi
sto Dei rectoque iudicio similis eidem va-
tati factus vanesceret homo? In diebus
men vanitatis suæ interest plurimum,

utrum resipiat, an obtemperet veritati, et utrum sit expers vere pietatis, an particeps: non propter vite huius vel bona adquirenda, vel mala vitanda vanescendo transeuntia: sed propter futurum iudicium, per quod erunt et bonis bona, et malis mala, sine fine mansura. Denique iste sapiens hunc librum sic conclusit, ut diceret: Deum time, et mandata eius custodi: quia hoc est omnis homo. quid brevius, verius, salubrius dici potuit? quicunque enim est, hoc est, custos ubique mandatorum Dei: quoniam quia hoc non est, nihil est. Non enim ad veritatis imaginem reformatur, remanens in similitudine vanitatis.

Ad vesperas Duplex.

Ad Magnif. Ant. Per sapientiam sanabuntur, * quicunque placuerunt tibi, Domine, a principio. Sap. 9.

Oratio Sac. Leon.

Omnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei et charitatis augmentum: Ut mereamur assequi, quod promittis; fac nos amare, quod precipis. Per Dominum.

Dominica XIII. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. Lect.

In I. Nocturno.

Lectio I.

Incipit liber Sapientie. cap. 1.

Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, et in simplicitate cordis querite illum: quoniam invenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Perverse enim cogitationes separant a Deo: probata autem virtus corripit insipientes; quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.

. Fac cum servo tuo Domine secundum
misericordiam tuam, et justificationes tuas
ce me: * da mihi intellectum, ut sciam
stimonia tua. ℣. Sensum tuum quis
et, nisi tu dederis sapientiam. * da. Ps. 118.

v. g.

Lectio II.

Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet
ictum, et auferet se a cogitationibus, qui
ntis sine intellectu, et corripietur a supe-
eniente iniquitate. Benignus est enim
piritus sapientiæ, et non liberabit maledi-
um a labiis suis: quoniam renum illius
tis est Deus, et cordis illius scrutator est
rus, et linguæ eius auditor. quoniam
piritus Domini replevit orbem terrarum;
t hoc quod continet omnia, scientiam ha-
et vocis.

. Sapientia ubi invenitur, et quis est locus
ntelligentiæ? Deus intelligit viam eius,
t dixit homini: * ecce timor Domini ipsa
st sapientia; et recedere a malo, intelli-
entia. ℣. Fons sapientiæ verbum Dei
i excelsis, et ingressus illius mandata æter-
a: plenitudo sapientiæ est timere Deum.
eue. Job. 28. Eccli. 1.

Lectio III.

Propter hoc qui loquitur iniqua, non po-
test latere, nec præteriet illum corripiens
dicium. In cogitationibus enim impii
terrogatio erit: sermonem autem illius
uditio ad Deum veniet, ad correptionem
niquitatum illius. quoniam auris Zeli
udit omnia, et tumultus murmuratio-
um non absconditur. Custodite ergo vos
murmuratione, quæ nihil prodest, et a
etractione parate linguæ, quoniam ser-
no obscurus in vacuum non ibit, os autem,
od mentitur, occidit animam.

℟. Abyssum & cor hominis investigavit Deus: non proterit illum omnis cogitatus, ✝ & ✝ non abscondit se ab eo ullus sermo. ℣. qui loquitur iniqua, non potest latere, nec proteriet illum corripiens iudicium. ✝ non absc. Eccli. 42.

Sap. 1.

Lectio IV.

Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque adquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum. Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. Creavit enim, ut essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non est in illis medicamentum exterminii, nec inferorum regnum in terra. Iustitia enim perpetua est & immortalis. Impii autem manibus & verbis accersierunt illam: & æstimantes illam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam: quoniam digni sunt, qui sint ex parte illius.

℟. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem implevit; ✝ plenitudo legis est dilectio. ℣. Cura disciplinæ dilectio est; & dilectio custodia legum illius est. ✝ plenitudo. ℣. Gloria. ✝ plenitudo. Rom. 13. Sap. 6.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Augustini Episcopi. — De virtutibus Theolog.

Enarr. 2. in psal. 31. n. 5.

Abraham ex fide iustificatus est: sed si fidem opera non præcesserunt, tamen secuta sunt. Numquid enim fides tua steriliscrit? Si sterilis non es, sterilis non est & ipsa. Bene ergo fidem operaturus. Sed dicis: non hoc ait Apostolus Paulus. Immo hoc ait Paulus apostolus: fides, inquit, quæ per dilectionem

peratur. Et alio loco: plenitudo ergo legis
haritas. Et alio loco: omnis enim lex in uno
ermone impletur, in eo quod scriptum est:
diliges proximum tuum tamquam te ipsum.
De, si non vult te operari, qui dicit: non ad-
lterabis, non homicidium facies, non con-
pisces, et si quod est aliud mandatum, in
e sermone recapitulatur: diliges proximum
um tamquam te ipsum: dilectio proximi
alum non operatur: plenitudo autem legis
aritas. Numquid charitas permittit ali-
id mali te facere ei, quem diligis?

. Ego sapientia habito in consilio, et eru-
itis interfui cogitationibus: * ego diligen-
s me diligo, et qui mane vigilant ad me,
venient me. ℣. qui habet mandata mea
servat ea, ille est qui diligit me: qui autem
iligit me, et ego diligam eum. * ego. Prov. 8.
an. 14.

Lectio VI.

dforte tantum modo mali nihil facis, non
iam aliquid boni. Ergone charitas permit-
t te non prosilire, quidquid potes, ei quem
ligis? Nonne illa est charitas, quo oratio-
ro inimicis? ~~Itaque si dilectione~~ Ergo deseri
micum, qui bene optat inimico? Itaque si
der fine dilectione sit, sine opere erit. Ne
lem multa cogites de opere fidei, adde illi
em et dilectionem, et noli cogitare, quid
ereris. Ipsa dilectio vacare non potest. quid
im de quoquam homine etiam male opera-
r, nisi amor? Da mihi vacantem amorem,
nihil operantem. Flagitia, adulteria, fa-
nora, homicidia, luxurias omnes, nonne
nor operatur? Purga ergo amorem tu-
m: aquam fluentem in cloacam converte
horrum: quales in pectus habebat ad mun-
um, tales habeat ad artificem mundi.
℣. In Christo Jesu sunt omnes thesauri

Sapientia & scientia absconditi: x quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. R. Sapientia candor est lucis aeterno, & speculum sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. x quia. Colos. 2. Sap. 7.

Lectio VII.

Vum vobis dicitur, nihil amatis? absit. Pigri, mortui, detestandi, miseri eritis, si nihil amatis. Amate, sed quid amatis videte. Amor dei, amor proximi charitas dicitur: amor mundi, amor huius seculi cupiditas dicitur. Cupiditas refrenetur, charitas excitetur. Ipsa enim charitas bene operantis dat ei spem bone conscientie. Spem enim gerit bona conscientia: quomodo mala conscientia tota in desperatione est, si bona conscientia tota in spe. Remanent tria hec, de quibus dicit apostolus: fides, spes, charitas. Et alio loco ipsa tria, sed pro spe bonam conscientiam posuit: finis enim precepti est, dixit. Quid est finis precepti? quo perficiuntur precepta, non quo consummantur. Finis, inquit, precepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

R. Sapientiam sine fictione didici: x infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitie dei. R. Sapientiam & disciplinam qui abiicit, infelix est: neminem enim diligit deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. x infinitus. Sap. 7. & 3.

Lectio VIII.

Pro spe bonam conscientiam posuit: ille enim sperat, qui bonam conscientiam gerit. Quem vero pungit mala conscientia retrahit

a spe, et non sibi speret nisi damnationem.
ergo speret regnum, habeat bonam con-
ientiam; et ut habeat bonam conscientiam,
date operetur. quod credit, fidei est: quod
eretur, charitatis est. Ille ergo loco a fide
it Apostolus, fides, spes, charitas: alio loco
ipsa charitate cepit, charitas de corde puro,
conscientia bona et fide non ficta. Modo
a medio cepimus, ab ipsa conscientia et
. qui vult, ingreatur, habere bonam spem,
beat bonam conscientiam: ut autem
beat bonam conscientiam, credat et ope-
tur. A medio imus ad initium et finem:
dat et operetur. quod credit, fidei est quod
eretur, charitatis est.

Super salutem et speciem dilexi sapientiam,
proposui pro luce habere illam: * quo-
am inextinguibile est lumen illius. ℣.
at lux vera, quæ illuminat omnem ho-
inem venientem in hunc mundum. *
oniam. ℣. Gloria. * quoniam. Sap. 7. Joan. 1.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Timotheum. cap. 3.

e autem scito, quod in novissimis diebus
stabunt tempora periculosa: erunt ho-
ines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi,
blasphemi, parentibus non obedientes,
ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace,
criminatores, incontinentes, immites,
ne benignitate: proditores, protervi,
umidi, et voluptatum amatores ma-
s, quam Dei: habentes speciem quidem
ietatis, virtutem autem eius abnegantes.
℣. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet
ictum, * et auferet se a cogitationibus,

quæ sunt sine intellectu. ℣. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. ✠ et. Sap. j. Gen. 6.

Lectio X.

Et hos devita: ex his enim sunt, qui pererrant domos, et captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis: semper discentes, et numquam ad scientiam veritatis pervenientes. quemadmodum autem Jannes et Mambres restiterunt Moysi: ita et hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit.

℟. Sapientia clamitat: usquequo parvuli diligitis infantiam, et stulti ea, quæ sibi sunt noxia cupient: ✠ et imprudentes odibunt scientiam? ℣. Veni sunt omnes homines, in quibus non subest Scientia Dei. ✠ et. Prov. j. Sap. 13.

Lectio XI.

Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii et Lystris: quales persecutiones sustinui, et ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. Mali autem homines et seductores proficient in peius, errantes et in errorem mittentes.

℟. Scio, quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum: ✠ nam velle adiacet mihi, perficere autem non invenio. ℣. Ut scivi, quoniam aliter non possem esse

ntinens, nisi Deus del, adū Dominum et
precatus sum illum. * nam. Rom. 9. Sap. 8.

Lectio XII.

Tu vero permane in iis, quæ didicisti, et credita sunt tibi: sciens a quo didiceris: et quia ab infantia sacras litteras nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Jesu. Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

. pro Dominica. Seraphim clamabant alter ad alterum: * Sanctus, sanctus, sanctus minus Deus exercituum: † plena est omnis terra gloria ejus. ℣. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus: et hi tres unum sunt. Sanctus. ℣. Gloria. † plena. Isa. 6. 1. Joan. 5.

. Infra hebdomadam. Sapientia in sepelerans omnia innovat, et per nationes animas sanctas se transfert. * amicos et prophetas constituit, neminem enim diligit Deus, nisi qui cum sapientia inhabitat. ℣. Melior est sapientia cunctis pretiosis, et omne desiderabile ei non potest comparari. * amicos. ℣. Gloria. * amicos. Sap. 7. Prov. 8.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Lucam. cap. 17.

illo tempore: Dum iret Jesus in Jerusalem, transibat per mediam Samariam et Galilæam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi: qui steterunt a longe, et levaverunt vocem suam dicentes: Jesu præceptor, miserere nostri. Quos ut vidit, dixit: Ite ostendite vos sacer-

decibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt. Unus autem ex illis, ut vidit quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens: et hic erat Samaritanus. Respondens autem Jesus dixit: nonne decem mundati sunt? et novem ubi sunt? non est inventus, qui rediret, et daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et dixit illi: surge, vade, quia fides tua te salvum fecit.

Ad Bened. ant. Steterunt a longe leprosi, et levaverunt vocem, dicentes: ✠ Jesu praeceptor, miserere nostri. Luc. 17.

Ad Magnif. ant. Regressus est unus, cum magna voce magnificans Deum: ✠ et dixit illi Jesus: surge, vade, quia fides tua te salvum fecit. Luc. 17.

Feria II.

Lectio I.

De libro Sapientiae. cap. 5.

Stabunt justi in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione insperatae salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, et pro angustia spiritus gementes: hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, et in similitudinem improperii. ✠ Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, et finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est. Ergo erravimus a via veritatis, et justitiae lumen non luxit nobis, et sol intelligentiae non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis, et ambulavimus vias difficiles: viam autem Domini

gnoravimus. 9. Quid nobis profuit superbia?
aut divitiarum iactantia quid contulit no-
bis? Transierunt omnia ista tanquam umbra, et tanquam nuntius percurrens, et
anquam navis, quae pertransit fluctuantem
quam: cuius, cum preterierit, non est ve-
igium invenire, neque semitam carinae
ius in fluctibus. Sic et nos nati continuo
esivimus esse: et virtutis quidem nullum
ignum voluimus ostendere: in malignita-
e autem nostra consumti sumus. Talia
icerunt in inferno hi, qui peccaverunt. X
apiet armaturam zelus (Domini) et
rmabit creaturam ad ultionem inimico-
um. Induet pro thorace iustitiam, et gal-
iet pro galea iudicium certum: sumet
cutum invincibile aequitatem. Acuet
ltem iram in lanceam, et pugnabit
um illo orbis terrarum contra insensatos.
R. ex I. Sonl. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
Serm. 22. de verb. psal. 67.

id faciemus, fratres, nisi ut, dum tempus
t, vitam mutemus, et facta nostra, si
ua mala sunt, corrigamus? Propterea se
dex venturum minatur, ut non inveniat
os puniat, cum venerit. Et totum, quod
dimur, tribulationes in hac vita, flagel-
um Dei est corrigere volentis, ne damnet
in fine. Quasi dura sunt, molesta sunt,
orrent quando narrantur, quae quisque
ravia valde patitur in hac vita: in com-
aratione autem aterni ignis non parva,
ed nulla sunt. Omnia ista, fratres, quae
in hac vita infliguntur a Domino, ad-
onitiones sunt et stimuli correctionis
ostrae. Venit autem ignis aternus, de

que dicetur illis, qui ad sinistram constituendi sunt: ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Nunc adhuc sunt quidam pœnitentiam. Nam Scriptum est in libro Sapientiæ: dicent intra se pœnitentiam agentes, & pro angustia spiritus gementes: quid nobis profuit superbia, & quid divitiarum iactantia contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam umbra. Erit enim ibi pœnitentia, sed infructuosa: erit ibi pœnitentia, sed dolorem habens, medicinam non habens. Nunc est fructuosa pœnitentia, quando correctio libera. Pœnitead te ad vocem Scripturæ. Nam ad vocem profectis iudicijs sine causa pœnitebit te. Iam iam ille sententiam dicturus est: & non erit quod reprehendas, quando sententiam dicturus est. Non enim tacuit ante sententiam.

Feria III.

Lectio I.

De libro Sapientiæ. cap. 6.

Melior est sapientia quam vires: & vir prudens quam fortis. Audite ergo reges, & intelligite, discite iudices finium terræ. Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est a Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. & quoniam cum esse tis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende & cito apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum his, qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. q. Non

nim subtrahet personam cuiusquam Deus,
ec verebitur magnitudinem cuiusquam:
uoniam pusillum et magnum ipse fecit,
aqualiter cura est illi de omnibus. Fo-
ioribus autem fortior instat cruciatio.
d vos ergo reges sunt hi sermones mei, ut
scatis sapientiam, et non excidatis. *
si enim custodierint iustitiam, iustifi-
abuntur: et qui didicerint ista, inveniet
id respondeant. Concupiscite ergo sermones
eos, diligite illos, et habebitis disciplī-
am. Clara est, atque nunquam marcescit
pientia, et facile videtur ab his, qui dili-
unt eam, et invenitur ab his, qui quæ-
unt illam.

℟. ex II. Nocturno Dom. precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papæ.
libr. 24. moral. cap. 25.

i profunt, se circumspiciant, ut sibi et
bditis vivant: ut bonum, quod faciunt,
intra sinum mentis abscondant, et ta-
en ex eo ad provectum sequentium ex-
mpla recte operationis impartiant.
subditorum animadvertentes culpas
rigant, nec tamen per vim eiusdem
animadversionis intumescant: aliquoda
niter correpto tolerent, nec tamen dis-
plino vincula eadem lenitate dissolvant:
quodam tolerando dissimulent, nec ta-
en ea crescere dissimulando permittant.
orioſa sunt ista, et nisi divina gratia
uvet, ad custodiendum difficilia. Recte
ro de adventu districti iudicis per sapien-
e librum dicitur: sorrende et cibo appa-
bit, quoniam iudicium durissimum
is, qui profunt, fiet. Unde magnopere
randum est, ut qui regendis hominibus
reponitur, apud se intra secretarium mentis

in cathedra presideat humilitatis. Cumque iudicanti ei a ceteris foris assistitur, vigilanti oculo incessanter assistat, cui quandoque iudici ipse de his iudicandus assistat: ut quanto nunc ante eum, quem non videt, sollicitius trepidat, tanto cum eam viderit, securior cernat. Bene ergo, qui ad satisfaciendum districto iudici de sua tantum modo anima forsitan vix sufficit, quia tot regendis subditis praeest, reddendo apud eum rationis tempore, ut ita dicam, tot solus animas habet.

Feria IV.

Lectio I.

De libro sapientiae. cap. 8. 9.

Ut scivi, quoniam aliter non potuem esse continens, nisi Deus det, et hoc ipsum erat sapientis, scire cuius esset hoc donum: adii Dominum, et deprecatus sum illum, et dixi ex totis precordiis meis: Deus patrum meorum et Domine misericordiae, qui fecisti omnia verbo tuo, et sapientia tua constituisti hominem, ut dominaretur creaturae, quae a te facta est, ut disponat orbem terrarum in aequitate et iustitia, et in directione cordis iudicium iudicet. * Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, et noli me reprobare a pueris tuis: quoniam servus tuus sum ego, et filius ancillae tuae, homo infirmus et exigui temporis, et minor ad intellectum iudicii et legum. Etenim et si quis erit consummatus inter filios hominum, si abfuerit illi sapientia tua, in nihilum computabitur. Tecum sapientia tua, quae novit opera tua, quae et adfuit tunc, cum orbem terrarum faceres: et sciebat, quid esset placitum oculis tuis, et quid directum

i preceptis tuis. g. et bille illam de celis
ntis tuis, et a sede magnitudinis tue put
eum fit et labore, ut sciam quid acceptum
apud te: scit enim illa omnia et intelligit,
deduc me in operibus meis sobrie et custo-
me in sua potentia: et erunt accepta ope-
mea. Quis enim hominum poterit scire
nsilium dei, aut quis poterit cogitare quid
lit Deus? * Cogitationes enim mortalium
mide, et incerte prouidentie nostre. Corpus
im, quod corrumpitur, aggrauat animam,
terrena inhabitatio deprimit sensum mul-
cogitantem. Et difficile estimamus que
terra sunt: et que in prospectu sunt, inue-
mus cum labore. Que autem in celis
sunt, quis inuestigabit?
f. ex III. et Vsq. Dominico procedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
l. 13. de ciu. cap. 4.

ceptio veritatis in hac carne qualisaut
anta est, quando, sicut legimus in eccli
sapientie, corpus corruptibile aggra-
t animam, et deprimit terrena inhabi-
tio sensum multa cogitantem? Impetus
ro vel actionis appetitus nonne ipse est,
e gerantur etiam insanorum illi mise-
biles motus, et facta que horremus, quan-
peruertitur sensus, ratioque sopitur!
ro ipsa virtus quid hic agit, nisi perpe-
a bella cum vitiis, nec exterioribus,
d interioribus, nec alienis, sed plane
stris et propriis, maxime temperantia,
a carnales frenantur libidines, ne in
oque flagitia mentem consentientem
ahant? et neque enim nullum est vitium,
m, sicut dicit apostolus, caro concupiscit
uersus spiritum: cui vitio contraria vir-
s est, cum, sicut idem dicit, spiritus

concupiscit adversus carnem; haec enim, inquit, invicem adversantur, ut non ea, quae vultis, faciatis. Quid autem facere volumus, cum perfici volumus finem summi boni, nisi ut caro adversus spiritum non concupiscat, nec sit in nobis hoc vitium, contra quod spiritus concupiscat? Quod in hac vita, quamvis velimus, quoniam facere non valemus, id factum in adiutorio Dei faciamus, ne carni concupiscenti adversus spiritum spiritu sancto bene cedamus, et ad perpetrandum peccatum nostra confessione pertrahamur. Absit ergo, ut quamdiu in hoc bello intestino sumus, iam nos beatitudinem, adquam vincendo volumus pervenire, adeptos esse credamus. Et quis est usque adeo sapiens, ut contra libidines nullum habeant omnino conflictum?

Feria V.

Lectio I.

De libro Sapientiae. cap. ii.

Cum tentati sunt (filii Israel) et quidem cum misericordia disciplinam accipientes, scierunt, quemadmodum cum ira iudicati impii tormenta paterentur. Hos quidem tamquam pater monens probasti; illos autem tamquam durus rex interrogans condemnasti. Absentes enim et praesentes similiter torquebantur. * Duplex enim illos aeque tristitia et gemitus, cum memoria praeteritorum. Cum enim audirent, per sua tormenta bene secum agi, commemorati sunt Dominum, admirantes in finem exitus, quorum enim in expositione prava proiectum deriserunt, in finem eventus mirati sunt, * non similiter iusti sibi entes. ℣. Recogitationibus autem insensatis iniquitatis illorum, quod quondam errantes colebant multos serpentes, et bestias supervacuas,

mmissi illis multitudinem malorum
nimalium in vindictam: ut scirent, quia
per quæ peccat quis, per hæc et torquetur. Sed
sine his uno spiritu poterant audivi per-
cutionem passi ab ipsis factis suis, et dis-
cessi per spiritum virtutis tuæ: sed omnia
in mensura et numero et pondere disposu-
isti. * et misereris omnium, quia omnia
potes, et dissimulas peccata hominum prop-
ter pœnitentiam. Diligis enim omnia quæ
sunt, et nihil odisti eorum quæ fecisti: nec
enim odiens aliquid constituisti aut fecisti.
quomodo autem posset aliquid permanere,
nisi tu voluisses? aut quod a te vocatum
non esset, conservaretur? Parcis autem
omnibus, quia tua sunt Domine, qui
amas animas.

℣. ex I. Noct. Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papæ.
hom. 34. in Evang.

Sentiamus, si possumus, dispensationem
superno pietatis. Stantibus, si ceciderint,
minatur pœnam; lapsis vero, ut surgere
expectant, promittit misericordiam. Istos
terret, ne præsumant in bonis: istos refovet
ne deficiant in malis. Justus es, iram per-
mitte, ne corruas: peccator es, præsume
misericordiam, ut surgas. Ecce autem iam
ipsi sumus, stare nequaquam valuimus,
in pravis nostris desidiosi iacemus. Sed qui
nos condidit rectos, adhuc expectat et pro-
cat, ut surgamus. Sinum suæ pietatis a-
rit, nosque ad se recipere per pœnitentiam
erit. Sed pœnitentiam agere digne non
sumus, nisi modum quoque eiusdem pœ-
nitentiæ cognoscamus. Pœnitentiam quippe
ere, est et perpetrata mala plangere, et
angenda non perpetrare. Nam qui se alia

deplorat, ut tamen alia committat, adhuc
poenitentiam agere aut dissimulat, aut ignorat. quid enim prodest, si peccata quis luxurio
defleat, et tamen adhuc avaritiae affectibus anhelat? aut quid prodest si iras culpas quis lugeat, et tamen adhuc invidiae facibus labefiat?
Sed minus est vale de quod dicimus. et tamen cogitandum summopere est, ut qui se illicita
meminit commisisse, a quibusdam etiam
licitis studeat abstinere: quatenus per hoc
conditori suo satis faciat, ut qui commissa
prohibita, sibimet ipsi abscindere debeat
esse concepta: et se reprehendat in minimis,
quae se meminit in maximis deliquisse.

Feria VI.

Lectio I.

De libro Sapientiae. cap. 12.

O quam bonus et suavis est Domine spiritus tuus in omnibus! ideoque eos, qui exerrant, partibus corripis: et de quibus peccant, admones et alloqueris, ut relicta malitia credant in te Domine. illos enim antiquos inhabitatores terrae sanctae tuae, quos
exhorruisti, quoniam odibilia opera tibi
faciebant per medicamina et sacrificia
iniusta, perdere voluisti per manus parentum nostrorum, ut dignam perciperent
peregrinationem puerorum Dei, quae tibi
omnium charior est terra. * sed et his tamquam hominibus pepercisti, et misisti antecessores exercitus tui vespas, ut illos paulatim exterminarent. non quia impotens
eras in bello subicere impios iustis, aut bestiis saevis, aut verbo duro simul exterminare:
sed partibus iudicans dabas locum poenitentiae, non ignorans, quoniam nequam est
natio eorum, et naturalis malitia ipsorum,
et quoniam non poterat mutari cogitatio
illorum in perpetuum. ℣. Semen enim erat
maledictum ab initio: nec timens alicuem

veniam dabas peccatis illorum. quis enim dicet tibi: quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? aut quis in conspectu tuo ve- niet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti? Non enim est alius Deus, quam tu, cui cura est de omnibus, ut ostendas, quoniam non iniuste iudicas iudicium. * Cum ergo sis iustus, iuste omnia disponis: ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnare, extremum existimas a tua virtute. Virtus enim tua iusti- tia nihil est: Nobis, quod omnium dominus es, omnium te parere facis. Virtu- tem enim ostendis tu, qui non credis esse in virtute consummatus, et horum, qui te nesciunt, audaciam traducis.

℣. Re. ex II. Noct. Dominica precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi. Enarrat. in psal. 102. n. 16.

Quid tam longanimum, quid tam multum in misericordia? Benatur et vivitur: aue- unt peccata, augetur vita: blasphematur Deus, quotidie, et facit solem suum oriri super bonos et malos. Vocat undique ad cor- rectionem, vocat undique ad poenitentiam, vocat beneficiis creaturae, vocat imperticado impus vivendi, vocat per lectorem, vocat per tractatorem, vocat per intimam cogita- tionem, vocat per flagellum correptionis, vocat per misericordiam consolationis. Sed observa, ne longitudine misericordiae Dei ma- leando, tu tibi thesaurizes, quod ait apo- stolus, an divitias benignitatis et longani- mitatis eius contemnis, ignorans quia pa- tientia Dei ad poenitentiam te adducit? Ergo Deus longanimitate sua ad poenitentiam adducit: tu autem cum quotidie dies: fini- et hodiernus dies, et sic cras et cras tu die:

Asubito venit ira eius. Frater! non tardes
converti ad Dominum. Sunt enim, qui pro-
parant conversionem et differunt, et sic im
illis vox corvina: cras, cras. Convus deara
mipus non est reversus. Non quærit Deus
dilationem in voce corvina, sed confessionem
in gemitu columbino. Mitis columba
reversa est. quamdiu cras, cras? observa
ultimum cras, quia ignoras quod sit ul-
timum cras; sufficiat quod vixisti usque ad
hodiernum penator. audisti, sæpe solesau-
dire, audisti et hodie: quam quotidie audis,
tam quotidie non corrigeris.

Sabbato.

Lectio 1.

De libro Sapientiæ. cap. 12. 13.

Tu autem dominator virtutis cum tran-
quillitate iudicas, et cum magna reveren-
tia disponis nos: subest enim tibi, cum volue-
ris, posse. Docuisti autem populum tuum
per talia opera, quoniam oportet iustum
esse et humanum, et bonos spei fecisti filios
tuos: quoniam iudicans das locum pœnita-
tis pœnitentiæ. * Si enim inimicos servo-
rum tuorum et debitos mortis cum tanta
cruciasti attentione, dans tempus ad locum,
per quod possent mutari a malitia: cum quan-
ta diligentia iudicasti filios tuos, quorum
parentibus iuramenta et conventiones de-
disti bonarum promissionum? Cum ergo das
nobis disciplinam, inimicos nostros multi-
pliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogite-
mus iudicantes: et cum de nobis iudicatur,
speremus misericordiam tuam. ℣. unde
et illis, qui in vita sua insensate et iniuste
vixerunt, per hoc, quæ coluerunt, dedisti
summa tormenta. qui autem ludibriis et
irrisionibus non sunt correcti, dignum

dei iudicium experti sunt. In quibus enim patiendis indignabantur, per hoc, quos putabant deos, in ipsis cum exterminarentur videntes, illum, quem olim negabant se nosse, verum Deum agnoverunt: propter quod et finis condemnationis eorum venit super illos. * Tu autem Deus noster suavis et verus es, patiens, et in misericordia disponens omnia. Et enim si peccaverimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: et si non peccaverimus, scimus quoniam apud te sumus computati. et nosse enim te consummata iustitia est: et scire iustitiam et virtutem tuam, radix est immortalitatis.

℟. ex III. Noct. Dominico precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

l. de fide et opp. c. 22.

Vequaquam mens incauta fallatur, ut existimet Deum cognovisse, si cum fide vacua, hoc est, sine bonis operibus confitetur, more demonum: et ideo se iam non habitet ad vitam eternam ipse venturam. Hoc (enim) prodest, in Deum recta fide credere, eum colere, Deum nosse, ut et bene vivendi ille sit nobis auxilium; et si peccaverimus, ille indulgentiam mereamur: non in nobis, quo odit, perseverantes, sed ab eis recedentes, eique dicentes: Ego dixi, Domine miserere mei, sana animam meam, quoniam peccavi tibi; quod non haberent cui dicant, si non ne eum crederent; et frustra dicunt, ne eum tam longe ab illo sit, a gratia meritorum alieni sunt. Hinc illa verba sunt in libro sapientie, quo nescio quomodo intelligit pernitiosa securitas: et si peccaverimus, tui sumus; quoniam scilicet bonum et

magnum Dominum habemus, qui et
velit atque possit poenitentium peccata
sanare, non qui minime audeat permanentes in malignitate offendere. Denique
cum dixisset: tui sumus, addidit: sciendes
potentiam tuam: ubique potentiam, cui
se subtrahere neque audent occultare peccatores. Ideoque secutus adiunxit: non peccabimus autem, scientes quoniam tui sumus
deputati. Quis enim digne cogitans habitationem apud Deum, in qua omnes praedestinatione sunt deputati, qui se eumdem propositum vocatis sunt, non exitialiter vivere,
ut tali habitationi congruat?

Ad Vesperas Duplex.

Ad Magnif. Ant. Doctrinam sapientiae et disciplinae scripsit Jesus filius Sirach:
* beatus qui in istis versatur coelis; si
enim hoc fecerit, ad omnia valebit. Eccli. 20.

Oratio Sac. Gelas.

Custodi, Domine, quaesumus, Ecclesiam
tuam propitiatione perpetua: et quia
sine te labitur humana mortalitas, tuis
semper auxiliis et abstrahatur a noxiis,
et ad salutaria dirigatur. Per Dominum.

Dominica XIV. post Pentecosten.

Duplex maius. 12. Lect.

In I. Nocturno.

Lectio 1.

Incipit liber Ecclesiastici. cap. 1.
Omnis sapientia a Domino Deo est, et cum
illo fuit semper et est ante aevum. Arenam
maris, et pluvias guttas, et dies saeculi quis
dinumeravit? altitudinem coeli, et latitudinem terrae, et profundum abyssi quis

Dimensus est? Sapientiam Dei praceden-
tem omnia quis investigavit? Prior om-
nium creata est Sapientia, et intellectus
prudentiæ ab æuo. Fons Sapientiæ verbum
Dei in excelsis, et ingressus illius mandata
æterna. Radix Sapientiæ cui revelata est,
et astutias illius quis agnovit? Disciplina
Sapientiæ cui revelata est et manifestata?
et multiplicationem ingressus illius quis
intellexit?

℣. Sapientia ubi invenitur? et ubi est
fons intelligentiæ? ℟ ecce timor Domini
ipsa est Sapientia, et recedere a malo in-
telligentia. ℣. Quam magnus, qui inve-
nit Sapientiam et Scientiam! sed non est
super timentem Dominum. ℟ ecce. Job. 28.

Eccli. 25.

Lectio II.

Timor Domini delectabit cor, et dabit
lætitiam et gaudium, et longitudinem
dierum. Timenti Dominum bene erit
in extremis, et in die defunctionis suæ
benedicetur. Dilectio Dei honorabilis Sa-
pientia. quibus autem apparuerit in
fide diligunt eam in visione, et in agni-
tione magnalium suorum. Initium
Sapientiæ timor Domini, et cum fideli-
bus in vulva concreatus est: cum electis
hominis graditur, et cum iustis, et fide-
libus agnoscitur. Timor Domini scientiæ
religiositas. Religiositas custodiet et
iustificabit cor, et iucunditatem atque
gaudium dabit.

℣. Beatus homo, cui donatum est
habere timorem Dei: ℟ timor Dei initium
dilectionis eius, fidei autem initium

adglutinandum est ei. ℣. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem. ℟ Timor Dei. Eccli. 25. 1 Joan.

Lectio III.

Radix sapientiæ est timere Dominum, et rami illius longævi. In thesauris sapientiæ intelligibus, et scientiæ religiositas, execratio autem peccatoribus sapientia. Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non poterit justificari; iracundia enim animositatis illius, subversio illius est. Usque in tempus sustinebit patiens, et postea redditio incunditatis. Donec sensus usque in tempus absondet verba illius, et labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ: execratio autem peccatori cultura Dei.

℟. Quis est homo, qui timet Dominum? legem statuit ei in via, quam elegit: anima eius in bonis demorabitur: ℟ firmamentum est Dominus timentibus eum. ℣. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. ℟ firmamentum. Ps. 24. 2. Cor. 7.

Lectio IV.

Fili concupiscens sapientiam, conserva justitiam, et Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim et disciplina timor Domini: et quod bene placitum est illi, fides et mansuetudo, et adimplebit thesauros illius. Ne sis incredibilis timori Domini; et ne accedas ad illum duplici corde. Ne fueris hypócrita in conspectu hominum,

et non scandalizeris in labiis tuis. Attende
in illis, ne forte cadas, et adducas animo
tuæ inhonorationem; et revelet Deus ab-
consa tua, et in medio synagogæ elidat te:
quoniam anxisti maligne ad Dominum,
cor tuum plenum est dolo et fallacia.
℣. Justitiæ Domini recte lætificantes
corda: * timor Domini sanctus, permanens
in sæculum sæculi. ℣. Per misericordiam
et fidem purgantur peccata: per timorem
autem declinat omnis a malo. * timor.
℣. Gloria. * timor. Ecclus. 18. Prov. 15.

In 11. Nocturno.

Lectio V.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.
epist. 120. c. 4.

Justitia, quæ vivit in se ipsa, procul dubio
sua est, atque incommutabiliter vivit.
Quæ autem hoc cum sit in se ipsa vita, etiam
nobis fit vita, cum eius efficimur ullamque
participes: ita cum in se ipsa sit justitia, etiam
nobis fit justitia, cum ei cohærendo iusti vi-
vimus; et tanto magis minusve iusti su-
mus, quanto magis illi minusve cohæremus.
Unde scriptum est de unigenito Filio Dei, cum
de unique Patris sapientia atque iustitia,
ut semper in se ipso sit, quod factus sit nobis
Deo sapientia et iustitia. Est plane ille
noster Deus vera iustitia, vel ille verus
noster summa iustitia, quam profecto quæri
et sitire, ea nostra est in hac peregrinatione
iustitia.
℣. Sapientia filios suos vitam inspirat,
et suscipit inquirentes se, et præibit in
via iustitiæ: * qui tenuerint illam, vitam
hæreditabunt. ℣. Initium viæ bonæ facere

iustitiam: aucpta est autem apud Deum magis, quam immolare hostias. * qui. Luc. 4. Prov. 16.

Lectio VI.

Serm. 169. de verb. apost.

Amanda est iustitia, et in hac iustitia amanda gradus sunt proficientium. Prius est, ut amori iustitiæ non proponantur omnia quæ delectant. Ipse est primus gradus. quid est, quod dixi? ut inter omnia quæ delectant, plus te delectet ipsa iustitia: non ut alia non delectent, sed plus ipsa delectet. Delectant enim quodam naturaliter infirmitatem nostram, cibus potus delectant esurientes atque sitientes: ut nos delectat haec lux, quæ de cælo funditur sole exorto. Haec licita: sed delectant etiam illicita. Iustitia si delectet, ut vincat etiam licitas delectationes, et dei delectationi, qua licite delectaris, propone iustitiam. Mentem vestram delectet invisibilis, pulcra, casta, sancta, canora, dulcis iustitia, ut non ad eam timore cogimini. Si enim ad eam timore cogimini, nondum delectat.

℟. Spera in Domino et fac bonitatem: * Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui. ℣. Salus animæ in sanctitate iustitiæ: et non obsecramentum super cordis gaudium. * delectare. Ps. 36. Luc. 30.

Lectio VII.

Penare non debes, non timore pœnæ, sed amore iustitiæ. Quando penabatis, delectabamini in penatis vestris. Timor adducebat vos ad penandum, an suavitas

uati? Respondebitis, suavitas. ad peccatum suavitas adduxit, et ad iustitiam timor impingit? Probate vos, inspicite vos. Amate iustitiam, quomodo amastis iniquitatem. Digna est iustitia, que a vobis impetret, ut exhibeatis illi, quod exhibuistis iniquitati. appende iustitiam et iniquitatem. Tantum ne digna est iustitia, quantum digna fuit iniquitas? Si amanda est ista, quomodo amata est illa? absit ut sic; sed ut diuturnam vel sic! Ergo plus? plus omnino. In iniquitate secutus es voluptatem: pro iustitia tolera dolorem. Dum tibi dicitur: tu me vis? contemne quidquid aliud delectat, contemne prome.

Sapiens cor et intelligibile abstinebit se a peccatis: * et in operibus iustitie sue certus habebit. V°. Qui vult vitam diligere et dies videre bonos, declina a malo, et fac ut bonum. * et in. Exli. s. j. Ebr. s.

Lectio VIII.

Nec contempsisti, parum est, ut contemnas, quidquid te delectabat: contemne quidquid te terrebat, contemne carceres, contemne vincula, contemne equuleum, contemne tormenta, contemne mortem. Hoc vicisti, hoc invenisti. Invenimus forsitan aliquos, qui proponunt iustitie delectationem voluptatibus et delectationi corporis sui. Qui autem pro illa penas, dolores mortemque contemnat, putas est aliquis in vobis? Eadem cogitemus, quod profiteri non audemus. quid cogitamus? ubi cogitamus? Millia Martyrum adiacent oculis nostris, ipsi veri amatores perfectique iustitie. O mirare, ire, o sibi perire, o ad Deum pervenire! Sic armandus est amator invisibilis

pulchritudinis! Hoc quod loquor, magnum est, summum est, perfectum est, optimum est. Non habetis? petite et accipietis.

℟. Concupiscens sapientiam, serva iustitiam, et Deus probebit illam tibi: * Sapientia et disciplina timor Domini. ℣. In timore Dei sit tibi gloriatio, et in sensu sit tibi cogitatus Dei: et omnis enarratio ima in preceptis actissimi. * Sapientia. ℣. Gloria. * Sapientia. Euli. j. etc.

In III. Nocturno.

Lectio IX.

Incipit epistola catholica beati Jacobi apostoli. cap. j. 2.

Jacobus Dei et Domini nostri Jesu Christi servus, duodecim tribubus, que sunt in dispersione salutem. Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in conventum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida, introierit autem et pauper sordido habitu, et intendatis in eum, qui indutus est veste preclara, et dixeritis ei: tu sede hic bene; pauperi autem dicatis: tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum; nonne iudicatis apud vos metipsos, et facti estis iudices cogitationum iniquarum?

℟. Ne iudicaveris, et ne quæsieris, et ne scrutatus fueris; * Sed quæ precepit tibi Deus, illa cogita semper. ℣. Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum; sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. * Sed. Euli. d. Prov. 25.

Lectio X.

si legem perficitis regalem secundum
scripturas: diliges proximum tuum sicut
teipsum, bene facitis: si autem personas
accipitis, peccatum operamini, redarguti
a lege quasi transgressores. quicumque
autem totam legem servaverit, offendat
autem in uno, factus est omnium reus.
qui enim dixit: non moechaberis, dixit
et: non occides. quodsi non moechaberis,
occides autem, factus es transgressor legis.
sic loquimini, et sic facite, sicut per
legem libertatis incipientes iudicari.
iudicium enim sine misericordia illi,
qui non fecit misericordiam: superexal-
tat autem misericordia iudicium.

S. Homo homini reservat iram, et a
deo quaerit medelam? in hominem
similem sibi non habet misericordiam,
et de peccatis suis deprecatur? V. Si vos
non dimiseritis, nec pater vester, qui in
celis est, dimittet vobis peccata vestra.
in. Euli. 28. Mart. ii.

Lectio XI.

Quid proderit fratres mei, si fidem quis
dicat se habere, opera autem non habeat?
numquid poterit fides salvare eum? si
autem frater et soror nudi sint, et indi-
gent victu quotidiano, dicat autem aliquis
ex vobis illis: ite in pace, calefacimini et
saturamini, non dederitis autem eis,
quae necessaria sunt corpori, quid proderit?
sic et fides, si non habeat opera, mortua
est in semetipsa. Sed dicet quis: tu fidem
habes, et ego opera habeo; ostende mihi
fidem tuam sine operibus, et ego ostendam
tibi ex operibus fidem meam. Tu credis,
quoniam unus est Deus: bene facis:

dæmones crẽdunt, & contremiscunt. ℟. Bonum facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes: ✠ ergo dum tempus habemus, operemur bonum. ℣. Operamini opus vestrum ante tempus: & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo. ✠ ergo. Gal. 6. Euli. 5j.

Lectio XII.

Vis autem scire o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est? Abraham pater noster, nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides, quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est? & suppleta est Scriptura dicens: credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. Videtis, quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum? Similiter & Rahab meretrix nonne ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios, & alia via eiiciens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.

℟. pro Dominica. Seraphim clamabant alter ad alterum: ✠ Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: ✠ plena est omnis terra gloria eius. ℣. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. ✠ Sanctus. ℣. gloria. ✠ plena. Ff. 6. j. Joan. 5.

℟. Infra hebdomadam. Dii nolite timere dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra: respicite nationes hominum, & videte: ✠ quia nullus speravit in Domino, & confusus est. ℣. accedite ad eum & illuminamini, & vestra non confundentur. ✠ quia. ℣. gloria. ✠ quia. Euli. 2. Ps. 33.

℣. ℟.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 6.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, et alterum diliget; aut unum sustinebit, et alterum contemnet. Non potestis Deo servire et mammóne. Ideo dico vobis: ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: et Pater vester cœlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? quis autem vestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum? Et de vestimento quid solliciti estis? considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis: quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hodie est, et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit; quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, et justitiam ejus: et hæc omnia adjicientur vobis.

℣. Benedicamus. Nolite solliciti esse dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? ✠ Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Matth. 6.

Ad Magnif. ant. Quærite primum regnum Dei, & justitiam ejus: & hæc omnia adjicientur vobis. Matth. 6.

Feria II.

Lectio I.

De libro Ecclesiastici. cap. 2.

Fili accedens ad servitutem Dei, sta in justitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum, & sustine: inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus: & ne festines in tempore obductionis. Sustine sustentationes Dei: conjungere Deo & sustine, ut crescat in novissimo vita tua. * Omne, quod tibi applicitum fuerit accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum, & argentum: homines vero receptibiles in camino humiliationis. Crede Deo, & recuperabitur tibi: & dirige viam tuam, & spera in illum. Conserva timorem illius, & in illo veterascere. Qui timetis Dominum sustinete misericordiam ejus, & non declinatis abeo, ne cadatis. Qui timetis Dominum, credite illi, & non evacuabitur merces vestra. Qui timetis Dominum, sperate in illum, & in oblectationem veniet vobis misericordia. Quis permansit in mandatis ejus, & derelictus est? aut quis invocavit eum, & despexit illum? quoniam pius & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata: & protector est omnibus exquirentibus se in veritate. Væ duplici corde & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis. * Væ dispersis corde, qui non credunt Deo, & ideo non protegentur abeo. Væ his, qui perdiderunt

ustinentiam, et qui dereliquerunt vias
rectas, et diverterunt in vias pravas. Et
quid facient, cum inspicere coperit Dominus?
Timent Dominum, custodiunt mandata
illius, et patientiam habebunt usque ad
inspectionem illius, dicentes: si poenitentiam non egerimus, incidemus in manus
Domini, et non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem ipsius, sic
et misericordia illius cum ipso est.
R. R. ex I. Noct. Dominicae precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
Tract. 7. in Joan.

Murus est Deus adversus omnes impetus,
et adversus omnes insidias inimici.
Volebat irrumpere: nec tentat (diabolus),
nisi permissus fuerit: constat illum
nihil facere, nisi permissus fuerit aut
ipsus. Mittitur tamquam angelus
malus a potestate dominante: permittitur, quando aliquid petit. Et hoc, fratres non fit, nisi ut probentur iusti, puniantur iniusti. Quid ergo times? amicula in Domino Deo tuo: certus esto,
quod te non vult pati, non pateris: quod
permiserit pati, flagellum corrigentis
est, non poena damnantis. Adhaereditatem sempiternam erudimur, et flagelli dedignamur? Hanc possidebimus,
et erudiri non debemus? Sufferamus
ergo eruditionem patris. Novit Deus,
quid nobis expediat: id agamus tantum,
ut cor nostrum sanum sit a pendentis:
quando forte flagellamur in corpore,
ipsum deprecemur. Rogavit eum Paulus, ut auferret ab eo stimulum carnis, et noluit auferre. Quum quid

perturbatus es, et numquid contristatus dixit se desertum? Magis se dixit non desertum, quia non ablatum est, quod volebat auferri, ut illa infirmitas sanaretur. Hoc enim invenit in voce medici, sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. Unde ergo scis, quod non vult te sanare Deus? adhuc expedit tibi flagellari. Unde scis, quia putre est, quod secat medicus, agens ferrum per putria? et nonne novit modum, quid faciat, quousque faciat? crudelis, qui non audit clamantem, an potius misericors, qui vulnus persequitur, ut sanet egrotum? Hoc fratres mei, ideo dixi, ne quis quærat aliquid præter auxilium Dei.

Feria III.

Lectio 1.

De libro Ecclesiastici. cap. 3.

Fili in mansuetudine opera tua perfice, et super hominum gloriam diligeris. quanto magnus es, humiliate in omnibus, et coram Deo invenies gratiam: quoniam magna potentia Dei solius, et ab humilibus honoratur. altiora te ne quæsieris, et fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. ✠ In superfluis rebus noli scrutari multipliciter, et in pluribus operibus eius non eris curiosus. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos quoque supplantavit suspitio illorum. Cor durum habebit male in novissimo: et qui amat periculum in illo peribit. Cor ingrediens duas vias non habebit successus, et pravus corde in illis scandali habebitur. Cor nequam gravabitur

in doloribus, et penabar adhuc et penan-
dum. Synagoga superborum non erit sani-
tas: frutex enim penalis radicabitur in illis,
et non intelligetur. Cor sapientis intelli-
gibitur in sapientia, et auris bona audietum
omni concupiscentia sapientiam. Sapiens
cor et intelligibile abstinebit se a penalis:
et in operibus justitiæ suscipus habebit.
Ignem ardentem extinguit aqua, et elee-
mosyna resistit penalis: et Deus prospector
est eius, qui reddit gratiam: meminit eius
in posterum, et in tempore casus sui inve-
niet firmamentum.

℟. ex II. Noct. Dominicæ precedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

Hom. 34. in Genes.

Nunquam super proximum exhollamur,
nunquam de nobis sublimia sentiamus:
sed modestia confricui cedamus aliis, et
inferiores haberi conemur tam verbis quam
operibus: nec unquam eis, qui nobis inju-
riam intulerunt, adversemur, etiamsi
multis nostris affecti fuerint beneficiis;
hæc est enim optima philosophia. Neque
contumelia affecti feroces simus, etiamsi
inferiores nobis sint ii qui nobis cum con-
tendunt: sed mansuetudine et lenitate iram
comprimamus. Nihil enim illa potentius,
nihil illa fortius. Illa animam nostram
in perpetua tranquillitate et quasi in porta
constituit, et omnis recreationis ac quie-
tis occasio nobis est. Ea propter et Christus
divina illa docens dicebat: discite a me, quia
mitis sum et humilis corde: et invenietis
requiem animabus vestris. Nihil enim
animam ita in tranquillitate et quiete
constituit, ut mansuetudo et modestia.
Hoc igitur observemus, ut ante omnia nobis sit

cura, quo modo animam a turbulentia vindicemus, et in tranquillum statum educamus, atque ab omni liberemur amaritudine, quo et ipsi multa fruamur quiete, aliis, qui familiaritatem nobiscum habent, simus blandi. Hoc enim certissimum signum, quo internoscatur ira ratione prædictus, si mansuetus fuerit, si clarus, si mitis, si modestus et quietus, si non quasi servus ducatur et trahatur aut ab ira, aut ab aliis affectionibus: sed ratione vincat internos illos incompositos motus, nobilitatemque suam servet, ne in brutorum ferociam negligentia degeneret.

Feria IV.

Lectio I.

De libro Ecclesiastici. cap. 5.

Noli attendere ad possessiones iniquas et ne dixeris: est mihi sufficiens vita; nihil enim proderit in tempore vindictæ et obductionis. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui. Et ne dixeris: quomodo potui? aut quis me subiicit propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. * Ne dixeris: peccavi, et quid mihi accidit triste? altissimus enim est patiens redditor. De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adiicias peccatum super peccatum. Et ne dicas: miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim et ira ab illo cito proximant, et in peccatores respicit ira illius. Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictæ disperdet te. ℣. Non ambules te in omnem ventum, et non eas in omnem viam: sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Esto firmus in via Domini, et in

veritate sensus tui & scientia, & prosequatur
de verbum pacis & iustitiæ. Esto mansue-
tus ad audiendum verbum, ut intelligas:
& cum sapientia proferas responsum ve-
rum. & Si est tibi intellectus, responde
proximo: sin autem, sit manus tua super
os tuum, ne capiaris in verbo indisci-
plinato, & confundaris. Honor & gloria in
sermone sensati, lingua vero imprudentis
subversio est ipsius. Non appelleris susurro,
& lingua tua ne capiaris & confundaris.
Super furem enim est confusio & pœnitentia,
& denotatio pessima super bilinguem:
susurratori autem odium, & inimicitiæ
& contumeliæ. Justifica pusillum & mag-
num similiter.

Resp. ex III. Noct. Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
Enarrat. in psal. LIIII.

Vides desperatio timenda est in peccatis.
Audi vocem desperantis ad augenda peccata,
& audi vocem sperantis ad augenda peccata,
& quomodo utrique voci occurrit providentia
& misericordia Dei. Audi vocem desperantis:
jam, inquit, damnandus sum, quare non
facio quid quid volo? Audi & vocem sperantis:
misericordia Domini magna est, quando me
convertero, dimittet mihi omnia: quare
non facio quid quid volo? Desperat ut peccet:
sperat ut peccet. Utrumque metuendum,
utrumque periculosum est: vox a despera-
tione, vox a perversa spe. utrique huic pe-
riculo & utrique malo quo modo occurrit
misericordia Dei? Quid dicis tu, qui despe-
rando volebas peccare? Jam damnandus
sum, quare non facio quid quid volo? audi
scripturam: nolo mortem impii, quantum
ad reversionem & vitam. Hac voce Dei redu-
citur ad spem. Sed timendus est alius

laqueus, ne ipsa spe amplius peccet. Quid ergo et tu dicebas, quia spe magis penas? quando me convertero, omnia mihi Deus dimittet, faciam quidquid volo. Audi et tu scripturam: ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, et in tempore vindicte disperdet te. Noli ergo dicere: eras me convertam, eras Deo placebo, et omnia hodierna et hesterna dimittuntur mihi. Verum quidem dicis, quia Deus conversioni tue indulgentiam promisit: sed dilationi tue diem crastinum non promisit.

Feria V.

Lectio I.

De libro Ecclesiastici. cap. 7.

Noli facere mala, et non te apprehendent. Discede ab iniquo, et deficient mala abs te. Fili non semines mala in sulcis iniustitie, et non metes ea in septuplum. Non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est: et penes regem noli velle videri sapiens. Non pecces in multitudinem civitatis, nec te immiscas in populum, neque alliges duplicia peccata, nec enim in uno eris immunis. ✝ Noli esse pusillanimis in animo tuo: exorare, et facere eleemosynam ne despicias. Ne dicas: in multitudine ~~animo~~ munerum meorum respiciet Deus, et offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet. Non irrideas hominem in amaritudine animo: est enim qui humiliat et exaltat, circumspector Deus. Noli ararare mendacium adversus fratrem tuum, neque in amicum similiter facias. ℣. Memento ire, quoniam non tardabit. Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impii, ignis et vermis. ℣. In toto corde tuo honora patrem tuum, et gemitus matris tue ne obliviscaris. Memento quoniam nisi

ver illos natus non fuisses: et tribue illis,
quomodo et illi tibi. In tota anima tua time
Dominum, et sacerdotes illius sanctifica.
In omni virtute tua dilige eum, qui te fe-
cit, et ministros eius ne derelinquas. * Bo-
neri porrige manum tuam, ut perficia-
tur propitiatio et benedictio tua. Gratia
dati in conspectu omnis viventis, et mor-
tuo non prohibeas gratiam. Non desis plo-
rantibus in consolatione, et cum lugenti-
bus ambula. Non te pigeat visitare in-
firmum: ex his enim in dilectione firma-
beris. In omnibus operibus tuis memorare
novissima tua, et in aeternum non peccabis.
℣. Ex I. Noct. Dominico præcedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. 32. de diverf.

Novissima sunt mors, iudicium, gehenna.
Quid horribilius morte? quid ~~terribilius~~ iu-
dicio terribilius? nam gehenna nihil potest
intolerabilius cogitari. Quid metuet, si quis
ista non trepidat, non expavescit, non timore
mentitur? Homo, si pudorem perdideras ad
mobilem creaturam pertinentem: si dolorem
non sentiebas afflictionis, quod est etiam ca-
lamitum: vel timorem non omittas, quoniam
ne est etiam iumentorum. Oneramus
asinum, et fatigamus in laboribus pluri-
bus, et non curat, quia asinus est. Si in
foveam impellere, si in foveam præcipitare
velis, cavet quantum potest, quia vitam di-
git, et mortem timet. An non tibi ergo
stulti videtur, ut qui modo iumentis in-
sensibilior fueris, post iumenta quoque ipsa
compellatur abire, et in tormentis positus
cum iumento posteriorem? Time ergo homo,
quod in morte separandus es a bonis omni-
bus huius corporis, et tam dulce carnis et
tam vinculum amarissimo secandum

est divortio. Times quod in terribili iudicio
ei presentandus es, in cuius manus horrendum
est incidere? Deo examinante, quem te nihil
latet, siquidem inventa fuerint in te iniqui-
tas, alienandus ab universitate quietis
et gloriæ, et segregandus a numero beatorum.
Time, quod in gehenna cruciabilibus æternis
et immensis exponendus es, ni forte diaboli
et angelorum eius, in igne æterno, qui para-
tus est esse. Hui ergo timor initium sapien-
tiæ dicitur, non pudor, non dolor, quia nem-
per eorum sic initia ad sapientiam, nescio
tantam habet efficaciam.

Feria VI.

Lectio 1.

De libro Ecclesiastici. cap. 10.

Omnis miseriæ proximi ne memineris, et
nihil agas in operibus miseriæ. Odibilis coram
Deo est et hominibus superbia, et execrabilis
omnis iniquitas gentium. Initium ~~sapien-~~
superbiæ hominis, apostatare a Deo: quo-
niam ab eo, qui fecit illum, recessit cor eius:
quoniam initium omnis peccati est superbia; qui tenuerit illam, adimplebitur
maledictis, et subvertet eum in finem. *
Propterea exhonoravit Dominus conventus
malorum, et destruxit eos usque in finem.
Sedes ducum superborum destruxit Deus, et
sedere fecit mites pro eis. Radices gentium
superbarum arescit Deus, et plantavit hu-
miles ex ipsis gentibus. Terras gentium
everlit Dominus, et perdidit eas usque ad
fundamentum. Arescit ex ipsis, et disperdit
eos, et cessare fecit memoriam eorum a terra.
Memoriam superborum perdidit Deus, et reli-
quit memoriam humilium sensu. ℣. Non
est creata hominibus superbia: neque ira
cunvia nationi mulierum. Semen hominum
honorabitur hoc, quod timet Deum: semen
autem hoc exhonorabitur, quod præterit

mandata Domini. In medio fratrum rectorum in honore: et qui timent Dominum, erunt in oculis illius. Gloria divitum, honoratorum et pauperum, timor Dei est. Noli despicere hominem iustum pauperem, et noli magnificare virum peccatorem divitem. Magnus, et iudex, et potens est in honore: et non est maior ille, qui timet Deum. *Servo sensato liberi servient: et vir prudens et disciplinatus non murmurabit correptus, et insipiens non honorabitur. Noli extollere te in faciendo opere tuo, et noli cunctari in tempore angustiae. Melior est qui operatur et abundat in omnibus, quam qui gloriatur, et eget pane. Fili in mansuetudine serva animam tuam, et da illi honorem secundum meritum suum. Peccantem in animam suam quis iustificabit? et quis honorificabit exhonorantem animam suam?

R. ex II. Noct. Dominica praecedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Enarr. 2. in ps. 18.

Delictum magnum arbitror esse superbiam. Quaeritis quam magnum sit hoc delictum, quod deiecit angelum, quod ex angelo fecit diabolum, eique in aeternum interclusit regnum coelorum? Magnum hoc delictum est, et causa atque causa omnium delictorum. Scriptum est enim: initium peccati omnis superbia. Ne quasi leve aliquid contemnas: initium, inquit, superbiae hominis apostatare a deo. Non leve malum est hoc vitium, fratres mei! Haec vitia in his personis, quas videtis amplas, displicet humilitas christiana. Propter hoc vitium dedignantur colla subdere iugo Christi, obligati arctius ingo peccati. Et omnino servire non eis contingeret: nam nolunt servire, sed eis expedit servire. Volendo

Servire nihil aliud aguntᵗ, quam ut bono Domino non serviantᵗ, non ut omnino non serviantᵗ: quia qui noluerit servire charitati, necesse est ut serviat iniquitati. Ab hoc vitio, quod est caput omnium vitiorum, quia inde cætera vitia nata sunt, facta est apostasia a Deo, cunctæ animæ in tenebras, et male uti libero arbitrio, pœnalis etiam cæteris consecutis: ut et substantiam suam dissiparet vivens prodige, et pergestatem fieret pastor porcorum, qui erat socius angelorum. Propter hoc vitium, propter hoc magnum superbiæ pœnarum, Deus humilis venit. Hoc causa hoc pœnarum magnum, iste ingens morbus animarum omnipotentem medicum de cœlo deduxit, usque ad formam servi humiliavit, contumelias egit, ligno suspendit: ut per salutem sanctæ medicinæ curetur hui tumor. Jam tandem erubescat homo esse superbus, propter quem factus est humilis Deus.

Sabbato.

Lectio 1.

De libro Ecclesiastici. cap. 13.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, et qui communicaverit superbo, induet superbiam. Pondus super se tollet, qui honestiori se communicat. Et ditiori te ne socies feceris. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim se contigerint, confringetur. Dives iniuste egit, et fremet: pauper autem læsus tacebit. ✠ Humiliare Deo, et exspecta manus eius. Abstende ne seductus in stultitiam humilieris. Advocatus a potentiore discede: ex hoc enim magis te advocabit. Ne improbus fis, ne impingaris: et ne longe fis ab eo, ne eas in oblivionem. Ne retineas ex æquo loqui cum ipso: ne credas multis verbis illius; ex multa enim loquela tentabit te, et subridens interrogabit te de abscondito tuo. ℣. Cave tibi et

ttende diligenter ad tui ipsius: quoniam cum
obuersione tua ambulas. Audiens vero illa
quasi insomnis vide, et vigilabis. Omni vita
tua dilige Deum, et invoca illum in salute
tua. Omne animal diligit simile sibi: sic et
omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad
similem sibi coniungetur, et omnis homo
simili sui sociabitur. * Si communicabis
corpus agno alignando, fit peccator iustus. quo
communicatio fando homini ad canem?
aut quo pars dividi ad pauperem? Bona est
substantia, cui non est peccatum in conscientia.
At nequissima paupertas in ore impii. cor
hominis immutat faciem illius sive in
bona sive in mala. Vestigium cordis boni
et faciem bonam difficile invenies et cum
labore.

℣. ℟. ex III. Noct. Dominico procedentis.

Lectio II.

Sermo sancti Gregorii Papæ.
hom. 9. in Ezech.

Mali, quia ipsi vel cœlestis regni præmia
vel gehennæ ese supplicia non credunt, in
suis pravitatibus dimissi, a fide et opere etiam
alios subvertunt, ut regnum, quod ipsi appe-
tere non volunt, nec alter adsequatur. Hinam-
que cum teneriores quosdam bona incipere,
mala iam devitare cognoverint, modo irri-
dendo quod in cœlis promittitur, modo despi-
ciendo, quod Deus omnipotens de inferni sup-
pliciis minatur, modo laudando bona tem-
poralia, et delectationes præsentis sæculi al-
ida persuasione polliendo, deflectunt mentes
innocentium, eorumque itinera perver-
tunt. Gaudent, si quos potuerint a vita revo-
care, ad mortem trahere: lætantur in
pravitatibus suis, exultant et in alienis.
Propter quod (ergo) vitari societas debet malorum,
ne si forte corrigi non valent, ad imitatio-
nem trahunt: et cum ipsi a sua malitia

non mutantur, eos, qui sibi coniuncti fuerint, perverdunt. Sicut ergo perfecti viri perversos proximos non debent fugere, quia et eos sape ad rectitudinem trahunt, et ipsi ad perversitatem numquam trahuntur: ita infirmi quique societatem declinare debent pravorum, ne mala, que frequenter aspiciunt, et corrigere non valent, delectentur imitari. Sicenim verba proximorum audiendo quotidie sumimus in mente, sicut flando atque respirando aerem trahimus corpore. Et sicut malus aer aspidis flatu tractus inficit corpus, ita perversa locutio aspidis audita, infirmantium inficit animum, ut labescat delectatione pravi operis, et aspidis iniquitate sermonis.

Explicit Pars estivalis
de Tempore.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Proprium de Sanctis.

Pars æstivalis.

Festa Maii

Die XIV.

S. Pachomii Abbatis.

Commemoratio.

De communi abbatum.

Oratio.

Deus, qui per beatum Pachomium apostolicam vivendi formam in Ecclesia tua restaurare, & cœnobitico vitæ genus exordiri voluisti: concede quæsumus; ut eius vestigiis insistentes tibi fideliter deservire, atque æterna inde præmia consequi mereamur. Per Dominum.

Die XVI.

S. Joannis Nepomuceni Martyris.

Duplex majus. 12. lect.

Qui transfertur post festum SS. Trinitatis.

AD I. Vesperas.

Antiphonæ ex Matutinis.

Lectio Ecli. 21.

Labia imprudentium stulta narrabunt: sapientum prudentium statera ponderabuntur: cor ipsorum in ore fatuorum: & in corde sapientium os illorum.

℣. Bone Domine * custodiam ori meo:

℟. Ostium circumstantiæ labiis meis. Ps. 140.

Hymnus. Ex quo. de communi.

℣. Posui ori meo custodiam:

℟. Cum consisteret peccator adversum me. Ps. 38.

Ad Magnif. ant. Sedi ei timorem, & timuit me: * veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inventa in labiis eius. Mich. 2.

Oratio Miss. Rom.

Deus, qui ob invidiam beati Joannis sacramentale silentium nova Ecclesiam tuam martyrii

corona decorasti: da nobis eius intercessione et exemplo linguam caute custodire, ac omnia potius mala, quam animo detrimentum in hoc seculo tolerare. Per Dominum.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Dominum, cuius est gubernare linguam, ✠ venite adoremus. Prov. 16.

Hymnus: Felix. ubi et antiphona nocturnorum de communi.

In I. Nocturno.

℣. Concaluit cor meum intra me:
℟. Et in meditatione mea exardescet ignis. Ps. 38.

Lectiones quatuor cum suis ℣℟. de die currente.

In II. Nocturno.

℣. Annuntiavi iustitiam tuam Domine:
℟. Veritatem tuam, et salutare tuum dixi. Ps. 39.

Lectio V.

Ex bulla canonizationis Benedicti XIII. a. 1728.

Joannes Nepomuci Bohemiæ oppido ortus, egregia avere christiana indole probe exculta statim eluxit. Adultior humanioribus litteris, dein gravioribus disciplinis, quo iuvenem Dei obsequiis destinatum præcipue decerent, sedulo institutus, ecclesiastico militiæ nomen dedit. Postea in æde Bracarensi verbi Dei prædicandi munus suscepit eoquidem cum fructu, ut universis doctrinam eius virtutemque admirantibus inter metropolitanos Bracarenses ecclesiæ canonicos una omnium voce sit adscriptus. Ubi coram Wenceslao Rege, cognomine Nigro, suscepta concionandi provincia, pœnitentiam contra scelera, aulæ licentiam, corruptosque hominum mores complurimos annos præclare strenueque verbo et exemplo prædicavit: rege sane eius eloquentia victo, multa bona Viri Dei suasu faciente.
℟. Os prudentis quæritur in ecclesia, et

verba illius cogitabunt in cordibus suis: ✠
facens offensas honorabitur. V. Meditabat
rex Joannem, sciens eum virum iustum et
sanctum: et audito eo multa faciebat. ✠ facens.
Eccli. 23. Marc. 6.

Lectio VI.

Oblatos sibi a rege honores amplissimos, luxu
animarum unice intentus, renuens, a Joanna
regina summus eleemosynarius et conscientiæ
arbiter constitutus est: quo doctrina sancti
viri imbuta, ac coniuge in flagitiorum a-
sylum ruente, sceleribus eius offensa, mi
seo totam se dare constituit. Saepius igitur
conscientiæ tribunal adire frequentius,
conscientiam cum lacrymis aperire, afflictare
se, Deumque assidue rogare coepit, ut meliorem
regi mentem inderet. Sed ille crimina cri-
minibus addens, pusque optimo regino
officiis in furorem actus, ea delapsus est,
a quo illa in sacramentali confessione sa-
cerdoti atque uni Deo aperiret, a Joanne
sibi pati fieri nefario ausu contenderet: id
quod magnis pollicitationibus abeo extor-
quere semel iterumque adlaboravit. At
illa frustra esse perspexit, constantissimum
unc sigilli sacramentalis custodem contu-
melias affectum carceri et vinculis manci-
pavit, inde non educendum minitabus, nisi
regina confessiones sibi aperiret.
✠. Ne credas multis verbis potentiorem, ex mul-
torum loquela sapientiorem te: ✠ et subridens
interrogabit te de absconditis tuis. V. Ne glo-
riosus appareas coram rege, et secretum ne
quæras. ✠ subridens. Eccli. 13. Prov. 25.

Lectio VII.

Ad Joannis constantiam in vinculis primum,
postea in convivio Wenceslaus frustra cum
in aula, et castello in posthum tormentis et

facibus ad altera admotis, ut sereum prodere, torqueri imperat: quo in agone inviolatus Christi pugil nihil prorsus, nisi suavissima Jesu et Mariæ nomina ingeminans, vitam mortemque suam Domino commendabat. E carcere dimissus, supremumque agonem sibi instare prænoscens, Boleslaviam profectus est, antiquam Deiparæ imaginem venerabundus, cujus præsidium ardentissimis precibus efflagitavit. Inde Bragam reversus in pervigilio Dominicæ ascensionis reducem e fenestra rex conspicatus adse accersit, mortem proximam interminatus, nisi arcanas reginæ confessiones absque mora exponat.

℟. Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana, * qui fidelis est animi, celat amici commissum. ℣. Intuetur a fenestra respiciat, vir autem eruditus foris stabit. * qui. Prov. 11. Eccli. 27.

Lectio VIII.

Ast fortissimus Dei miles intrepide reluctatus impium facinus, quod ei perpetrabatur, non voce sed capitis vultusque gravitate aversatus est. Mox jussu regio a satellitibus comprehensus alio clam deportatur, noctuque manibus vinctus ac pedibus ad pontem Moldavæ, Bragam præterfluentis deductus in flumen subjectum præcipitatur. Eodem ejus cœlestia statim miracula prodiderunt, totus enim fluvius continuo flammis reluxit, et Martyris corpus secundo flumine quasi facibus undique circumdescendens, effusam ad spectaculum civitatem attraxit. Postero die repertum sanum ejus corpus, ac patefacta rei causa, ad primam sedem Sanctæ crucis, subinde ad metropolitanam basilicam delatum est: ubi ægros quam plurimos sanitatum exuviarum contactu

lanatos vetera monumenta copiose testan-
tur. Toto autem corpore in cineres resoluto,
lingua sigilli sacramentalis custos inex-
pugnabilis, flexilis et vivida post annos
trecentos reperta est. quare anno supra mil-
lesimum septingentesimum vigesimo nono
Benedictus tertius decimus primum hunc
confessionis sigilli aperturem Sanctorum
actis adscripsit.

℣. Beatus vir, qui sustinet tentationem: ℟
quoniam cum probatus fuerit, accipiet
coronam vitæ. ℣. Beatus, qui lingua sua
non est lapsus, et qui non servivit indignis se.
℟ quoniam. ℣. gloria. ℟ quoniam. Jac. j. Euli. 25.

In III. Nocturno.

Ant. Confitebor nomini tuo Domine: quo-
niam liberasti me a laqueo linguæ iniquæ, ℟
et a labiis operantium mendacium. Euli. 35.

Cantica de uno Martyre.

℣. Domine libera animam meam a labiis iniquis:
℟. Et a lingua dolosa. Ps. 119.

Lectio IX.

De epistola catholica beati Jacobi apostoli.

cap. j.

Sit omnis homo velox ad audiendum, tar-
dus autem ad loquendum, et tardus ad iram;
ira enim viri justitiam Dei non operatur.
Propter quod abicientes omnem immun-
ditiam et abundantiam malitiæ, in man-
suetudine suscipite insitum verbum,
quod potest salvare animas vestras. Estote
autem factores verbi, et non auditores
tantum, fallentes vosmetipsos. Quia si quis
auditor est verbi, et non factor, hic compa-
rabitur viro consideranti vultum nativi-
tatis suæ in speculo: consideravit enim se, et
abiit, et statim oblitus est, qualis fuerit.

℟. Quis dabit ori meo custodiam, et super de labia mea signaculum certum: ℣. ut non C cadam ab ipsis, et lingua mea perdat me? ℟. Bone Domine custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ labiis meis. ℣. ut. Euli. 22. Bf. 140.

Lectio X.

Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, et permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem hoc est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc seculo.

℟. Doctrinam oris audite filii: ℣. qui custodierit illam, non peribit labiis, nec scandalizabitur in operibus nequissimis. ℟. Ex verbis tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis. ℣. qui. Euli. 23. Matth. 12.

Lectio XI. cap. 3.

Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir: potest etiam frenos circumducere omne corpus. Si autem equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis, et omne corpus illorum circumferimus. Ecce et naves, cum magnæ sint, et a ventis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis voluerit. Ita et lingua modicum quidem membrum, et magna exaltat. Ecce quantus ignis quam magnam silvam incendit! et lingua ignis est, universitas iniquitatis.

℟. Lingua multos commovit, et dissipavit populos de gente in gentem: * flagelli plaga livorem facit, plaga autem linguæ comminuit ossa. ℣. Multi ceciderunt in ore gladii; sed non sic, quasi qui interierunt per linguam suam. * flagelli. Eccli. 28.

Lectio XII.

Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, et inflammat rotam nativitatis nostræ, inflammata a gehenna. Omnis enim natura bestiarum, et volucrum, et serpentium, et ceterorum domantur, et domita sunt a natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum et Patrem: et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio.

℣. Vena vitæ os iusti, et in labiis sapientis invenitur sapientia: * qui moderatur labia sua, prudentissimus est. ℣. Beatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo. * qui. ℣. Gloria. * qui. Prov. 10. Eccli. 14.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 12.

In illo tempore: Dixit Jesus Pharisæis: omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Aut facite arborem bonam, et fructum eius bonum: aut facite arborem malam, et fructum eius malum: de fructu enim arbor agnoscitur. Proge-

mes viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona: et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis: quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Ex verbis enim tuis iustificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis.

Ad Laudes Matutinas et horas antiphona.

1. Interrogabat eum rex multis sermonibus, * at ipse nihil illi respondebat. Luc. 23.
2. Dixit rex: ne abscondas a me verbum, quod te interrogo: * dixi: secretum meum mihi, secretum meum mihi. 2. Reg. 14. Gf. 24.
3. Non obedio precepto regis, sed precepto legis, * quod data est nobis. 2. Mach. 7.
4. Sacramentum regis abscondere bonum est; * opera autem Dei revelare honorificum est. Tob. 12.
5. ad Laudes. Aque multe non potuerunt extinguere charitatem, * nec flumina obruent illam. Cant. 8.

Lectio Euli. 51.

Confitebor tibi Domine Rex, et collaudabo te Deum Salvatorem meum: quia liberasti me a lingua coinquinata, et a verbo mendacii, a rege iniquo et a lingua iniusta: laudabit usque ad mortem anima mea Dominum.

℟. br. Lingua mea * meditabitur iustitiam tuam:
℣. Tota die laudem tuam. Gf. 34.

Hymnus brev. Constant.

1. Iam face lictor ferat, et minantem
Iam ferox ensem, rabidumque torvis

Vinculis ferrum: * sacra in Sacerdos
abdita pandat.

2. Sentiet vires, animoque magno
Prodigum pectus: * violentus ira
Non quatit recti solida tenacem
Mente satelles.

3. En ruit præceps, tumulatus unda
Martyr: * et fluctu placido fluentem
Naufragus linguam melioris ovi
Servat inemptum.

4. At superjecto facili natantes
Amne discurrunt, rutilantque circa
Martyrem flamma: * bene gesta plaudens
Ornat olympus.

5. Ornat, et linguam rosei instar ignis
Vividam servans, et adhuc rubentem, *
Judicat, quonam fuerit sacentis
Gratia linguæ.

6. Sit Deus Patri, genitoque Proli,
Spiritum laudent, ab utroque puris
Qui calet flammis: * jnie finie psallens
Orbis uterque. amen.

℣. Lingua mea tota die meditabitur
justitiam tuam:
℟. Cum confusi et reveriti fuerint, qui
quærunt mala mihi. Ps. 70.

℣. Bened. ant. Dedit mihi Dominus lin-
guam mercedem meam; * et in ipsa lau-
dabo eum. Euli. 51.

Oratio ex I. Vesperis.

Ad Tertiam. Lectio Prov. 11.

Simulator ore decipit amicum suum; justi
autem liberabuntur scientia: vir prudens
celabit, et qui fidelis est animi, celat amici
commissum.

℣. Dixi: custodiam vias meas:
℟. Ut non delinquam in lingua mea. Ps. 38.

Ad Sextam. Lectio Prov. 15.

Letatur homo in sententia oris sui, et sermo opportunus est optimus: semita vitæ super eruditum, ut declinet de inferno novissimo, et purus sermo pulcherrimus firmabitur abeo: mens iusti meditabitur obedientiam.
℣. Os iusti meditabitur sapientiam:
℟. Et lingua eius loquetur iudicium. Ps. 36.

Ad Nonam. Lectio Eccli. 42.

Non duplices sermonem audibis de revelatione sermonis absconditi, et eris vere sine confusione, et invenies gratiam in conspectu omnium hominum.
℣. Prohibe linguam tuam a malo:
℟. Et labia tua ne loquantur dolum. Ps. 33.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Ezech. 24.

In die illa aperietur os tuum, et loquéris, et non silebis ultra, eris que eis in portentum: dicit Dominus.
℟. br. Os meum Domine, et loquetur sapientiam:
℣. Et meditatio cordis mei prudentiam. Ps. 42.

Hymnus ex Matutinis.

℣. Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum:
℟. Et non confundebar. Ps. 118.

Ad Magnificat ant. In conspectu principum admirabilis ero, et sapies principum mirabuntur me: et tacentem me sustinebunt, et loquentem me respicient. Sap. 8.

Die XIX. Maii.

S. Petri Cœlestini Papæ.

Duplex o. cat.

Omnia de communi Pontificum.

Oratio Nisp. Rom.

Deus, qui beatum Petrum Cælestinum ad summi pontificatus apicem sublimasti, quique illum humilitati postponere docuisti: concede propitius, ut eius exemplo cuncta mundi despicere, et ad promissa humilibus præmia pervenire feliciter mereamur. Per Dominum.

Lectio III. De Vita.

Cælestinus quintus, Petrus de Murone ante pontificatum appellatus, pius parentibus ex Apulia oriundus, a teneris annis deserta petiit. Tanta fuit eius vitæ asperitas, ut dies ferè noctesque animum orationibus, et legendo psalterio intenderet, ac ieiuniis, labore manuum, et cilicio, adhibita etiam catena ferrea domaret. Cumque multitudo tanta incolarum fama permoti confluerent, congregationem Cælestinorum postea nuncupatam, sub regula sancti Benedicti, additis etiam statutis arduioribus, instituit. Post mortem Nicolai quarti, cum sedes apostolica biennio amplius vacasset, Pontifex electus, et inauguratus est: cui dignitati se imparem existimans, evolutis sex circiter mensibus, eam libro abdicavit, ut rerum divinarum contemplationi liberius vacaret. Cumque eum in finem deserta repeteret, detentus est in urbe Aquilana, ubi patientiæ coronam senio confectus felici morte promeruit, anno ætatis octogesimo quarto, Christi vero millesimo ducentesimo nonagesimo octavo: quem miraculis coruscantem Clemens inter Sanctorum numero adscripsit.

℣. Super omnipotentem deliciis affluens, et elevabis ad Deum faciem tuam: ℟. quia enim humiliatus fuerit, erit in gloria. ℣. Oculus eius respexit illum in bono, et erexit eum ab humilitate ipsius, et de exalvo levavit eum. ℟. Quia. ℣. Gloria. ℟. quia. Job. 22. Psal. 11.

Die XXII. Maii

S. Romani abbatis.

Duplex maius. 12. lect.

Omnia de communi Abbatum.

Oratio Paris.

Da nobis, quæsumus Domine Deus noster, beati Romani abbatis intercessionibus subleuari: ut per quem servis tuis perfectionis evangelica documenta donasti, per eum nobis subsidia perpetuæ salutis impendas. Per Dominum.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex S. Gregorii l. 2. dial. et vita per Giselbertum monach. antissiod. scripta, et ex actis S. Mauri apud Mabill. sec. I. Bened.

Vir Dei Romanus a pueritia monachus, disciplinis monasterialibus adprime eruditus est. Assuescebat adhuc puerulus crebris subdere membra ieiuniis, sanctis assidue intere pervigiliis, et in tenero corpusculo senum emules, ac exemplum nitebatur adhuc invalidus experiri. Jam vero transcursis adolescentiæ metis, cum in robur virilis ætatis, omni ex parte in virtutum studiis probatus ac spectabilis habebatur, adeo ut suo exemplo multos ad contemptum sæculi, ac desiderium sancti propositi accenderet. Quodam itaque tempore cum sanctus ac dulcis semper memoria recolendus Benedictus, spretis sæculi actibus, abiuratisque mundi gloria, eremum peteret, hunc, de quo loquimur, Sanctum obvium habuit, qui eum, quo tenderet, inquisivit. Cuius cum desiderium cognovisset, et secretum tenuit, et adiutorium impendit, eique sancto conversationis habitum tradidit, et in quantum licuit, ministravit: ubi de eo testatur sanctus Gregorius in dialogis.

Lectio VI.

Vir autem Domini Benedictus ad destina-

lum locum perveniens in arctissimo specu
e tradidit, tribusque annis, excepto Romano
monacho, hominibus incognitus mansit.
Qui Romanus non longe in monasterio sub
Wivendati patris regula degebat: sed pia eiusdem
patris sui oculis furabatur horas, aliquem sibi
ad manducandum subripere poterat, diebus
certis Benedicto panem deferebat. Ad eumdem
vero specum a Romani cella iter non erat, quia
excelsa desuper rupes eminebat: sed ex eadem
rupe in longissimo fune religatum Roma-
nus deponere panem consueverat. Ipse quo
etiam resti parvum tintinnabulum miserat,
ut ad sonum tintinnabuli vir Dei cognosceret,
unde sibi Romanus panem proberet, quem
viens acciperet. Sed antiquus hostis unius
caritati invidens, alterius refectioni cum
quadam die submitti panem conspiceret,
lapidem, et tintinnabulum fre-
git: Romanus tamen modis congruentibus
ministrare non desiit.

Lectio VII.

Sancto Benedicto in Cassino monte iam
constituto, iactisque sui ordinis fundamen-
is, cum Gothi, Alani et Wandali omnia
gammis et ferro in Italia vastarent, Ro-
manus Dei monitu relicta Italia Gallias
egressus, tandem in pagum Antisiodoren-
sem pervenit ad locum, qui Tons Rogi ap-
pellatur: ubi aliquanto tempore demora-
tus monasterium erexit, ibique plurimos
a vanitate seculi conversos ad quietam et
sobriam conversationem monitis simul et
exemplis provocatos, adduxit. Quo in loco
hebetur basilica eius nomine, et miraculo-
rum, quae per eum Deus operatur, privi-
egio nobiliter insignis.

Lectio VIII.

Non multo post tempore beatus Maurus, a
sancto Benedicto cum quatuor sociis in Gallias

missus, ad beatum Romanum divertit: cui etiam patris sui Benedicti obitum altera die eventurum indicavit. Quo audiens sanctus Romanus, illico in lacrymas resolutus, flere inconsolabiliter cepit: quem beatus Maurus consolatus, quarto post die eidem valedixit. Romanus vero Dei famulus post gloriosam & plenam virtutibus ~~eius~~ vitam, post innumeram multitudinem vitæ æterno adquisitam, consummato viriliter monastico professionis curriculo, felici etiam fine exoptato transitu migravit ad Dominum, circa annum Christi quingentesimum quadragesimum quintum. Sepultus vero est in sua ipsius basilica a fratribus, indeque successu temporis in varia loca translatus.

In III. Nocturno quatuor lectiones cum R.R. et Evangelio de communi abbatum.

Die XXV. Maii.

S. Urbani Papæ Martyris.

Semid. s. lect.

De communi.

Oratio Sacr. Gelas.

Da, quæsumus omnipotens Deus: ut qui beati Urbani Martyris tui atque Pontificis solemnia colimus; eius apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex Euseb. hist. eccles. l. 6. aliisque monumentis.

Urbanus post Callistum Romanam ecclesiam regendam suscepit, Alexandro Severo imperatore, qui matris Mameæ: quæ Origenis operam plurimis ex familia sua in Christum credidit: / hortatu pacem Christianis reddidit. qua durante Urbanus quoque Christi regnum mirifice dilatavit, plurimosque verbo et exemplo ad eius fidem perduxit: inter quos præcipui memorantur Valerianus sancto Cæciliæ sponsus, eiusque frater

Tiburtius, qui omnes gloriosa confessione
fidem suam proprio sanguine obsignare
meruntur. Urbanus vero octavo pontifi-
catus anno, Christi vero ducentesi-
mo trigesimo mortuus, in cœmeterio Pro-
cessi sepultus est: atque in Sacramentario
Gregorii Martyris titulo decoratus.

℣. Scient omnes, quia ego dilexi te: ℟. quo-
niam servasti verbum patientiæ meæ, et
ego servabo te ab hora tentationis. ℣. Do-
bo locum populo meo, et plantabo eum;
et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis
tuis. ℟ quoniam. ℣. Gloria. ℟ quoniam.
Hoc. S. 2. Reg. 7.

Vespero de sequenti, commemoratio pre-
cedentis.

Die XXVI. Maii.

S. Augustini et Sociorum Pontificum
Angliæ apostolorum.
Duplex maius. 12. lect.

Ad I. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio. Isa. 49.

Hæc dicit Dominus Deus: ecce levabo ad
gentes manum meam, et ad populos exal-
tabo signum meum: et afferent filios tuos
in ulnis, et filias tuas super humeros por-
tabunt.

℣br. Annuntiate inter gentes: ℟ gloriam
Domini:
℣. In omnibus populis mirabilia eius. Ps. 95.

Hymnus ex Sarr.

1. Iam Christe nomen anglicis
Tuum revelas insulis: ℟
Apostolos his destinas
Tuos salutis nuntios.
2. Mersis gravi caligine
Herbos dies renascitur: ℟

Nos mortes error liberat,
Gaudet nova veritas.

3. Bandunt perose gentibus
Christi crucis mysterium: ✱
Idola verbo destruunt,
Christoque gentes adgregant.

4. Tu Christe gentem respice,
Errore caco deviam: ✱
Ut veritatis agnita
Lumen refumat perditum.

5. Deo Patri sit gloria,
Eiusque soli Filio, ✱
Sancto simul cum Spiritu,
In sempiterna secula. amen.

℣. Dominus dabit verbum evangelizantibus,
℟. Virtute multa. Ps. 67.

ad Magnif. ant. Mittam ex eis ad gentes in mare, ad insulas longe: ✱ et annuntiabunt gloriam meam gentibus. Isa. 66.

Oratio Paris.

Deus fidelium lumen et pastor animarum, qui beatum Augustinum, eiusque in gentium conversione socios, Episcopos in Anglia posuisti, ut voces tuas verbis referent, et informarent exemplo: da nobis eorum intercessione et fidem servare, quam verbo docuerunt; et vitam sequi, quam exemplo monstrarunt. Per Dominum.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Christum Pastorum principem ✱ venite adoremus. 1. Petr. 5.

Hymnus Sanct.

1. Lux de luce, Deus, fons quoque luminum,
Quo stat perpetuus cœlitibus dies: ✱
Tristem sub misera nocte Britanniam
Sancto lumine recreas!

2. Augustinus adest almus Apostolus,
Huc de sede Petri fervidus advolat: ✱

aras, fana, deos funditus eruit,
Christum prædicat omnibus.

℣. Adunt se comites, et rudibus pia
committunt fidei semina mentibus: ℟
Saris barbara gens, iam docilis Deo,
Christum fontibus induit.

℣. Vos almi Britonum gentis apostoli,
Summo ferte preces votaque numini: ℟
Nostris fata fudoribus, impia
Tandem dogmata deserat.

℣. Semper maxima laus ingenito Patri,
Semper laus genito maxima Filio: ℟
Qui sacro populos flumine conseras,
Sit laus par tibi Spiritus. amen.

In I. Nocturno antiphona.

℣. Misam ex eis, qui salvati fuerint ad gentes,
ad eos qui non audierunt de me; ℟ et non
viderunt gloriam meam. Isa. 66.

℣. Seminabo eos in populis, et confortabo eos
in domino; ℟ et in nomine eius ambulabunt.
Zach. 10.

℣. Convertam eos, quia miserebor eorum,
et filii eorum videbunt et lætabuntur: ℟ et
exultabit cor eorum in Domino. ib.

℣. Incurvabitur sublimitas hominum, et
elevabitur Dominus solus in die illa: ℟ et
idola penitus conterentur. Isa. 66.

℣. Scient in gentibus semen eorum, ℟ et
germen eorum in medio populorum.
Isa. 61.

℣. Omnes, qui viderint eos, cognoscent illos, ℟ quia isti sunt semen, cui benedixit
Dominus. ibid.

℣. Dominus virtutem populo suo dabit:
℣. Dominus benedicet populo suo in pace. Psa. 28.

Lectiones quatuor cum suis R^is. de dicem-
rente.

In II. Nocturno antiphonæ.

1. Consolatus est Dominus populum suum, * paravit brachium sanctum suum in oculis gentium. Is. 52.
2. Ite: ecce ego mitto vos * sicut agnos inter lupos. Luc. 10.
3. Audivi vocem Domini dicentis: quem mittam, et quis ibit nobis? * Dixi: ecce ego, mitte me. Is. 6.
4. Dominus dixit mihi: in gentes nunc ego mitto te, aperire oculos eorum: * ut convertantur a tenebris ad lucem. act. 26.
5. Dixit Spiritus, utrum nihil hæsitans: * venerunt autem mecum fratres. act. ij.
6. Isti homines servi Dei excelsi sunt, * qui annunciant vobis viam salutis. act. 16.

℣. Benedicite gentes Deum nostrum:
℟. Et auditam facite vocem laudis eius. Ps. 65.

Lectio V.

Ex epistolis S. Gregorii et Ven. Bedæ hist. angl.

Augustinus in monasterio sancti Andreæ Romæ propositus, teste Gregorio magno, in monasterii regula fuit doctus, sacræ scripturæ scientia repletus, bonis, auctore Deo, operibus prædictus. Hunc idem Gregorius aliosque cum illo ex eodem monasterio monachos misit, prædicare verbum Dei genti anglorum. Erant inter eos post augustinum, quem abbatem eis profecit, præcipui Laurentius, Mellitus, Justus, Paulinus et Ruffinianus: quicum opus aggredi cepissent, tanque in Gallias pervenissent, timore perculsi redire domum potius, quam barbaram, feramque et credulam gentem, cuius nec linguam quidem noscebant, adire cogitabant. Hæc mora, augustinum, quem eis episcopum ordinandum, si ab anglis susciperentur, disposuerat, domum remittunt, qui a beato Gregorio humiliter supplicaret obtineret, ne tam periculosam, tam laboriosam, tanque incertam peregrinationem adire

berent. quibus ille adhortatorias mittens, in
nus eos verbi divino confisos auxilio profitiscí
adet.
. Emissos cum luctu et ploratu: & reducet
os Dominus cum gaudio et inundibate in
mpiternum. ℣. Euntes ibant et flebant, mit-
n les semina sua: venientes autem venient cum
exultatione, portantes manipulos suos. ℟ reducet.
aruch. 4. Bf. 125.

Lectio VI.

oboratus ergo confirmatione beati patris
egorii, eiusque litteris commendatis adiutorio
illiarum Brofules munidus augustinus ille
dnos perrexit, assumtisque de gente Francorum
interpretibus, una cum sociis pervenit in Britan-
niam. Erat eo tempore rex Edilbertus in Cantia,
qui in ore ni habebat Christianam de gente Fran-
rum, nomine Berthan. ad hunc viri dei
ivina virtute prediti venerunt, crucem pro
exillo ferentes argenteam, et imaginem Domi-
i Domini Salvatoris in tabula depictam, li-
anias que canentes pro sua simul et comm,
ropter quos et ad quos venerant, salute eter-
a Domino supplicabant. Cumque coram
ege verba vite prodicarent, deditcis mansio-
em in civitate Dorovernensi seu cantuaria
ua metropoli, eisque, ut promiserat, cum
dministratione victus temporalis licentiam
noque prodicandi concessit. Ubi datam sibi
ansionem intraverunt, ceperunt apostolicam
imitare ecclesie vitam imitari, orationibus
idelicet assiduis, vigiliis ac ieiuniis serviendo,
erbum vite, quibus poterant, prodicando,
unda huius mundi velut aliena spernendo,
a tantum, que victui necessaria videbantur,
ercipiendo, secundum ea, que docebant, ipsi
ivendo, et paratum ad patiendum adversa
noque, vel etiam ad moriendum pro ea,
uam prodicabant, veritate animum
abendo.

℟. Circumdantibus eum discipulis surgens intravit civitatem: ✠ eumque evangelizarent civitati, et docuissent multos, confirmabant animas discipulorum, exhortantes, ut permanerent in fide. ℣. Adiuvabant eum fratres eius, et directa est salus in manu eius. ✠ eumque. Act. iii. 1. Mach. 3.

Lectio VII.

Crediderunt ergo non nulli et baptizabantur, mirantes simplicitatem innocentis vitæ, ac dulcedinem eorum doctrinæ cœlestis. Ipsi interea in antiqua quadam ecclesia convenire, psallere, orare, missas facere, prædicare et baptizare cœperunt. Ad ubi rex inter alios, delectatus vita mundissima sanctorum, et promissis eorum suavissimis, quæ vera esse multorum quoque miraculorum ostensione firmarunt, credens baptizatus est, cœpere plures quotidie ad audiendum verbum confluere, ac relicto gentilitatis ritu, unitati se sanctæ Christi ecclesiæ credendo sociare, ita ut una via plusquam decem millia Anglorum ab uno Augustino fuerint baptizati. Cum igitur tantis miraculis et ipse, et quicumque missi erant, in ea gente coruscarent, et apostolorum virtutes insignis, quæ exhibebant, imitari viderentur, crevit quotidie credentium numerus. Unde Augustinus Gregorii iussu Arelatem venit, ubi genti Anglorum episcopus ordinatus est.

℟. Erat manus Domini cum eis, multusque numerus credentium conversus est ad Dominum: ✠ et apposita multa turba Domino. ℣. Multa prodigia et signa per eos fiebant; Dominus autem augebat, qui salvi fierent quotidie. ✠ et. Act. ii. 2.

Lectio VIII.

Reversus in Britanniam, misit continuo Romam Laurentium Presbyterum et Petrum monachum, qui beato pontifici Gregorio

dem Anglorum fidem Christi accepisse, eique
iscopum factum esse referrent: simul et decis,
e necessaria videbantur, quaestionibus eius
nsulta flagitans. Nec mora: congrua quaesitis
esponsa, pallium quoque, aliaque verbi minis-
tros accepit, unacum mandatis, ut duodecim
sse episcopos pro metropoli Londinensi, alium
ue pro Eboracensi, quia alios totidem subesse
ebuit. Ipse vero Augustinus totius Britanniae
rimas constitutus, in civitate Cantuariensi
dem suam fixit, monasteriumque et ecclesiam
ondibus regis exstruxit, ubi monastico more
um clericis suis vivebat. Celebrata postea
modo cuncta ad religionem firmandam dispo-
uit, ac demum suffecto sibi Laurentio, aliisque
uribus episcopis ordinatis, tota fere anglia
Christi fidem perdidit, circa annum Domini
xcentesimum septimum in pace defunctus
t, atque in sua ecclesia sepultus.

℣. Cum sum sifiet cor eius audaciam propter
ias Domini, etiam excelsa et lucos abstulit, ℟
t misit de suis, ut docerent in civitatibus.

℣. Crediderunt, quotquot erant praeordinati
vitam aeternam: disseminabatur autem
erbum Domini per universam regionem.
et. ℣. Gloria. ℟ missa. 2. Bar. 17. act. 13.

In III. Nocturno.

nt. adducent omnes fratres de cunctis gentibus
munus Domino: ℟ et assumam ex eis in
acerdotes et levitas, dicit Dominus. Isa. 66.

Cantica de communi apostolorum.

℣. Vos sacerdotes Domini vocabimini:
℟ ministri Dei nostri dicetur vobis. Is. 61.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli
ad Thessalonicenses. cap. 2.

sti scitis, fratres, introitum nostrum ad
os, quia non inanis fuit: sed ante passi, et
ntumeliis affecti, sicut scitis, in Philippis,
duciam habuimus in Deo nostro, loqui ad
os Evangelium Dei in multa sollicitudine.

Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo; sed sicut probati sumus a Deo, ut crederetur nobis Evangelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra.

℟. Cum venissem propter Evangelium Christi, et ostium mihi apertum esset in Domino, non habui requiem: ✠ Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. ℣. Dominus voluit, ut sanctificaret populum suum, et magnificaret legem, et exaltaret. ✠ Deo. 2. Cor. 2. Isa. 42.

Lectio X.

Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione avaritiæ; Deus testis est: nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis. Cum possemus vobis oneri esse ut Christi apostoli: sed facti sumus parvuli in medio vestrum, tamquam si nutrix foveat filios suos. Ita desiderantes vos cupide volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras; quoniam charissimi nobis facti estis.

℟. Loquimur Dei sapientiam Dei in mysterio, quæ abscondita est: ✠ quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram. ℣. In manu Dei et nos et sermones nostri, et omnis sapientia, et operum scientia et disciplina. ✠ quam. 1. Cor. 2. Sap. 7.

Lectio XI.

Memores enim estis, fratres! laboris nostri et fatigationis, nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaremus, prædicavimus in vobis Evangelium Dei. Vos testes estis et Deus, quam sancte et iuste, et sine querela, vobis, qui credidistis, fuimus: sicut scitis, qualiter unumquemque vestrum: sicut pater filios suos: deprecantes vos et consolantes testificati sumus, ut ambuletis digne

e qui vocavit vos in suum regnum et gloriam.

. Usque ad vos pervénimus in Evangelio Chri-
i. * non gloriantes in alienis laboribus, spem
utem habentes crescentis fidei vestro, in vobis
agnificari, etiam in illa, quæ ultra vos sunt,
vangelizare Y. Magnificavit Dominus facere
obiscum, facti sumus lætantes. * non.

. Cor. 10. Ef. 12ª.

Lectio XII.

Deo et nos gratias agimus Deo sine intermissio-
e: quoniam cum accepisset a nobis verbum
ditus Dei, accepistis illud non ut verbum homi-
um, sed: sicut est vere: verbum Dei, qui ope-
atur in vobis, qui credidistis. Vos enim imita-
res facti estis, fratres, ecclesiarum Dei, quæ
unt in Judæa in Christo Jesu: quia eadem pas-
tis et vos a contribulibus vestris sicut et
si a Judæis.

. Attendite vobis et universo gregi, ego scio, *
oniam intrabunt post discessionem meam
pi rapaces in vos, non parcentes gregi: ℣. prop-
r quod vigilate Y. Quæque fratres state, et
ete traditiones, quas didicistis sive per sermo-
em sive per epistolam nostram. * quoniam.
: Gloria. ℣ propter. act. 20. 2. Thes. 2.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 10.

n illo tempore: dixit Jesus discipulis suis:
untes prædicate, dicentes: quia appropinqua-
it regnum cælorum. Infirmos curate, mor-
uos suscitate, leprosos mundate, dæmones
icite: gratis accepistis, gratis date. Nolite
ossidere aurum, neque argentum, neque
æruniam in zonis vestris: non peram in via,
eque duas tunicas, neque calceamenta, neque
irgam; dignus est enim operarius cibo suo.
n quamcumque autem civitatem aut castel-
um intraveritis, interrogate, quis in ea
ignus sit: et ibi manete, donec exeatis. In-
untes autem in domum salutate eam

Dicentes: pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniat pax vestra super eam: si autem non fuerit digna pax vestra revertatur ad vos.

Ad Laudes matutinas et horas antiphonæ.

1. Levate oculos vestros, et videte regiones: * quia albæ sunt iam ad messem. Jo. 4.
2. Euntes in mundum universum * prædicate Evangelium omni creaturæ. Marc. 16.
3. Multiplicabit Dominus semen vestrum, * et augebit incrementa frugum institiæ vestræ. 2. Cor. 9.
4. ad Laudes. Prædicaverunt ubique Domino cooperante, * et sermonem confirmante sequentibus signis. Marc. 16.
5. Vobis sum apostolus; * nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino. 1. Cor. 9.

Lectio 1. Thess. 4.

Fratres! rogamus vos et obsecramus in Domino Jesu, ut quemadmodum accepistis a nobis, quomodo oporteat vos ambulare et placere Deo, sic ambuletis, ut abundetis magis: scitis enim, quæ præcepta dederim vobis per Dominum Jesum.

℟. br. Beati immaculati in via: * qui ambulant in lege Domini.
℣. Beati, qui scrutantur testimonia ejus. Ps. 118.

Hymnus Sanct.

1. Quem misit in terras Deus,
   Ut morte nos servet sua: *
   Amoris hi fidos sui
   Vos eligit vicarios.
2. Cæsus agnus a lupis,
   Vos missi agnos ad lupos: *
   Mores ferinos exuant,
   Agni regentes de lupis.
3. Spinas, vepres et tribulos
   Gnaeta terra protulit: *

Plantastis hanc vos semine,
Rigastis et sudoribus.

℣. Hoc rore facta pinguior,
Quot illa fundus protulit! ℟
Quot, quanta surrexit seges!
condenda nostris horreis.

℣. Deo Patri sit gloria,
Eiusque soli Filio ℟
Sancto simul cum Spiritu,
In sempiterna secula. amen.

℣. Laudate Dominum omnes gentes:
℟. Laudate eum omnes populi. Ps. 116.

℣. Benedic. ant. Nationes ex longinquo adte ve-
nient, civitas Dei: ℟ et munera deferentes
adorabunt in te Dominum. Tob. 13.

Oratio ex I. Vesperis.

Ad Tertiam. Lectio 2. Cor. 5.

℣. Posuit in nobis Deus verbum reconciliationis.
℟. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam
Deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo,
reconciliamini Deo.

℣. Dominus excelsus subiecit populos nobis:
℟. Elegit nobis hereditatem suam. Ps. 46.

Ad Sextam. Lectio 2. Thess. 2.

Debemus gratias agere Deo semper pro vobis,
fratres dilecti a Deo, quod elegerit vos Deus pri-
mitias in salutem, in sanctificationem Spiri-
tus, et in fide veritatis, in qua et vocavit vos
per Evangelium nostrum, in adquisitionem
gloriae Domini nostri Jesu Christi.

℣. Seminant in lacrymis,
℟. In exultatione metent. Ps. 125.

Ad Nonam. Lectio 3. Thess. 2.

Quae est nostra spes, aut gaudium, aut corona
gloriae? nonne vos ante Dominum nostrum
Jesum Christum estis in adventu eius? vos
enim estis gloria nostra et gaudium.

℣. Reddidit Dominus mihi mercedem labo-
rum horum:
℟. Et deduxit illos in via mirabili. Sap. 10.

ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Hebr. 13.

Mementote praepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum: quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem: (et) doctrinis variis et peregrinis nolite abduci. R. br. Quanta audivimus, * et cognovimus ea: V. Et Patres nostri narraverunt nobis. Ps. 77.

Hymnus ex I. Vesperis.

V. Patres nostri annuntiaverunt nobis.
R. Opus quod operatus es in diebus eorum. Ps. 43.

ad Magnif. ant. Gloriosi misericordiae sunt, quorum pietates non defuerunt: semen eorum et gloria eorum non derelinquetur. * et nomen eorum vivit in generationem et generationem. Eccli. 44.

Et fit commemoratio sequentis.

Die XXVII. Maii.

S. Bedae Monachi Doctoris.

Duplex cl. conf.

Omnia de communi Doctorum.

Oratio Capitis.

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Bedae Presbyteri tui atque Doctoris eruditione clarificas: concede propitius famulis tuis, ejus semper illustrari sapientia, et meritis adjuvari. Per Dominum.

Lectio III.

Ex S. Bedae epist. hist. et Wilhel. Malmesbur. apud Mabillon. sec. III. Bened.

Beda, venerabilis vulgo nuncupatus, ecclesiae anglicanae lumen, primum in Wiremuthensi deinde Girvensi monasterio, abbati Benedicto ac postea Ceolfrido educandus institutendusque puer traditus est: cunctumque ex eo tempore vitae in ejusdem ultimi monasterii habitatione peragens, omnem meditandis Scripturis operam dedit, atque inter observantias disciplinae regularis, et quotidianam cantandi in ecclesia

uram, semper aut discere aliquid aut docere,
aut scribere dulce habuit. Nullum fuit artis
aut disciplinae genus, in quo vir disendi avidus
non fuerit diligentissime versatus. Decimo
octavo aetatis suae anno diaconatum, trigesimo
tertium presbyteratus suscepit: ex quo tempore
usque ad annum aetatis quinquagesimum
eorum librorum variis conscribendis operam
dedit. In omnibus vero lucubrationibus suis
tanta doctrinae sanctorum Patrum adhibita
mus fuit, ita ut non tam nova opera cudisse,
quam ex ipsorum monumentis collectanea
excerpisse videatur. Morum sanctimoniam,
quam in se ipso exprimere toto animo studuit,
etiam in aliis, quoad potuit, tum languentem
excitare, tum violatam reparare curavit. La-
boribus demum exhaustus, anno Christi
septingentesimo trigesimo quarto quinto
die ascensionis Dominico contra oratorium,
in quo orare consueverat, cilicio subjecto de-
cumbens, illibato sensu et hilari vultu spi-
ritum sancti gratiam invitatus, et oratione
finita spiritum efflavit sexagenta tres annos
natus, atque in suo monasterio sepultus est.

℣. Cum esset sapientissimus, docuit populum,
et posuit verba multa: ℟. et conscripsit sermo-
nes rectissimos ac veritate plenos. ℣. Posse-
quam se amplius dedit ad diligentiam lectio-
nis legis et prophetarum; voluit ipse scri-
bere, quo ad doctrinam et sapientiam per-
veniret. ℟. et. ℣. Gloria. ℟ conscripsit. Eccli. 32.
Prolog.

In vesperis fit commemoratio sequentis.

Die XXVIII. Maii.

S. Philippi Presbyteri Confessoris et Presbyteri.

Duplex 3. lect.

Omnia de communi confessorum.

Oratio Mss. Rom.

Deus, qui beatum Philippum confessorem

Sanctorum tuorum gloriâ sublimatis: eo magis propitius, ut eorum solemnitate lætamur, eius virtutum proficiamus exemplo. Per Dominum.

Lectio III.

Ex bulla canonizationis Urbani VIII. a. 1622.

Philippus Florentiæ ortus, data patre mercaturæ destinatus, nobilioris mercaturæ avidus Romam secessit, ubi pietatis operibus, philosophiæ ac theologiæ operam dedit. Sacerdos factus, ad sacramentorum frequentiam, vanam que scientiam salutis semper intentus, pio de rebus divinis colloquio illos erudiebat, qui eius se disciplinæ tradiderant: quibuscum etiam oratorii congregationem instituit. Charitate in Deum fervidus adeo fuit, ut interni ille ignis non numquam, dum ea lestibus intenderet, redundaret in corpus, et faciem eius caulique scintillis micaret. Hæc ipsa eius charitas miris se modis in proximos quoque exeruit; omnium enim utilitati ac neces-sitati expositus, nullum sibi tempus esse voluit, quo suo parceret valetudini, aut indigentibus quibuscunque non succurreret. Humilitati præcipue deditus maximum se peccatorem constanter reputavit, his Deum verbis alloqui solitus: a me tibi caveas Domine, de eum hodie traditurus sum, et omnia perpetraturus mundi peccata, nisi tua me gratia benigne protexeris. Patientia in adversis, corporisque infirmitatibus fuit admirabilis. Tandem plenus dierum, virtutibusque ac miraculis insignis, octavo Kalendas Junii, anno Christi millesimo quingentesimo nonagesimo quinto Omnipotenti Deo, cui semper servierat, spiritum placidissime reddidit.

℟. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, ✝ per spiritum sanctum, ✝ qui datus est nobis. ℣. Introduxit me Dilectus, in cellam, ordinavit in me charitatem. ✝ per. ℟ gloria. ✝ qui. Rom. 5. cant. 2.

Die XXX. Maii.

S. Felicis Papæ Martyris.

Simpl. 3. lect.

Oratio Sac. Greg.

eus, a quo constantiam fidei, et virtutem
mist infirmitas: prosta quæsumus, ut exem-
e sancti Felicis martyris tui atque pontifi-
ics, quid quid in persecutionibus sævum, quid-
uid in morte terribile, nominis tui fatias
onfessione superare. Per Dominum.

Lectio III.

e Euseb. hist. l. 7. c. 30. et Conc. Ephes. act. 1.

ortuo Dionysio, qui novem annis Romano
bis episcopatum administrarat, Felix in
s locum substitutus est, imperante Mar-
Aurelio Claudio; eumque quinque annis
mit. Persequente ecclesiam Aureliano fi-
es verbo simul et exemplo confirmavit, ac
lurimos infideles ad Christi fidem perduxit.
ad Maximum episcopum et clerum alexan-
inum scripsit epistolam, in qua errores
di Samosateni iam in concilio antiocheno
nathemate percussos ipse damnavit. In
de Verbo incarnato sic habet: De Verbi
dem incarnatione sic fide credimus in
ominum nostrum Jesum Christum ex
igne Maria natum, quod ipse est sempi-
rnus Dei Filius et Verbum, non autem
mo a Deo assumtus, ut alius sit ab illo.
que enim hominem assumsit Dei Filius,
alius ab ipso existat. Sed cum perfectus
us esset, factus est simul homo perfectus,
virgine incarnatus. Hoc fragmentum
ter alia Patrum testimonia legit Petrus
esbyter alexandrinus, in concilio Ephesi-
: quod etiam laudat Cyrillus in apologia
a adversus Orientales, quo eiusdem concilii
tis inserta est; et Vincentius Lirinensis

in commonitorio adversus hereses: apud quos omnes et in Sacramentario Gregorii sanctus Felix martyr appellatur.

℟. Noli erubescere testimonium Domini nostri, sed collabora evangelio secundum virtutem Dei: ✠ bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, ✠ qui habitat in nobis. ℣. Esto vigilans, et confirma cætera, quæ moritura erant. ✠ bonum. ℣. gloriâ. ✠ qui. 2. Tim. j. apoc. 3.

Festa Junii.

Die II.

SS. Marcellini et Petri Martyrum.

Semid. d. cat.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui nos annua beatorum Marcellini et Petri Martyrum tuorum solemnitate lætificas: præsta quæsumus, ut quorum gaudemus meritis, provocemur exemplis. Per Dominum.

Lectio III.

Ex S. Damasi carmine 23.

Marcellinus presbyter et Petrus exorcista in persecutione Diocletiani et Maximiani Romæ ob Christiani nominis confessionem comprehensi, post varia tormenta in loco, qui tum Silva nigra, postea vero ob hoc martyrium candida dicebatur, decollati sunt, eorumque corpora inter sentes ac vepres projecta, ut omnibus ignota manerent. quæ postea Lucilla matrona a Sanctis admonita honorifice sepelivit. Hæc ab uno eorum carnifice sibi adhuc puero ipse narrata, Sanctus Damasus papa testatur. Celebris exinde fuit Romæ eorum memoria, illorumque nomina non solum Sacramentariis, sed et canoni Missæ inserta.

…rorum Martyrum basilica Sanctus Gre-
…rius homiliam habuit. Seculo demum
…no eorum corpora in Germaniam allata sunt.
℣. Sicut abundant passiones Christi in nobis:
…ta et per Christum abundat consolatio no-
…ra. ℟. Dominus Deus assiet veritatem,
…consolabitur in nobis. ✝ per. ℟. gloriâ.
…per. 2. Cor. j. 2. Macch. 7.

Die III. Junii.

S. Erasmi Episcopi Martyris.
Duplex 3. lect.
Oratio Sac. Gelas.

…Deste Domine supplicationibus nostris: et
…merentibus beato Erasmo martyre tuo atque
…pontifice, ab hostium nos defende propitiâ-
…tus incursu. Per Dominum.

Lectio III.

Ex epistolis S. Gregorii aliisque monumentis.

…asmus ignoto sedis episcopus in persecutione
…Diocletiani Formiis in Campania gloriosa
…morte testimonium fidei reddidisse traditur;
…ius corpus in illa ecclesia conditum, postea
…inde translatum est. Illustris semper
…ei memoria, sanctusque Benedictus
…isdem Martyris studiosissimus fuit, in
…ius honorem duas nobiles basilicas eri-
…endas curavit, Verulis unam, alteram Ro-
…e, ut habent acta sancti Placidi a Gordiano
…abi Patris discipulo scripta. Gregorius mag-
…us monasterium Sancti hujus nomine in-
…signitum in latere Soractis montis construc-
…tum memorat. Ob crebra per ejus intercessi-
…onem accepta a Deo beneficia terrarum colitur
…asmus inter Sanctos auxiliatores.
℣. Qui vicerit et custodierit usque in finem
…opera mea, ✝ dabo illi potestatem super gentes,
…et ego accepi a Patre meo. ℟. Qui

perdiderit animam suam propter me et Evangelium, salvam faciet eam. ℣. Dabo. ℣. gloriâ. ℟. Dabo. Apoc. 2. Marc. 8.

Die V. Junii.

S. Bonifacii Episcopi Martyris, Et Sociorum Germanio apostolorum.

Duplex maius. 12. lect.

Omnia fiunt per totum officium, ut habentur die 26. Maii in festo SS. Augustini C. praeter sequentia.

Ad I. Vesperas.

Hymnus ex Sanct.

1. Jam Christe nomen Tuorum
Tuum revelas gentibus: ✠
Apostolos his destinas,
Fidos salutis nuntios.

2. Mersis gravi caligine
Per hos dies resurgitur: ✠
Quos multus error lustrat,
Illustrat una veritas.

3. Bonum est perosos gentibus
Christi crucis mysterium: ✠
Fabula verbo destruunt,
Christoque gentes adgregant.

4. Tu Christe gentem respice
Errore caeco deviam: ✠
Ut veritatis agnito
Lumen resumat perditum.

5. Sit summa Patri gloria,
Natoque sit cum Spiritu: ✠
Et nobis qui nos adsuo
Lumen vocavit gloriâ. amen.

℣. Dominus dabit verbum evangelizantibus:
℟. Virtute multa. Ps. 67.

…e Magnificat and. Ave super montes pedes
…ngelizantis Nannuntiantis pacem, *
…lebra festivitates tuas, redde vota tua.
…ah. i.

Oratio Miss. alem.

…us, qui multitudinem populorum beati
…nifacii martyris tui atque pontificis,
…iorumque eius predicatione ad agnitis-
…em tui et Domini vocare dignatus es:
…rum meritis et intercessione concede;
…ut in hac fide immeniamur stabiles, et
…opere efficaces. Per Dominum.

Ad Vigilias nocturnas.

…vit. Deum, qui de tenebris nos vocavit
admirabile lumen suum. * ut incedo-
…mus. 1. Petr. 2.

Hymnus Sanct.

Lux de luce Deus, fons quoque luminum,
Quo stat perpetuus cœlicolis dies: *
Tristem sub misera nocte Alemanniam
Quanto lumine recreas!
Huc de sede Petri fervidus advolat,
Aras, fana, deos funditus eruit: *
Et Christum resonans docet impios
Dux verbi Bonifacius.
Addunt se comites, et studiis pia
Committunt fidei femina cordibus: *
Sacris barbara gens, iam docilis Deo,
Christum fontibus induit.
Semper maxima laus ingenito Patri,
Semper laus genito Romaxima Filio: *
Qui sacro populos flumine conferas,
Sit laus par tibi Spiritus. amen.

…d Vesperas antiphona et versus ut
…ie 26. Maij. Lectiones quatuor cum suis
…Ex. de Die currente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Excita per S. Willibaldum scripta.

Bonifacius, alio nomine Winfridus, in maiori Britannia nobili genere ortus, a patre septennis in monasterium ductus, sub disciplina abbatum Wolfardi et Viberti pietate et rerum divinarum scientia excelluit. Presbyter ordinatus singularem in tractandis negotiis ecclesiasticis peritiam exhibuit. Unde crescente indies eius fama, ipse fugæ consulendum ratus, obtenta abbatis sui licentia, in Frisiam appulit, Evangelium infidelibus annunciaturus. Sed mox nondum matura in patriam reverti cogitur.

℣. Ecce gentem, quam nescibas, vocabis, et gentes, quæ te non cognoverunt, ad te current, * propter Dominum Deum tuum, et Sanctum Israel, quia glorificavit te. ℟. Reges videbunt et consurgent principes, et adorabunt. * propter. Isa. 55. 49.

Lectio VI.

Abbas ibi electus, suorum precibus haud adquiescens, Romam ad Gregorium secundum se contulit: a quo in Germaniam ad prædicandum Evangelium missus, Thuringis primum, dein Frisiis per tres annos una cum Sancto Willibrordo Christi fidem annuncians, ingentem populum Domino adquisivit. Inde ad Saxones et Hassos digressus multa hominum millia ad fidem perducta baptizavit. Ob insignem igitur Evangelii fructum Romam revocatus, reddita fidei suæ professione, ordinatur episcopus. In Germaniam cum apostolici Legati dignitate reversus, ad satis sibi pluribus prædicationis laboribus gentem illam ad fidem Christi perduxit.

℣. Erat manus Domini cum eis, multusque
numerus credentium conversus est ad Domi-
num, ℟. et ecce posita est multa turba Domi-
no. ℣. Multa prodigia et signa per eos
fiebant in Dominus autem augebat, qui
salvi fierent quotidie. ℟. etc. Act. ii. 2.

Lectio VII.

Cum igitur incredibili labore opus evan-
gelicum provexisset, a Zacharia Papa Ar-
chiepiscopus Moguntinus primus creatus
est. Româ tertio in Germaniam reduxit
Bavariâ quatuor episcopatus instituit;
eisque omnibus in ea regione dispositis
concilium in Francia celebravit, in quo
ecclesiasticam disciplinam stabilivit. Ecle-
sia demum sanctissime administrata,
substituto sibi in episcopatu sancto Lullo,
ipse iam senex in Frisiam denuo profectus
est: ubi cum plurimos Jesu Christo pepe-
risset, Episcopos ordinasset, atque ecclesias
edificasset, ab infidelibus crudeliter
cum suis necatus martyrio coronatur
anno Christi septingentesimo quinquage-
simo quarto, jure vocatus Germanorum
Apostolus: atque in constructo ab se Ful-
rensi monasterio sepultus.

℣. Non in vacuum cucurri, neque in
vanum laboravi: ℟. sed etsi immolor super
sacrificium et obsequium fidei vestræ,
gaudeo et congratulor omnibus vobis.
℣. Non mihi confundar parare animo
meo, in omni tempore tribulationis. ℟. Sed.
Philip. 2. j. Mach. ij.

Lectio VIII.

Ex Othlono alio vitæ scriptore. Mabill. sæc. III.

vel ab illo scriptas audiit, maxime po-
test agnosci, quantam curam Discipli-
nam, quantam paternitatem & pietatem
habuerit circa omnes ecclesiæ suæ filios,
quos ipse per Evangelium genuit, quod-
que iuxta Apostolum omnibus omnia
factus sit, ut omnes lucri faceret. Unde
confidenter dico, quia quicumque filio-
rum eius, Germanorum videlicet, Sanc-
ti Patris labore vel ex scriptis, vel ex vul-
garibus dictis, non cum quotacumque
prævalet, veneratione amplectitur,
in honore, quem parentibus exhibere
iubemur, negligens invenitur. Omnium
enim Germaniæ incolarum Pater dici
potest Sanctus præsul Bonifacius, pro
eo, quod illos verbo Sanctæ prædicationis
primitus Christo genuit, exemplis con-
firmavit, postremo animam quoque
suam pro ipsis posuit, qua charitate nemo
maiorem valet exhibere.

℟. Non ut confundam vos hæc scribo,
sed ut filios meos charissimos moneo: *
nam in Christo Jesu per Evangelium
ego vos genui. ℣. Gaude frater mei
charissimi et desideratissimi, gaudium
meum et corona mea: sic state in Do-
mino. * nam. ℣. Gloria. * nam.
1. Cor. 4. Philip. 4.

In III. Nocturno ant. Cantica, lectio-
nes ℟℟. et Evangelium, et deinceps
ad omnes horas, ut notatur die 26. Maii,
excepta oratione, quæ dicitur ut supra
ad Vesperas.

Ad Matutinas hymnus Sanct.

1. Quem misit in terras Deus,
ut morte nos servet sua: *

Amoris hii fidos sui
Vos elegit vicarios.

℣. Caesus agnus a lupis,
Vos mi fili agnos ad lupos: ℟
Mores ferinos eximat,
Agni repente de lupis.

℣. Spinas, vepres, ac tribulos
Gravis tella protulit: ℟
Vestris cam fudoribus,
Vestro rigatis sanguine.

℣. Hoc rore facta pinguior,
Quod illa fructus protulit! ℟
Quod, quanta surrexit seges!
Ah illa nos seges sumus.

℣. Hanc si benus respexeris,
Qui das rigatis crescere: ℟
Frumenta nos coelestibus
Natura condes horreis.

℣. Sit summa Patri gloria,
Natoque sit cum Spiritu: ℟
De nocte qui nos adsuo
Lumen vocavit gloria. amen.

In II. Vesperis fit commemoratio sequentis.

Die VI. Junii.

S. Norberti Episcopi.

Duplex 3. lect.

Oratio Miss. Rom.

Deus, qui beatum Norbertum confessorem tuum atque pontificem verbi tui praeconem eximium effecisti, et per eum Ecclesiam tuam nova prole foecundasti: presta quaesumus; ut eiusdem nobis suffragantibus meritis, quod ore simul et opere docuit, te adiuvante exercere valeamus. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per Bremonstratensem coenum Scripta.

Norbertus, Sanctis Clivio oppido in diœcesi Colonienſi, nobili proſapia ortus, relicta imperatoris aula, in clerum adſcriptus verbi Dei prædicationi totum ſe dedit. Abdicatis beneficiis eccleſiaſticis, quibus abundabat, et patrimonio in pauperes erogato, auſteriorem vitam amplexus eſt. Innumeros hæreticos ad fidem, peccatores ad pœnitentiam, diſſidentes ad concordiam revocavit. Cum eſſet Laudduni, deſertum in ea diœceſi locum, qui Bremonſtratus dicebatur, elegit, ex quo totus ordo, quem ibi collectis ſociis ſub regula ſancti auguſtini inſtituit, nomen accepit. Doctrina non minus quam pietate et miraculis clarus, antverpiæ graſſantem Tanchelini hæreſin profligavit. ad metropolitanam ſedem Magdeburgenſem evectus, eccleſiaſticam diſciplinam, et præcipue clericorum cœlibatum acerrime propugnavit, maximas propterea perſecutiones perpeſſus. Remis in concilio Innocentium ſecundum egregie adjuvit, et Romam cum aliis epiſcopis profectus, cum ſchiſmate Petri Leonis compreſſo, ſedi ſuæ reſtituit. Exactis in pontificatu annis fere octo, beato fine quievit anno milleſimo centeſimo trigeſimo quarto, et a Gregorio decimo tertio in ſanctorum numerum relatus eſt.

℟. Prodia verbum, inſta opportune,

importune: * argue, obsecra, increpa
in omni patientia et doctrina. V. Tue
constitui te super regna, ut evellas, et
destruas, et dissipes, et dissi-
pes et plantes. * argue. V. gloria. * argue.
2. Tim. 4. ger. i.

Ad vesperas fit commemoratio sequentis.

Die VII. Junii.

S. Claudii Episcopi.

Duplex 3. lect.

Oratio Sac. amb.

Exaudi Domine populum tuum tota
libi mente subjectum, et beati Claudii
Pontificis tui supplicatione custodi: ut
quod pie credit, appetat, et quod insti sperat,
obtineat. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita apud Mabill. sec. II. Bened.

Claudius ex illustri Salinensium prin-
cipum familia originem ducens, a pa-
rentibus summa cura in Dei timore fuit
educatus. Sacris itaque litteris adprime
eruditus, abdicatis seculi voluptatibus,
Vesontionensis ecclesiæ factus est cano-
nicus. In jejuniis atque orationibus
vigilans, mortuo Vesontionensi archi-
episcopo omnium consensu suffectus est,
et familiam Domini ut fidelis servus
et prudens ferventi zelo gubernavit.
Abdicato postea pontificatu in mona-
sterio Jurensi habitum monasticum
induit, ac non multo post in defuncti
abbatis Jurensis locum exigentibus
ejus meritis successit. In monasterii

regimine maximo omnium virtutum splendore reluxit, ut non clerici solum, sed nobiles etiam, sanctam ipsius fratrumque eius audientes conversationem, ac eum confluentes eius se magisterio traderent. Cum igitur quinquaginta quinque annis partim episcopus, partim abbas sanctissime profuisset, senio et meritis plenus animam Deo reddidit, anno Christi sexcentesimo nonagesimo octavo. Cuius corpus in ecclesia sancti Eugendi usque nunc omnibus advenientibus incorruptum et integrum monstratur, innumeris miraculis gloriosum.

℟. Exeni me stola pacis, indui autem me sanctificationis: ℣. et venit mihi gaudium a Sancto. ℟. quae mihi fuerunt luctus, hoc arbitratus sum propter Christum detrimentum. ℣. et venit. ℟. gloria. ℣. venit. Baruch 4. Philip. 3.

Die IX. Junii.

SS. Primi et Feliciani Martyrum.

Simpl. 3. lect.

Oratio.

Fac nos, quaesumus Domine! sanctorum tuorum Primi et Feliciani semper festa sectari; quorum suffragiis protectionis tuae dona sentiamus. Per Dominum.

Lectio III.

Ex actis apud Bolland. et Tillemont.

Primus et Felicianus fratres Romani, ab idolorum sacerdotibus apud Diocletianum et Maximianum accusati,

omprehensi et ante imperatores adducti
unt: ubi cum fidem suam constanter
rofiterentur, ac sacrificare renuerunt,
lagris dilacerati, et Promoto iudici om-
ni tormentorum genere cruciandi tra-
ditsunt. qui eos longo tempore in carcere
ectos, cum nec minis nec blanditiis
Idolorum cultum perducere non potu-
rüs gravissimisque supplicüs torqueri,
ndemque gladio feriri precepit die
ma Junii, circa annum Christi ducen-
simum octogesimum septimum. Ce-
ebrem semper fuisse horum Martyrum
ctum, sacramentarium Gregorii, et
tiquissima Kalendaria testantur, qui-
us eorum nomina inserta leguntur.

℣. Absit a nobis, ut relinquamus Domi-
um, et serviamus diis alienis: ℟ Domi-
o Deo nostro serviemus, et obedientes
imus preceptis eius. ℣. Confitemini qui
anitur dii, sive in coelo sive in terra; nobis
men unus Deus. ℟ Domino. ℣. gloria.
Domino. Jos. 24. 1. Cor. 8.

Die XI. Junii.

S. Barnabe apostoli.

Duplex maius 12. lect.

ad I. Vesperas.

Antiphone ex matutinis.

Lectio Philip. 3.

ae mihi fuerunt lucra, hoc arbitratus
um propter Christum detrimenta: verum-
men existimo omnia detrimentum esse,
opter eminentem scientiam Jesu Christi
mini mei, propter quem omnia detrimen-

tum fecit, ut christum lucrifaciam.

℟. br. Clamavi ad te Domine * dixi, tu es spes mea:

℣. Portio mea in terra viventium. Ps. 141.

Hymnus Sanct. Clun.

1. Celo datur quiescere,
Terris relictis, Barnaba: *
Solemnis hoc affert tuis
Finem dies laboribus.

2. Quem propter agro vendito,
Opes caducas deseris: *
Magno rependit fœnore,
En fundus ipse fit tuus.

3. Tu jura per jejunia,
Interque solemnes preces, *
Jubente sancto Spiritu,
Christi crearis nuntius.

4. Pauli laborum particeps,
Consors in periculis, *
Vos unus ambo Spiritus,
Vos una junxit charitas.

5. Aterne tu verbi Pater,
Aterne Fili, par Patri: *
Et par utrique Spiritus,
Tibi Deus sit gloria. amen.

℣. Dominus pars hereditatis meæ, et calicis mei:

℟. Tu es, qui restitues hereditatem meam mihi. Ps. 15.

Ad Magnif. ant. Joseph, qui cognominatus est Barnabas ab apostolis, cum haberet agrum, vendidit eum: * Attulit pretium, et posuit ante pedes apostolorum. act. 4.

Oratio dum.

Deus, qui beatum Barnabam plenum fide et Spiritu sancto ad opus vocationis

conversionis gentium assumere dignatus
concede propitius, ut memores operis
laboris et charitatis eius, digne Evangelio
Christi, quod prædicavit, conversari mereamur. Per eundem in unitate eiusdem.

Ad vigilias nocturnas.

vit. et hymnus de communi apostolorum.

In I. Nocturno antiphonæ.

Barnabas apprehensum Saulum duxit ad apostolos; * et narravit illis, quomodo in via vidisset Dominum. act. 9.

Cum introisset Antiochiam, loquebatur ad gentes, * annuntians Dominum Jesum. act. 11.

Miserunt apostoli Barnabam usque ad Antiochiam: * qui cum pervenisset, et vidisset gratiam Dei, gavisus est. ibid.

Hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino: * quia erat vir bonus et plenus Spiritu sancto et fide. ibid.

Cum invenisset Saulum, perduxit Antiochiam: * et annum totum conversati sunt ibi in ecclesia. ibid.

Docuerunt turbam multam, * et discipuli Christiani. ibid.

Annuntiate inter gentes gloriam Domini; * omnibus populis mirabilia eius. Ps. 95.

Lectio 1.

De actibus apostolorum. cap. 13.

Ministrantibus apostolis Domino et ieiunantibus, dixit illis Spiritus sanctus: segregate mihi Saulum et Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes et orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi a Spiritu sancto abierunt Seleuciam, et inde navigaverunt Cyprum. Et

cum venissent Salaminam, prædicabant verbum Dei in synagogis Judæorum.

℟. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, ✠ et posuit in nobis verbum reconciliationis. ℣. Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos; qui dedit nobis ministerium reconciliationis. ✠ et. 2. Cor. 6.

Lectio II.

Cumque dimissa esset synagoga, secuti sunt multi Judæorum, et colentium advenarum, Paulum et Barnabam: qui loquentes suadebant eis, ut permanerent in gratia Dei. Sequenti vero Sabbato pene universa civitas convenit audire verbum Dei. Videntes autem turbas Judæi, repleti sunt zelo, et contradicebant his, quæ a Paulo dicebantur, blasphemantes. Tunc constanter Paulus et Barnabas dixerunt: vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, et indignos vos judicatis vitæ æterna, ecce convertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus: posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terræ.

℟. Auferetur a vobis regnum Dei, ✠ et dabitur genti facienti fructus ejus. ℣. Vobis primum fuit necesse, ut loqueretur verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, ecce convertimur ad gentes. ✠ et dabitur. cMatth. 21. act. 28.

Lectio III.

Audientes autem gentes gavisæ sunt, et glorificabant verbum Domini: et credidérunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Disseminabatur autem verbum Domini per universam regionem illam. Incitaverunt autem mulieres religiosas et honestas, et primos civitatis, et excitaverunt persecutionem in Paulum et Barnabam,

eiecerunt eos de finibus suis. at illi
excusso pulvere pedum in eos venerunt
conium. Discipuli quoque replebantur
gaudio et Spiritu sancto.

℣. Quicumque non receperint vos, neque
udierint vos, ✠ exeuntes inde excutite
ulverem de pedibus vestris in testimonium
bis. ℟. Populus enim ad iracundiam pro-
ocans est, et filii mendaces: filii nolentes
udire legem Dei. ✠ exeuntes. Marc. 6. Ps. 30.

Lectio IV. cap. 14.

ctum est autem Iconii, ut simul introirent
synagogam Judæorum, et loquerentur ita
t crederet Judæorum et Græcorum copiosa
ultitudo. qui vero incredduli fuerunt
doiis suscitaverunt et adiracundiam conci-
verunt animas gentium adversus fratres.
ulto igitur tempore demorati sunt fi-
ciaiter agentes in Domino, testimo-
ium perhibente verbo gratiæ suo, dante
gna et prodigia fieri per manus eorum.

℣. Per manus apostolorum fiebant sig-
a et prodigia multa in plebe, ✠ et lau-
abatur magis credentium in Domino
ultitudo. ℟. Postea Dominus meis ver-
a signorum suorum, et prodigiorum in
rra. ✠ et. ℣. Gloria. Et angebatur. ad. s.
t. 104.

In II. Nocturno antiphonæ.

Cum factus esset impetus gentium et
cos: ✠ Paulus et Barnabas confugerunt
ad civitates Lycaoniæ, et ibi evangelizan-
tes erant. act. 14.

℣. Turbæ levaverunt vocem suam dicentes: ✠
Dii similes facti hominibus descenderunt
ad nos. ibid.

℟. Vocabant Barnabam Jovem, et Paulum
Mercurium: ✠ quoniam ipse erat dux
verbi. ibid.

4. Mortales sumus, similes vobis homines, * annuntiantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum. ibid.

5. Surgens Paulus intravit civitatem, * et postera die profectus est cum Barnaba. ibid.

6. Cum evangelizassent civitati illi et docuissent multos, * reversi sunt. ibid.

℣. Annuntiaverunt opera Dei:

℟. Et facta eius intellexerunt. Ps. 63.

Lectio V.

Ex commentario sancti Joannis Chrysostomi in actus apostolorum.

Barnabas et Saulus non solum ordinati a spiritu sancto, sed etiam emissi venerunt in Antiochiam Pisidiæ. Secutus autem eos multitudo Judæi et pii advenæ, quos allocuti persuaserunt, ut manerent in gratia Dei. Videntes Judæi impleti sunt zelo, contradicentes ac blasphemantes. Hoc ipsos clariores reddebat, quod illi contradicerent. Cum fiducia vero loquentes Barnabas et Paulus dixerunt: vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, et indignos vos judicatis æterna vita, ecce convertimur ad gentes. Nec dixit: indigni estis; sed indignos vos judicatis: ut non onerosus sermo esset.

℟. Evangelium nostrum non fuit in sermone tantum, sed et in virtute, et in Spiritu sancto, et in plenitudine multa.

℣. Non enim in sermone est regnum Dei; sed in virtute. et 1. Thess. 1. 1. Cor. 4.

Lectio VI.

Quia vero repulistis illud, inquiunt, non nos; non enim in nos contumelia vestra vertitur: sed convertimur ad gentes. Multa

lenum mansuetudine hoc verbum. Non
cunt: derelinquimus vos, immanes fieri
ros, ut reverterentur. Et hoc non propter
estram contumeliam factum est, si enim
ceptum est nobis. Oportet adire gentes: ve-
mi hoc non a nobis, sed a nobis factum est,
oda nobis fieri oportebat. Si enim, in-
iunt, praecepit nobis Dominus: posuite in
em gentium ut sis in salutem, hoc est,
cognitionem quae sit ad salutem, non sin-
liter gentium, sed omnium gentium.
. Fiduciam habemus per Christum ad
um: & qui et idoneos nos fecit ministros
vi testamenti, non littera, sed spiritu.
Non quod sufficientes simus cogitare ali-
id a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia
stra ex Deo est. & qui. 2. Cor. 3.

Lectio VII.

udei vero concitaverunt mulieres religiosas,
persecutionem excitavere, id est, calum-
di sunt apostolos, de millibus eos ejecta-
. Illi excussum pulverem, et confugerunt
civitates Lycaoniae Lystram et Derben,
universam in circuitu regionem, ubi
iam furorem suum exercere licebat illis.
de gentium simplicitatem et Judaeorum
quitiam. Operibus declarabant gen-
s se dignos esse, qui audirent, sique eos
sola signa honorabant. Alii ut deos cole-
nt, alii ut perniciosos pellebant. Et
ii quidem non modo praedicationi non
ftebant, sed etiam dicebant: Hi homi-
ibus similes descenderunt ad nos. Judai
ro scandali zabantur. Vocabant quid,
arnabam Jovem, Paulum vero Mercu-
ium. Mihi videtur venerabilis aspectu
ipse Barnabas. Tentatio vero non mo-
ca ex immoderato illo studio prodiit:

verum Siam hinc Apostolorum virtus ostenditur. Et vide, quomodo omnia deo referant. Hos et nos imitemur, nihil nostrum esse putemus, quando nec ipsa quidem fides nostra est, sed dei.

℟. Christi bonus odor sumus deo in iis, qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt: † alius sumus odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam. ℣. Glorificabant gentes verbum Domini: Judei autem excitaverunt persecutionem in Paulum et Barnabam. † alius. 2. Cor. 2. act. 13.

Lectio VIII.

Ex libro sancti Hieronymi de scriptoribus ecclesiasticis.

Barnabas Cyprius, qui et Joseph, levites cum Paulo gentium Apostolus ordinatus, unam ad ædificationem ecclesiæ pertinentem epistolam composuit, quæ inter apócryphas Scripturas legitur. Hic postea propter Joannem discipulum, qui et Marcus vocabatur, separatus a Paulo, nihilominus evangelico prædicationis munus sibi opus exemit; ac multisque pro Christi fide perfunctus laboribus gloriose fine quievit. Refert Alexander Cyprius, corpus ejus in insula Cypro, Zenone imperante, fuisse repertum, adunis pectus erat evangelium Matthæi, ipsius Barnabæ manu conscriptum.

℟. Barnabas volebat secum assumere et Joannem, qui cognominabatur Marcus: * Facta est dissensio, ut discederent ab invicem, et Barnabas assumpto Marco navigaret Cyprum. ℣. Omnia propter vos, ut gratia abundans per multos abundet in gloriam Dei. * facta. ℣. gloria. * facta. act. 15. 2. Cor. 4.

In III. Nocturno.

Antiphona, Cantica et ℣. de communi.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad corinthios. cap. 9.

Non sum liber? non sum apostolus? nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi? Nonne opus meum vos estis in Domino? Si aliis non sum apostolus, sed tamen vobis sum: nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino. Mea defensio apud eos, qui me interrogant, hæc est: numquid non habemus potestatem manducandi et bibendi? Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis et sinceritate Dei conversati sumus in hoc mundo. V. Ipsi scitis, fratres, introitum nostrum ad vos, quod. 2. Cor. 1. 1. Thes. 2.

Lectio X.

Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut et ceteri apostoli et fratres Domini et Cephas? aut ego solus et Barnabas non habemus potestatem non operandi? quis militat suis stipendiis unquam? quis plantat vineam, et fructum eius non edit? aut quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat?

In quamcumque civitatem intraveritis, et susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis: dignus est enim operarius mercede sua. V. Ero officio sacerdotali ad pacificandum, ut sint hostiæ acceptabiles et sanctificentur oblata sancto. Dignus. Luc. 10. et Num. 10.

Lectio XI.

Numquid secundum hominem hæc dico? aut non et lex hæc dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: non alligabis os bovi triturant. Numquid de bobus cura est Deo? an propter nos utique hæc dicit? Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe, qui arat, arare, et qui triturat, in spe fructus percipiendi. Si nos vobis spiritualia semi-

navimus, magnum est, si nos carnalia ve-
stra metamus?

℟. Memores estis laboris nostri & fatiga-
tionis: * nocte ac die operantes, ne quem
vestrum gravaremus, prædicavimus in vobis
Evangelium Dei. ℣. Gratis panem non man-
ducavimus ab aliquo, sed in labore & fatiga-
tione. * nocte. j. Thes. 2. 2. Thes. 3.

Lectio XII.

Si alii potestatis vestræ participes sunt, quare
non potius nos? Sed non usi sumus hac po-
testate, sed omnia sustinemus, ne quod
offendiculum demus evangelio Christi.
Videtis, quoniam qui in sacrario ope-
rantur, quæ de sacrario sunt, edunt: et
qui altari deserviunt, cum altari parti-
cipant? Sic et Dominus ordinavit his, qui
Evangelium annuntiant, de Evangelio
vivere: ego autem nullo horum usus sum.
℟. Sicut probati sumus a Deo, ut credere-
tur nobis Evangelium, ita loquimur, non
quasi hominibus placentes, sed Deo * qui
probat corda nostra. ℣. Non fuimus ali-
quando in sermone adulationis, sicut
scitis; neque in occasione avaritiæ, Deus
testis est. * qui. ℣. Gloria. qui. j. Thes. 2.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthæum. cap. 10.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis:
ecce ego mitto vos in medio luporum: estote
ergo prudentes sicut serpentes, et simplices
sicut columbæ. Cavete autem ab hominibus.
Tradent enim vos in conciliis, et in synagogis
suis flagellabunt vos. et ad præsides et ad
reges ducemini propter me, in testimonium
illis et gentibus. Cum autem tradent vos,
nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini.
Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus

fratris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium: et insurgent filii in parentes, et morte eos afficient; et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

Ad Laudes matutinas et horas antiphona.

Barnabas et Paulus cum constituissent per singulas ecclesias presbyteros, * commendaverunt eos Domino, in quem crediderunt. act. 14.

Tradidit gratiæ Dei in opus, quod compleverunt retulerunt, quanta fecisset Deus cum illis: * et quia aperuisset gentibus ostium fidei. ibid.

Placuit apostolis et senioribus viros mittere Antiochiam cum Paulo et Barnaba, * scribentes per manus eorum. act. 15.

Ad Laudes. Paulus et Barnabas demorabantur antiochiæ, * docentes et evangelizantes verbum Domini. ibid.

Cum venissent Jerosolymam suscepti sunt ab ecclesia, * narrantes, quanta Deus fecisset cum illis. ibid.

Lectio act. 15.

Deus visitavit sumere ex gentibus populum nomini suo; et huic concordant verba prophetarum, sicut scriptum est: requirant cæteri hominum Dominum, et omnes gentes, super quas invocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hoc.

Ad Br. Confitebimur tibi Deus. * Et invocabimus nomen tuum:

℣. Narrabimus mirabilia tua. Ps. 74.

Hymnus: Quem misit, de communi.

℣. Narraverunt laudes Domini et virtutes ejus.

℟. Et mirabilia ejus, quæ fecit. Ps. 77.

Ad Magnif. ant. Audiebant apostoli Paulum et Barnabam narrantes, * quanta Deus

feiſpel ſigna et prodigia in gentibus per eos.
act. 15.

Oratio ex 1. Vesperis.

Ad Tertiam. Lectio Eph. 3.

Revelatum eſt ſanctis apoſtolis et prophetis
in ſpiritu, gentes eſſe coherides, et concorpo-
rales, et comparticipes promiſſionis dei
in Chriſto Jeſu per Evangelium.
℣. In conſpectu gentium revelavit juſti-
tiam ſuam:
℟. Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ. Pſ. 97.

Ad Sextam. Lectio Rom. 1.

Per Jeſum Chriſtum accepimus gratiam et
apoſtolatum ad obediendum fidei in omni-
bus gentibus pro nomine ejus.
℣. Confirmata eſt ſuper nos miſericordia domini;
℟. Et veritas ejus manet in æternum. Pſ. 116.

Ad Nonam. Lectio. 2. Cor. 4.

Abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes
in aſtutia, neque adulterantes verbum dei; ſed
in manifeſtatione veritatis, commendantes nos-
metipſos ad omnem conſcientiam hominum
coram deo.
℣. In Deo laudabimur tota die:
℟. Et in nomine tuo confitebimur in ſæculum. Pſ. 43.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex matutinis.

Lectio 2. Cor. 2.

Deo gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto
Jeſu, et odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per
nos in omni loco.
℣. Non nobis Domine, ✠ ſed nomini tuo da
gloriam:
℟. Super miſericordia tua, et veritate tua. Pſ. 113.

Hymnus ex 1. Vesperis.

℣. Dedisti nos tanquam oves eſcarum:
℟. Et in gentibus diſperſiſti nos. Pſ. 43.

Ad Magnif. ant. Barnabas et Paulus tradide
runt animas ſuas, ✠ pro nomine Domini
noſtri Jeſu Chriſti. act. 15.

Et fit commemoratio ſequentis.

Die XII. Junii.

S. Basilidis, Cyrini, Nabor et Nazarii
Martyrum.
Simpl. 3. lect.
Oratio Sacr. Greg.

Deus, qui nos annua sanctorum Martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Nabor et Nazarii nos, Domine, quaesumus, intercessio gloriosa commendet: ut quod nostris actibus non meremur, eorum precibus consequamur. Per Dominum.

Lectio III.
Ex brev. Rom. et Bolland.

Basilides, Cyrinus, Nabor et Nazarius, Romani milites in exercitu Maxentii Imperatoris, cum nullum alium esse Deum praedicaret, quam illum Christianorum, ab Aurelio urbis praefecto comprehensi sunt, ut Diis sacrificarent; Deum facere constanter detestarentur, conjecti sunt in carcerem. Exinde ante Imperatorem adducti, quod plures sua praedicatione Christi fidem perduxissent, scorpionibus caesi, rursum carceri mancipantur, e quo post septem menses educti ob constantissimam fidei confessionem capite truncati sunt, eorumque corpora honorifice a Christianis sepulta, gesta vero Sacramentario Gregorii inserta.

℣. In nullo terreamini ab adversariis, ℟. quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro eo patiamini. ℣. Confortamini, et non debilitentur manus vestrae, erit enim merces operi vestro. ℟. quia. ℣. Gloria. ℟. quia.
2. Paralip. 15.

Die XIII. Junii.

S. Antonii Paduani Confessoris.
Duplex 3. lect.
Omnia de communi Confessorum.
Oratio Brev. Rom.

Ecclesiam tuam, Deus, beati Antonii Confessoris tui solemnitas votiva laetificet: ut

Spiritualibus semper muniatur auxiliis; et gaudiis perfrui mereatur aeternis. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per anonymum scripta apud Bol.

Antonius in Lusitania natus, et a parentibus pie educatus, mundi laqueos evitare cupiens maiore Canonicorum Regularium institutum suscepit, ubi piis exercitiis ac virgi sacrarum Scripturarum meditationi intendebat. Inde ad ordinem Minorum nuper ad modum fundatum transiens, et sacris ordinibus initiatus, Theologiam docere iussus est, ad hoc ipsa sancto Francisco monito, summopere caveret, ne amore studiorum spiritum orationis extingueret. Demandata filii verbi divini prodicandi provincia adeo strenue defunctus est, ut ex uberrimo sanctarum litterarum thesauro utilissima quoque et maxime accommoda proferret, quibus innumeros fere tum haereticos, tum maximos omnium flagitiorum peccatores ad meliorem frugem reduxit: dignus, quem Gregorius nonus prodicantem audiens arcam testamenti appellaret. Non auribus adulabatur, nec cordibus, sed sine personarum acceptione grassantia ubique vitia ea libertate ac zelo debellabat, ut primus apostolorum Martyrumque vigor in ipso revixisse videretur. Cum igitur verbis et signis pro gloria Dei, et animarum salute impigre laboraret, felicem laborum suorum fructum beata morte promeruit Patavii, anno Christi millesimo ducentesimo trigesimo primo, anno sequente ab eodem Pontifice sanctorum fastis inserbus.

℣. Qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum vere: ℟ numquid non verba mea sunt quasi ignis, et quasi malleus conterens petram? ℣. Ecce dedi verba mea in ore: ut evellas, et destruas, et dissipes, et plantes. ℟ numquid. ℣. Gloria. ℟ numquid. Jer. 23. et 1.

In vesperis fit commemoratio sequentis.

Die XIV. Junii.

S. Basilii Episcopi Doctoris.

Duplex 3. lect.

De communi Doctorum.

Oratio dum.

cata Domine, intercedente beato Basilio
nore tuo atque Pontifice, tuorum corda
delium: ut sacris intenta doctrinis, cog-
ligant, quod sequantur, et sequendo fide-
ter apprehendant. Per Dominum.

Lectio II.

Ex S. Basilii scriptis, aliisque auctoribus.

silius Cesareæ in Cappadocia natus, prop-
doctrinæ morum excellentiam cognomen
Magnus, jam inde ab infantia ab avia
arina in recta fide institutus, quam illa
Gregorio Thaumaturgo Neocesariensi
iscopo acceperat. Ab Eusebio Cesareæ in Cap-
docia episcopo presbyter, licet invitus, ordi-
natus, ob cujus postea malevolum in se animum
Pontum solitudinem se recepit. Inde aliquan-
post Cesaream revocatus est, ut Eusebium
persecutione Valentis Imperatoris ariani
rantem, in ecclesiæ administratione in-
ret. In summa annonæ caritate pauperes
Cesareæ in unum coactos sustentavit: basi-
ibus etiam manibus cibos ministrans,
os verbi divini pabulo condiebat. Eusebio
ter manus ejus defuncto subrogatus, eccle-
m orientalem hæresi, et gravissimis inter
los orthodoxos dissensionibus exagitatam
care aggressus, ad Athanasium confugit,
auxilium ab occidente impetrandum
ro scirent, arianis statutum esse, eum ex-
lere, ac Cesariensem ecclesiam occupare,
spiritum verbo Deum appellare, ad tempus
voce abstinuit, neque non pulans cam-
per in ore habere, modo in tuto esset sen-
tia voci subjecta. quam œconomiam
a David Athanasius.

Hæc dedifacientem tuam valentiorem facie-

bus eorum, ut adamantem dedi faciem tuam: * ne timeas eos, neque metuas a facie eorum. V. Omnes sermones meos assume in corde tuo, et loquéris ad eos. * ne. Ezech. 3.

Lectio III.

Valente iterum in catholicos saeviente, Modestum eius professum extrema sibi minante, tanta libertate repressit, ut perterritus ille dixerit: nemo me ad hanc usque diem ita est allocutus, nec pari verborum libertate. Cui Basilius: neque enim fortasse in Episcopum incidisti. admiratus Valentem adit: Imperator, inquiens, ab huius ecclesiæ antistite victissimus, minis superior est, sermonibus firmior, verborum blanditiis fortior. His perculsus Valens semel iterumque venit in ecclesiam, ut Basilio factam iniuriam sarciat. Dona abeo oblata accepit Basilius, plus consulens ecclesiæ paci, quam legum ecclesiasticarum severitati. Cum postea instantibus arianis Basilium relegare statuisset, etiam exilii decreto eo set subscripturus, manum eius Deus mirabiliter inhibuit. Modestum ingravescente morbo, ut sibi ignosceret deprecantem, sanitati restituit. Monachis leges sanctissimas, longe ecclesiæ probatas, et a sancto Benedicto quoque commendatas posuit. Virginibus Deo sacris coenobia erexit, et pauperibus excipiendis alendisque amplissimam domum exstruxit. Nihil propter labores continuos de vita asperitate remisit. Stratus erat humi lectulus; assidua vigilia, panis et sal pro obsonio, et aqua propotus. Contractis ex hac vivendi ratione gravibus morbis confectus obiit prima die Januarii, anno trecentesimo septuagesimo nono. Qui paullo post obitum consecratum fuisse festum diem, refert eius frater sanctus Gregorius Nyssenus.

℣. Scient omnes, quia ego dilexi te: ✱ quoniam servasti verbum patientiæ meæ, et ego servabo te ab hora tentationis. ℣. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. ✱ quoniam. ℣. Gloria. ✱ quoniam. apoc. 3. 2. Tim. 4.

Ad vesperas fit commemoratio sequentis.

Die XV. Junii.

SS. Viti, Modesti et Crescentiæ Martyrum.

Duplex 3. lect.

Oratio Sacr. Gelas.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus Domine, intercedentibus sanctis et Martyribus tuis Vito, Modesto atque Crescentia intercedentibus, superbe non sapere, sed tibi placita humiliter proficere: ut prava deserentes, quæcumque recta sunt, libera exerceat caritate. Per Dominum.

Lectio III.

Ex brev. Paris. aliisque.

Vitus admodum puer, nobili genere in Sicilia natus, et a Modesto eiusque coniuge Crescentia educatus, et in fide Christi instructus est. quod indigne ferens pater gentilis, eum ad idola reducere non potest, iudicii eundum tradere statuit. Sed Vitus fugit cum educatoribus suis subduxit, atque Lucaniam venit, ubi sub Diocletiano et Maximiano Imperatoribus gloriosi martirii palmam sunt consecuti, eorumque corpora honorifice a Christianis sepulta, postea Romam translata, inde in varias Galliæ et Germaniæ ecclesias illata.

℣. Tradiderunt corpora sua, ✱ ne servirent, et ne adorarent omnem deum, excepto Deo suo. ℣. Constantes effecti sunt, et pro legibus mori parati. ✱ ne servirent.

℣. Gloria. * ne servirent. Dan. 3. 2. Mach. 8.

Die XVIII. Junii.

S. Marci & Marcelliani Martyrum.

Simpl. 3. lect.

Oratio Sac. Greg.

Præsta, quæsumus, Omnipotens Deus: ut, qui Sanctorum Martyrum tuorum Marci & Marcelliani natalicia colimus; a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex actis apud Tillemontium.

Marcus & Marcellianus fratres, nobiles Romani, patre gentili, ab infantia in Jesu Christi fide instructi & educati sunt. Imperante Diocletiano, a Chromatio urbis præfecto comprehensi, & in Christiana fidei professione constantes, flagellis cæsi ac capitis damnati sunt. Sed cum pater eorum Judici promisisset, se effecturum, ut imperata facerent, supplicio dilato carceri mancipantur. Filia parentibus diu multumque tentatis, ut curata Christi fide Imperatorum jussis obtemperarent, constantissime restiterunt. Tandem victas jam continuis precibus & lacrymis datueri manus a sancto Sebastiano in fide rursus confirmati, parentibus quoque cum tota familia ad Christum conversis, a Fabiano judice ad stipitem alligati, pedesque clavis transfixi sunt. Quo in supplicio noctem dieinque divinas laudes cum jubilo canentes perstiterunt, ac demum in fidei confessione immobiles, lancearum cuspidibus transfixi vitam temporalem perdentes, ad gloriosi martyrii

…el manu pervenerunt circa annum Do-
…ini ducentesimum octogesimum sextum.

℣. Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. ℟. Qui non baiulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discipulus. ℣. Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem plus quam me, non est me dignus. ℟. Videte, ne quis vos decipiat secundum elementa mundi, et non secundum Christum. ℣. Qui …

℣. Gloria. ℟. Qui amat. Matth. 10. Colos. 2.

Officium de sequente sine commemoratione.

Die XIX. Junii.

S. Romualdi abbatis.

Duplex 3. lect.

Oratio Clun.

Omnipotens sempiterne Deus, terrena …rote calcantium merces magna nimis: …a nobis exemplo et intercessione beati …omualdi abbatis, cuius hodie solemnia …elebramus, temporalia omnia despicere, …adaterna tota mentis intentione fe…linare. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per S. Petrum Damianum scripta.

…omualdus Ravenno nobili genere orbus, …dolescens in propinquum Classense mona…rium agendo poenitentiae causa secessit, …i eoque monasticum habitum sub regula …ancti Benedicti assumsit. Sed remissam …ivendi formam perhospes ad Marinum …veriore disciplina celebrem se contulit, …ad arctam et sublimem perfectionis vi…am eo duce ac magistro usus est. Exinde …e virtute in virtutem progressus, plu…imos a seculi vanitate conversos ad …monastico vitae desiderium accendit, …atque cum eis ordinem Camaldulensium …ub eiusdem sancti Benedicti regula

Co.

instituit, et collapsam in Italia eremiticam disciplinam restituit ac mirifice propagavit. Ex discipulis suis plures ad prædicandum Christi Evangelium misit, martyrii etiam gloria insignes. Contra vitia vehementissime in Episcopos, nobiles, et negligentes præcipue monachos, nullo habito personarum respectu, invehebatur, plures propterea persecutiones in se suisque perpessus. Demum acerrimus hui disciplinæ regularis vindex sancte in Domino quievit anno millesimo vigesimo septimo, die decima nona Junii, centum viginti annos natus; ex quibus viginti in sæculo, tres in monasterio reliquos in eremo transegit.

℟. Omnis, qui in agone contendit, abstinet se: ℣. ego castigo corpus meum, et in servitutem redigo. ℟. a juventute mea investigabam sapientiam: collætata est anima mea in illa, et in faciendo eam confirmatus sum. ℣. ego. ℟. gloria. ℣. ego. 1. Cor. 9. Vulg. 61.

In vesperis commemoratio sequentis.

Die XX. Junii.

S. Gervasii et Protasii Martyrum.
Semiduplex d. cert.

Oratio Sac. Leon.

Benedic, quæsumus, Domine plebem tuam: et sanctorum Martyrum tuorum Gervasii et Protasii deprecationibus confidentem tribue consequi, quod sperare donasti. Per Dominum.

Lectio II.

Ex epistola sancti Ambrosii Episcopi ad Marcellinam sororem. Ep. 22.

Principes populi quos alios, nisi sanctos Martyres æstimare debemus? quorum jam in numerum diu ante ignorati

olasius Gervasiusque proferuntur,
sterilem Martyribus ecclesiam Ne-
la nenfemiam plurimorum matrem
iorum lætari passionis proprio fe-
int et titulis et exemplis. Cognovistis,
mo vidistis ipsi multos a dæmoniis
rgatos: plurimos etiam, ubi vestem
ntorum manibus contigerunt, iis
ibus laborabant, debilitatibus absо-
los. Quanta oraria iactitantur? quan-
indumenta super Reliquias sacratis-
as, et tactu ipso medicabilia reposum-
r? Gaudent omnes extrema linea con-
gere; et qui contigerit, salvus erit.
les ego amabo defensores, tales milites
beo, hoc est, non seculi milites, sed mili-
Christi. Eruuntur nobiles Reliquiæ
epulcro ignobili, ostenduntur cœlestro-
a. Sanguine tumulus madet, apparent
oris triumphales notæ; inviolato Re-
mio loco suo et ordine reperto, avulsum
meris caput. Nunc senes, repetunt, an-
hesc aliquando horum Martyrum no-
ina, titulumque legisse.

. Ego consolabor vos: videbitis, et gaude-
t cor vestrum, et ossa vestra quasi herba
rminabunt; et cognoscetur manus Domi-
servis eius. V. Ite ego aperiam tumulos
estros, et educam vos de sepulcris. et ossa.
a. 66. Ezech. 37.

Lectio III.

Cucedant victimæ triumphales in locum,
bi Christus hostia est. Sedilia super altare,
i pro omnibus passus est: isti sub altari,
i illius redempti sunt passione. Hunc
go locum prædestinaveram mihi; dig-
um est enim, ut ibi requiescat sacerdos,
bi offerre consuevit: sed cedo sacris victi-
is dexteram portionem; locus iste Mar-
ribus debebatur. Negant Charchii locum

illuminatum, sed ille non negat se sanatum. Haec dicit: caecus esse desivi, et probat facto. Ipsi beneficium negant, qui factum negare non possunt. Vetus homo est, publicis, cum valeret, municipatus obsequiis. Vocat ad testimonium homines, quorum ante fustentabatur obsequiis. Clamat, quia ut contigit fimbriam de veste Martyrum, quae sacro Religuio vestiuntur, redditum sibi lumen sit. Sed quero, quid non credant, utrum a Martyribus possint aliqui visitari? Hoc est Christo non credere; ipse enim dixit: Et maiora horum facietis. Si a Martyribus invident, ostendunt, alterius fidei fuisse Martyres, quam ipsi credunt. Neque enim aliter eorum operibus invideret, nisi fidem in his fuisse eam, quam ipsi non habent, iudicarent.

℟. Amen dico vobis, ✠ qui credidit in me, opera quae ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet. ℣. Non possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate. ✠ qui credit. ℣. gloria. ✠ qui credit. Joan. 14. 2. Cor. 13.

Vespera de sequenti, commemoratio praedictis.

Die XXI. Junii.

S. Irenaei Episcopi et Martyris.

Duplex 3. lect.

Oratio Sac. greg.

Deus, cuius gratia beatum Irenaeum in Sacerdotem elegit, doctrina ad praedicandum erudiit, potentia ad perseverandum confirmavit: da nobis ex eius imitatione populum Christianum et instituere vivendi exemplo, et cum opus fuerit, confirmare patiendo. Per Dominum.

Lectio III.

ex libro Sancti Hieronymi Presbyteri
de scriptoribus ecclesiasticis.

enaeus Pothinii, qui Lugdunensem in Gal-
a regebat ecclesiam, presbyter, a Martyri-
s eiusdem loci ob quasdam ecclesiae quaestio-
s legatus Romam missus, honorificas
ro nomine suo ad Eleutherium Episcopum
fert litteras. Postea iam Potino prope
nagenario ob Christum martyrio coronato,
locum eius substituitur. Constat autem
Pothinum fuisse discipulum Papiae Hie-
adversus haereses libros, et contra gentes
lumen breve, et de disciplina aliud, et
Marcianum fratrem de apostolica prodi-
tione, et librum variorum tractatuum,
ad Blastum de schismate, et ad Flori-
m de monarchia, sive quod Deus non sit
ditor malorum, et de octava egregium
mmentarium. Feruntur eius et alio ad
Florem Episcopum Romanum de quaestione
scho epistolae, in quibus commonet, eum
n facile debere unitatem collegii scindere.
orruit maxime sub commodo principe,
i Marco Antonino vero in imperium
ueperat. Hucusque Hieronymus. Diversis
idem poenis affectus, pro Christo marty-
um fulsit, circa annum ducentesimum
undum. Hunc ut primum Patrum
linorum, ut emulatorem testamenti
risti commendant Martyres Lugdunenses
sua ad Eleutherium papam epistola.
et Hieronymus in caput sexagesimum
arthum Isaiae eum virum apostolicum,
iscopum et Martyrem apellat.

. Qui vicerit, faciam illum columnam
templo Dei mei: et N. scribam super
m nomen Dei mei. V. Qui fecerit et
ucerit, hic magnus vocabitur in regno

coelorum. ℟ Adscribam. ℣. gloria. ℟ Scribam. apoc. 3. Matth. 5.

In Vesperis commemoratio sequentis.

Die XXII. Junii.

S. Paulini Nolani Episcopi.

Semid. 3. lect.

Oratio Sac. Ambros.

Omnipotens, et misericors Deus, qui beatum Paulinum Pontificem misericordiæ operibus tua gratia fecundasti: da, quæsumus, ut eius exemplis egentium necessitatibus succurrentes, misericordiam tuam consequamur. Per Dominum.

Lectio III.

Vita S. Paulini ex eius operibus.

Hieron. augustl. f.

Paulinus consulari et patricio genere natus haud procul a Burdigala, rhetoricis et poeticis artibus ab Ausonio institutus et S. Patrimonio peramplo potitus, ac in ipso juventutis flore consulatum consecutus uxorem duxit. Circa annum vitæ suæ trigesimum sextum baptizatus, erogatis in pauperes facultatibus, in Hispaniam secessit. Barcinone, factione cum multitudinis impetu, presbyterum se ordinari passus est, ea lege, ut ecclesiæ Barcinonensi non alligaretur. Inde in Italiam profectus est, ut Nolæ ad tumulum sancti Felicis religionum vitæ Deo serviret, ubi monachi vitam agens, eiusdem civitatis episcopatum suscipere coactus est. Vastantibus postea Nolam Gothis, Paulinus ex opulentissimo divite, ut sanctus Augustinus scribit, voluntate pauperrimus, scopio fissime sanctus, cum ab eis teneretur, sim corde suo precabatur: Domine, non excrucier

ropter aurum et argentum: ubi enim
il omnia mea, tu scis. Tandem cum lateram
lore correptus esset pavimentum, in quo iacebat,
ro motu contremuit: ac paullo post animam
reddit anno salutis quadringentesimo tri-
simo primo. Multa eleganter ac pie scripsit
rsibus et soluta oratione. Hunc Sanctus
artinus Discipulis imitandum proponebat,
unque seculum felix indicabat sanctae fidei
ibusque documento. Hunc et Sanctus Hie-
nymus ferventissimo fidei presbyterum
pellabat, aliique Patres passim suis lau-
ibus celebrarunt.

. Stabilita sunt bona illius in Domino: ℣
℟ eleemosynas illius enarrabit omnis
clesia Sanctorum. ℣. Beatus dives, qui
ventus est sine macula, et qui post aurum
n abiit: erit illi gloria aeterna. ℟ et. ℣. Glo-
. ℟ eleemos. Euli. 31.

Die XXIII. Junii.

Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptistae.

Simpl. s. lect.

Ut in psalterio.

Lectio III.

Sermo Sancti Ambrosii Episcopi.

L. 1. in Lucam.

et nos Scriptura divina, non solum no-
s in us, qui praedicabiles sunt, sed etiam
rentes oportere laudari; ut velut transi-
ipa immaculatae puritatis heredibus,
us, quos volumus laudare, praecellat.
id enim alia intentio Sancti Evangelistae:
si ut Sanctus Joannes Baptista nobili-
tur parentibus, miraculis, moribus, mu-
ere, passione? Sic etiam Sancti Samuel
ater Anna laudatur: sic Isaac a paren-
ius nobilitatem pietatis auxit. Sacerdos
que Zacharias, nec solum sacerdos, sed
iam de vice abia, id est, nobilis inter supe-
res familias. Et uxor, inquit, eius de

filiabus Aaron. Non solum igitur a parentibus, sed etiam a maioribus sancti Joannis nobilitas propagatur, non seculari potestate sublimis, sed religionis functione venerabilis. Tales enim maiores habere debuit prenuntius Christi, ut non repente conceptam, sed a maioribus acceptam, et ipse infusam iure natura predicare fidem dominici videretur adventus.

℟. Vidit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium: ✝ et ✝ videbunt omnes fines terre salutare dei nostri. ℣. Ecce ego mitto angelum meum, et preparabit viam ante faciem meam. ✝ et videbunt. ℣. gloria. ✝ videbunt. Ps. 52. Mal. 3.

Oratio Sacr. Greg.

Presta, quesumus, omnipotens Deus: ut familia tua per viam salutis incedat; et beati Joannis Precursoris hortamenta sectando, ad eum, quem prodixit, secura perveniat Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum; qui.

Si in hac vigilia occurrat Festum SS. Corporis christi, nihil de ea fit in officio, et ieiunium anticipatur feria quarta. Infra octavam autem dicti festi, fit tantum commemoratio de vigilia, et in choro dicuntur duo Nipo, una de vigilia, altera de octava.

Die XXIV. Junii.

Nativitas S. Joannis Baptiste.

Festivitas I. classis. 12. Lect.

Cum Octava minore.

Ad I. Vesperas. antiphona.

℣. Cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis sue, ✝ apparuit illi angelus Domini, stans a dextris altaris incensi. Luc. 1.

℣. Ne timeas, Zacharia; exaudita est deprecatio tua: ℟. et uxor tua Elisabeth pariet tibi filium. ibid.

℣. Vocabis nomen eius Joannem; et erit gaudium tibi et exultatio: ℟. et multi in nativitate eius gaudebunt. ibid.

℣. Vinum et siceram non bibet: ℟. et Spiritu sancto replebitur adhuc in utero matris suo. ibid.

Lectio Malach. 4.

Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini; et convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum.

℟. De ventre matris meæ ℟ Deus meus es tu Domine:
Jn te proiectus sum ex utero. ℣. 21.

Hymnus Brev. Rom.

Ut queant laxis resonare fibris
Mira gestorum famuli tuorum: ℟
Solve polluti labii reatum
Sancte Joannes.

Nuntius celso veniens Olympo
Te patri magnum fore nasciturum, ℟
Nomen, et vitæ seriem gerendæ
Ordine promit.

Ille promissi dubius superni
Perdidit promto modulos loquelæ: ℟
Sed reformasti genitus peremto
Organa voci.

Ventris obstruso recubans cubili
Senserat Regem thalamo manentem: ℟
Hinc parens nati meritis uterque
Abdita pandit.

Laus sit æterno Deitati Trinæ,
Quæ novam mundo paritura lucem: ℟
Præviam Soli voluit Joannem
Surgere finem. amen.

℣. Tu es, qui extraxisti me de ventre;
Spes mea ab uberibus matris meæ. ℣. 21.

Ad Magnif. ant. Dixit Zacharias ad angelum, unde hoc sciam? ✠ Et respondens angelus dixit: ecce non poteris loqui usque in diem, quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis. Luc. j.

Oratio Sac. Gelas.

Præsta, quæsumus, Domine: ut populus tuus ad plenæ devotionis effectum beati Joannis Baptistæ natalitius præparetur; quem promisisti Filio tuo parare plebem perfectam. qui tecum vivit.

Ad Vigilias Nocturnas.

Invit. Agnum Dei, quem Joannes demonstravit, ✠ venite adoremus. Joan. j.

Hymnus Brev. Rom.

1. Antra deserti teneris sub annis,
Civium turmas fugiens, petisti: ✠
Ne levi posses maculare vitam
Crimine linguæ.

2. Prebuit durum tegumen camelus
Artubus sacris, stropharium bidentes: ✠
Et latex haustum, sociata pastum
Mella locustis.

3. Cæteri tantum cecinere vatum
Corde præsago imbar adventurum: ✠
Tu quidem mundi scelus auferentem
Judice prodis.

4. Non fuit vasti spatium per orbis
Sanctior quisquam genitus Joanne: ✠
Qui nefas sceli meruit lavantem
Tingere lymphis.

5. Laus sit æterno tua Trinitati,
Cui novam mundo paritura lucem, ✠
Proprium Soli voluit Joannem
Surgere finis. amen.

In I. Nocturno antiphona.

Zacharias & uxor illius Elisabeth erant justi ante Deum: * incedentes in omnibus mandatis et justificationibus Domini. Luc. j.

Non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis; * et ambo processissent in diebus suis. ibid.

Elisabeth concepit filium in senectute sua: * quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. ibid.

Sic fecit mihi Dominus in diebus, * quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. ibid.

Elisabeth impletum est tempus pariendi, * et peperit filium. ibid.

Audierunt omnes, qui audierant, in corde suo dicentes: quis putas puer iste erit? etenim manus Domini erat cum illo. ibid.

Domine spes mea a juventute mea: In te confirmatus sum ex utero. Ps. 70.

Lectio I.

De Isaia Propheta. cap. 49.

Audite insulæ, et attendite populi de longe: Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum; in umbra manus suæ protexit me, et posuit me sicut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me. Et dixit mihi: Servus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et nunc dicit Dominus, formans me ex utero servum sibi, ut reducam Jacob ad eum, et Israel non congregabitur: et glorificatus sum in oculis Domini, et Deus meus factus est fortitudo mea.

℣. Erit magnus coram Domino, et Spiritu

Sancto repplebitur adhuc ex utero matris suæ: ✠ et multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum. ℣. os meum annuntiabit justitiam tuam, tota die salutare tuum. ✠ et multos. Luc. j. Ps. 70.

Lectio II.

Et dixit: parum est, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, et fæces Israel convertendas. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. Hæc dicit Dominus Redemptor Israel, sanctus ejus, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad servum dominorum: reges videbunt, et consurgent principes, et adorabunt propter Dominum, quia fidelis est, et sanctum Israel, quia te elegit.

℟. A ventre matris consecratus est prophetæ, ✠ evellere, et eruere, et perdere, et iterum ædificare et renovare. ℣. ad gentem falsam mittam illum, et contra populum furoris mei mandabo illi. ✠ evellere. Jud. 19. Isa. 10.

Lectio III.

Hæc dicit Dominus: in tempore placido exaudivi te, et in die salutis auxiliatus sum tui: et servavi te, et dedite in fœdus populi, ut suscitares terram, et possideres hereditates dissipatas; ut diceres his, qui vincti sunt: exite; et his qui in tenebris: revelamini. Super vias pascentur, et in omnibus planis pascua eorum. Non esurient, neque sitient, et non percutiet eos æstus et sol: quia miserator eorum reget eos, et ad fontes aquarum potabit eos. Et ponam omnes montes meos viam, et semita ~~meo~~ mea exaltabuntur.

e. In novissimis diebus eris, et adducam
e super terram meam: ℣. ut sciant gentes
me, cum sanctificatus fuero in te in oculis
orum. ℣. ante faciem meam stabis;
quasi os meum eris. ℟. ut. Ezech. 38.
v. 16.

Lectio IV.

De Jeremia prophetа. cap. j.

Factum est verbum Domini ad me
ens: priusquam formarem te in ute-
, novi te: et antequam exires de vulva,
ctificavi te, et prophetam in gentibus
di te. Et dixi: a aa Domine Deus: ecce
cio loqui, quia puer ego sum. Et dixit
minus ad me: noli dicere, puer sum;
oniam ad omnia, quæ mittam te, ibis;
universa, quæcunque mandavero tibi,
ueris. Ne timeas a facie eorum, quia
um ego sum, ut eruam te, dicit Domi-
s. Et misit Dominus manum suam,
tetigit os meum; et dixit Dominus ad
: ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce
stitui te hodie super gentes, et super reg-
, ut evellas, et destruas, et dissipes,
difices, et plantes.

Prophetam suscitabo eis de medio
atrum suorum, ℟. et ℣. ponam verba
a in ore eius, loquenturque ad eos omnia,
e præcepero illi. ℣. Vocabis nomen
us Joannem, et multi in nativitate
us gaudebunt. ℟. et ponam. ℣. gloriа.
ponam. Deut. 18. Luc. j.

In II. Nocturno antiphona.

Puer crescebat, et confortabatur spiritu: ℟.
et erat in desertis usque in diem osten-
tionis suæ ad Israel. Luc. j.

Erat vestitus pilis camelorum, et

Zona pellicea circa lumbos eius: ℟ Locustas, et mel silvestre edebat. Marc. j.

3. Venit Joannes Baptista prædicans in deserto Judæ et dicens: ℟ pœnitentiam agite; adpropinquavit enim regnum cœlorum. Matth. 3.

4. Egrediebatur ad eum omnis Judæa regio, ℟ et baptizabantur ab eo in Jordanis flumine, confitentes peccata sua. Marc. j.

5. Dixit Joannes Pharisæis: progenies viperarum, ℟ quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? Matth. 3.

6. Prædicabat dicens: venit fortior me post me: ℟ cuius non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum eius. Marc. j.

℣. Ego servus tuus Domine,
℟. Et filius ancillæ tuæ. Ps. 115.

Lectio V.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.

Serm. 293. nov. ed.

Sancti Joannis solemnitatem celebramus, quanta est gloria indicis, si tanta est præconis? qualis est venturus via, si talis est, qui præparat viam? Nativitatem Joannis quodam modo consecratam observatam scimus: nec invenitur ullus in Patribus, cuius nativitatem solemniter celebremus: celebramus Joannis, celebramus et Christi: hoc vacare non potest, et si forte a nobis pro tanta rei dignitate minus explicatur, fructuosius tamen et actius cogitatur. Nascitur Joannes de anicula sterili, nascitur Christus de iuvencula virgine. Joannem parit sterilitas, Christum integritas. In nativitate Joannis ætas congrua non erat parentalis, in nativitate Christi complexus non erat

ritatis. Jde angelo prædicante nunciatur,
e angelo nuntiante concipitur.
. Concepit Elisabeth, abscondebat se men-
ibus quinque, dicens: * quia sic fecit mihi
minus in diebus, quibus respexit auferre
opprobrium meum inter homines. V.
exaltabitur sicut unicornis cornu meum;
senectus mea in misericordia uberi.
ma. Luc. j. Bf. 91.

Lectio VI.

idetur Joannes interiectus quidam limes
Tamentorum duorum, veteris & novi.
m eum esse, ut dixi quodam modo limitem,
minus ipse testatur dicens: lex & pro-
eta usque ad Joannem Baptistam. Sus-
et ergo personam vetustatis, & proce-
ium novitatis: propter personam ve-
tatis de senibus nascitur: propter per-
nam novitatis in visceribus matris pro-
eta declaratur. Nondum enim natus,
lante Maria adventum exultavit in
ero matris. Jam ibi designatus erat,
ignatus antequam natus: cuius pre-
sor esset ostenditur, antequam ab eo vi-
etur. Divina sunt hæc, & mensuram
mana fragilitatis excedunt. Postremo
scitur, accipit nomen, lingua solvitur
tris.
. Elisabeth impletum est tempus pariendi
& peperit filium: * & audierunt vicini
cognati eius, quia magnificavit Domi-
us misericordiam suam cum illa, & con-
atulabantur ei. V. quis sicut Dominus
us noster? qui habitare facit sterilem in
mo matrem filiorum lætantem. * & ce-
ce. j. Bf. 112.

Lectio VII.

e quod factum est, refer ad significatio-
m rerum, & vide magnum mysterium.

Zacharias tacet et amittit vocem, donec Joannes nasceretur procursor Domini, et aperiret vocem. Quid est silentium Zachariæ, nisi prophetia latens, et ante prædicationem Christi quodammodo occulta clausa? Aperitur illius adventu, clara fit venturo eo, qui prophetabatur. Solvitur lingua, quia nascitur vox. Vox Joannes, Dominus autem in principio erat Verbum. Joannes vox ad tempus, Christus Verbum in principio æternum.

℟. Innuebant patri ejus, quem vellet vocari eum, et postulans pugillarem scripsit, dicens: ✝ Joannes est nomen ejus, et mirati sunt universi. ℣. Vocabitur nomen novum, quod os Domini nominabit. ✝ Joannes. Luc. j. Ps. 62.

Lectio VIII.

A Joanne accipite humilitatis exemplum. Putatur Christus, dixisse non esse quod putatur, nec adjunxisse factum errorem assumpsisse alienum. Si diceret, ego sum Christus, quam facillime crederetur, qui antequam diceret, credebatur? Non dixit: agnovisse, distinxisse, humiliavisse. Vidit ubi haberet salutem: lucernam se intellexit, et ne extingueretur vento superbiæ timuit. Hoc enim dispositio placuit Deo, ut tanto gratiæ homo testimonium perhiberet Christo, qui posset putari Christus. Denique in natis mulierum, sicut dixit ipse Christus, nemo exurrexit major Joanne Baptista. Si hoc homine nullus erat major homo, qui major est illo, plus est quam homo.

℟. Non sum ego Christus, sed missus sum ante illum: ✝ amicus sponsi, qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi; ✝ hoc gaudium meum impletum est. ℣. Ego autem in Domino gaudebo, et exultabo in Deo Jesu meo. ✝ hoc. ℣. Gloria. ✝ hoc. Joan. 3. Hab. 3.

In III. Nocturno.

A. Hic est, qui dictus est, per Isaiam pro-
phetam: vox clamantis in deserto: * parate
viam Domini, rectas facite semitas eius. Matth. 3.

Canticum I. Isa. 40.

Vox clamantis in deserto: * parate viam
Domini:
Rectas facite in solitudine * semitas Dei
nostri.
Omnis vallis implebitur, * omnis mons et
collis humiliabitur.
Fiant prava in directa, * et aspera in
vias planas.
Et revelabitur gloria Domini: * et videbit omnis
caro pariter, quod os Domini locutum est.

Canticum II. ibid.

Super montem excelsum ascende tu: * qui
evangelizas Sion.
Exalta in fortitudine vocem tuam, qui
evangelizas Jerusalem: * exalta, noli
timere.
Dic civitatibus Juda: * ecce Deus vester.
Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, *
et brachium eius dominabitur.
Ecce merces eius cum eo, * et opus illius
coram illo.
Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio
suo congregabit agnos, et in sinu suo
levabit, * fetas ipse portabit.

Canticum III. Isa. 52.

Quam pulchri super montes pedes annun-
tiantis * et prædicantis pacem;
annuntiantis bonum, prædicantis salutem: *
Dicentis Sion: regnabit Deus tuus.
Vox speculatorum tuorum: * levaverunt
vocem simul laudabunt:
quia oculo ad oculum videbunt, * cum con-
verterit Dominus Sion.
Gaudete et laetare simul deserta Jerusalem: *
quia consolatus est Dominus populum
suum, redemit Jerusalem.

℣. Paravit Dominus brachium sanctum suum
in oculis omnium gentium: * Videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.
Ant. Hic est, qui dictus est per Isaiam Propheta: vox clamantis in deserto: * parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Matth. 3.
℣. Salvit Dominus vocem suo vocem virtutis:
℟. Et gloriam Deo super Israel. Ps. 67.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. cap. 5.

Commendat charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus secundum tempus Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius: multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. Non solum autem, sed et gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

℟. Joannes testimonium perhibet de Christo, et clamat dicens: qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat: * De plenitudine eius nos omnes accepimus. ℣. Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est. * et de. Joan. 1.

Lectio X.

Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur cum lex non esset. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos, qui non

euaverunt in similitudinem prevaricationis Adæ qui est forma futuri.

℣. Venit Joannes in omnem regionem Jordanis, ℟. Prædicavit baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. ℣. Facite fructum dignum pœnitentiæ; jam enim securis ad radicem arborum posita est. ℟. et. Luc. 3. Matth. 3.

Lectio XI.

Sicut non fuit delictum, ita et donum: si enim unius delicto multi mortui sunt; multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit. Et non fuit per unum peccatum, ita et donum: nam judicium quidem ex uno in condemnationem; gratia autem ex multis delictis in justificationem. Si enim unius delicto mors regnavit per unum; multo magis abundantiam gratiæ et donationis et justitiæ accipientes, in vitam regnabunt per unum Jesum Christum.

℣. Vidit Joannes Jesum venientem ad se, et ait: ℟. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. ℣. Ego vidi, et testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei. ℟. Ecce. Joan. 1.

Lectio XII.

Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem; sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita et per unius obedientiam justi constituentur multi. Lex autem subintravit, ut abundaret delictum: ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia: ut sicut regnavit peccatum in mortem; ita et gratia regnet per justitiam in vitam æternam, per Jesum Christum Dominum nostrum.

℟. Ego quidem baptizo vos in aqua in poenitentiam: qui autem post me venturus est, * ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni. ℣. Super quem videris Spiritum descendentem et manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. * ipse. ℣. Gloria. * ipse. Matth. 3. Joan. 1.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 1.

Elisabeth impletum est tempus pariendi, et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati eius, quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, et congratulabantur ei. Et factum est in die octavo, venerunt circumcidere puerum, et vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius dixit: nequaquam, sed vocabitur Joannes. Et dixerunt ad illam: quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem, scripsit dicens: Joannes est nomen eius. Et mirati sunt universi. Apertum est autem illico os eius et lingua eius, et loquebatur benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum: et super omnia montana Judaeae divulgabantur omnia verba haec, et posuerunt omnes, qui audierant, in corde suo, dicentes: quis putas puer iste erit? etenim manus Domini erat cum eo. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto, et prophetavit dicens: Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitavit, et fecit redemptionem plebi suae.

Ad Laudes Matutinas et horas.

Antiphona.

Amen dico vobis: * non surrexit inter natos mulierum maior Joanne Baptista. Matth. 11.

℣. Hic est propheta, et plus quam propheta, de quo dictum est: * ecce ego mitto angelum meum, qui preparabit viam tuam ante te. ibid.

℣. Ipse precedet ante illum in spiritu et virtute Elie: * parare Domino plebem perfectam. Luc. 1.

Ad cant. Gaudete et laudate simul deserta Jerusalem, * quia consolatus est Dominus populum suum. Isa. 52.

℣. Joannes venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, * ut omnes crederent per illum. Joan. 1.

Lectio Isa. 49.

Audite insule et attendite populi de longe: Dominus ab utero vocavit me: de ventre matris mee recordatus est nominis mei.

℣br. Tu Domine formasti me, * et posuisti super me manum tuam:

℣. Suscepisti me de utero matris meo. Ps. 138.

Hymnus Brev. Rom.

Omnis felix, meritique celsi,
Nesciens labem nivei pudoris: *
Propotens Martyr, nemorumque cultor,
Maxime vatum.

℣. Serta ter denis alios coronant
Multa crementis, duplicata quosdam: *
Trina te fructu cumulata centum
Vexibus ornant.

℣. Nunc potens nostri, meritis opimis,
Pectoris duros lapides repelle: *
Asperum planans iter, et reflexos
Dirige calles.

℣. Ut prius mundi Sator & Redemtor,
Mentibus culpæ sine labe puris, ℟
Rite dignetur veniens beatos
Donare gressus.
℣. Laudibus cives celebrent superni
Te Deus simplex, pariterque trine: ℟
Supplices & nos veniam precamur:
Fave redemtis, amen.
℣. Domine fres mea a iuventute mea.
℟. In te cantatio mea semper. Ps. 70.

Ad Bened. ant. Zacharias repletus est Spiritu sancto, & prophetavit dicens: ℟ Tu Puer propheta Altissimi vocaberis; præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius. Luc. j.

Oratio Sac. Leon.

Deus, qui præsentem diem honorabilem nobis in beati Joannis nativitate fecisti: da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum; & omnium fidelium mentes dirige in viam salutis æternæ. Per Dominum.

Ad Tertiam. Lectio Jer. 15.

Inventi sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium & in lætitiam cordis mei: quoniam invocatum est nomen tuum super me, Domine Deus exercituum.
℣. Docebo iniquos vias tuas:
℟. Et impii ad te convertentur. Ps. 50.

Ad Sextam. Lectio Jer. 15.

Convertam te, & stabis ante faciem meam stabis, & quasi os meum eris: convertentur ipsi ad te, & tu non converteris ad eos; & dabo te populo huic in murum æreum, fortem: & bellabunt ad versum te, & non prævalebunt.
℣. Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum;
℟. Et non confundebar. Ps. 118.

Ad Nonam. Lectio ffa. 8j.

Dofni verba mea ni ore tuo, et in umbra
anus mea protexi te, ut plantes coelos et
under terram, et dias ad Sion: populus
acus es tu.
. Protegam eum, quoniam cognovit no-
men meum:
. Ostendam illi salutare meum. Ps. 90.

Ad II. Vesperas.

Antiphona 1. Vesperis.

Lectio Euli. 46.

Electus a Domino Deo suo, ni fide sua pro-
atus est Propheta: et cognitus est in verbis
is fidelis, quia vidit Deum tuis.
. br. Producam cornu David * paravi lucer-
nam Christo meo:
. Super ipsum efflorebit sanctificatio mea. Ps. 131.

Hymnus Paris. Coff.

Quid moras nectis? Domino iubente
Cedet, qui sacro lavat igne corda, *
Hic tuis ardet manibus Joannes,
Amne lavari.
. Quis fuit sensus tibi, cum videres
Supplicis vultu dare colla pronum: *
Cui pedum summo reputas honori
Solvere cora?
. Cernis, ut nimbo rutilante, Christo
Spiritus, Patris comitante voce,
Incubat; * sese Triadisque tota
Pandit imago.
. Diligens nostras operi minister: *
Victimam mundi scelus auferentem
Prædicans agnum, digitoque fidus
Indice monstras.
. Immemor laudis propriæ, magistro
Deditus Christo properas alumnos
Reddere; ardebas minui, decebat
Crescere Christum.
. Nec fidem vitæ fateris probatæ;
Vindicem coli rigidum pudoris

Te manet carier: * Domine cruenta
morte proibis.

℣. Laetus aeternum celebret Parentem
Orbis; aeternum celebret Parentis
Filium: * par sit tibi laus per omne
Spiritus aevum. amen.

℣. Provenisti cum Domine:

℟. In benedictionibus dulcedinis. Ps. 20.

Ad Magnif. ant. Ex quo honorabilis factus
es in oculis meis, et gloriosus, ego dilexi te: *
et dabo homines pro te, et populos pro
anima tua. Isa. 43.

Festum hoc occurrens in Solemnitate Corporis Christi, celebratur die sequenti, et hinc fit sola commemoratio in secundis vesperis, ubi etiam per octavam.

Die XXV. Junii.

De octava S. Joannis Baptistae.

Semiduplex s. test.

Officium fit per octavam ut in festa praeter ea, quae habentur propria, exceptis quoque antiphonis nocturnorum, quae dicuntur de psalterio.

In 1. Nocturno.

℣. Domine fres mea a iuventute mea:

℟. In te confirmatus sum ex utero. Ps. 70.

Lectio III.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis.

Serm. in Nativ. Joan. Bapt.

Audite, fratres, quid Dominus de Joanne loquatur, cuius solemnis hodie Nativitas celebratur: Ille, inquit, erat lucerna ardens et lucens. Magnum testimonium, fratres mei; magnus est enim, cui perhibetur; sed maior est ipse, qui perhibet. Ille, inquit, erat lucerna ardens et lucens. Est enim tantum lucere, et tantum ardere, parum; ardere et lucere, perfectum. Caeterum singulariter apostolis et apostolicis

virus dicitur: luceat lux vestra coram homi-
nibus: nimirum tanquam auensis, et
vehementer auensis, quibus non timeatur
a flatu prolibet aut impulsione ventorum.
Dictum est de Joanni, sed illi in aure audiunt;
Joannes in spiritu tanquam angelus au-
ditur. Et nimirum tanto propinquior deo,
quanto vox verbo vicina, cui nulla voce
alia media, quod foris sonet, oportet intimari.
Neque enim Joannem praedicatio, sed spi-
ratio docuit, quem repleuit Spiritus in utero
matris suae. Vere ardens, et vehementer
auensus, quem sic praeoccupauit flamma
celestis, vultum Christi sensibus adhuc absentem,
mi nedum sentire potuerat vel seipsum. Et-
nimirum nouus ille ignis, qui recens elapsus
coelo, per os Gabrielis in aurem intraverat
virginis, rursum per os virginis et matris
introiit ad parvulum, ut tabea hora vas
electionis suae Spiritus sanctus implere, et
cuernam Christo Domino parare. Fuit
igo iam tum ardens lucerna, sed iterum
dhuc sub modio, donec super candelabrum
oneretur, et luceret omnibus, qui erant
in domo Domini.
℣. Joannes testimonium perhibuit veri-
tati: ille erat lucerna ardens et lucens: ✠ vos
autem voluistis ad horam exultare in luce
eius. ℣. Non erat ille lux, sed ut testimonium
perhiberet de lumine. ✠ vos autem. ℣. Gloria.
Vos. Joan. 5. ed.

In II. Nocturno.

Lectio ad. 13.

Deus ex semine David, secundum promissio-
nem eduxit Israel Salvatorem Jesum,
praedicante Joanne ante faciem adventus
eius baptismum poenitentiae omni po-
pulo Israel.
℣. Deus docuisti me a iuventute mea:
℣. Usque nunc pronuntiabo mirabi-
lia tua. Ps. 70.

Oratio Sacr. Leon.

Omnipotens sempiterne Deus, qui etiam in beati Joannis generatione, promenda confessione sacrato tibi plebis corda instituis: auge nobis fidei, pietatisque constantiam; ut magis magisque fateamur excellentiam nuntiati, cum tanta sit gloria nuntiandis. Per eumdem Dominum.

Hæc oratio dicitur quotidie per octavam.

Vespere de sequenti, cum memoria octavæ ex II. Vesperis.

Die XXVI. Junii.

S. Joannis & Pauli Martyrum.

Duplex. 3. lect.

Oratio Sacr. Gelas.

Quo sumus, omnipotens Deus: ut nos geminata lætitia hodierno festivitatis excipiat, quæ de beatorum Joannis & Pauli glorificatione processit, quos eadem fides & passio vere fecit esse germanos. Per Dominum.

Lectio III.

Ex S. Greg. M. Greg. Turon. S.

Joannes & Paulus, quos, ait Gregorius Magnus in Præfatione Missæ, in nascendi lege junxit germanitas, in gremio matris eccles. fidei unitas, in passionis acerbitate ferenda unius amoris societas; renascente sub Juliano apostata idololatria pro Jesu Christi fide martyrium non sunt cunctati subire. Celebrem eorum cultum Romæ testantur Sacramentaria Gelasii & Gregorii, quibus eorum memoria inserta est, et in priori quidem cum vigilia. Horum Martyrum nomina ex eo tempore ad altaris sacrificium tota latina in canone Missæ commemorat.

nde eorum veneratio semper per omnes
cuentis ecclesias propagata est ac ubique
lebratur.

. Nobis unus Deus, * ex quo omnia, et
os in illum; et * unus Dominus Jesus
hristus, per quem omnia, et nos per ipsum.

. Scimus, quia nihil est idolum in mundo,
quod nullus est Deus, nisi unus. * ex
no. V. gloria. * unus. j. Cor. 8.

fit commemoratio octave in matutinis
vesperis, oratio: Omnipotens. pag. 84.

Die XXVII. Junii.

De octava S. Joannis Baptistæ.

Semiduplex S. Lect.

In I. Nocturno.

. Tu Domine susceptor meus es:
. Gloria mea, et exaltans caput meum. Ps. 3.

Lectio III.

De Sermone Sancti Bernardi abbatis.

L. c.

oannes erat lucerna ardens et lucens.
nait: lucens et ardens; quia Joannis ex
vore splendor, non fervor prodiit ex
endore. Sunt enim, qui non ea lucent,
ia ferventi; sed magis ferventi ut luceant.
isti plane non fervent charitatis spiri-
, sed studio vanitatis. Vultis ne scire, quem-
modum arserit Joannes et luxerit? Ego un-
umque in eo triplicem posse arbitror
eniri, et ardorem scilicet et splendorem.
dens enim erat in seipso vehementia ani-
mate conversationis; erga Christum, inti-
e quodam et pleno fervore devotionis;
ga peccantes proximos, constantia li-
ro increpationis. Luxit nihilominus,
paucis dixerim, exemplo, digito, verbo:
seipsum ostendens ad imitationem, et lu-
inare manus, quod catebat ad pœnitentiam

remissionem. Considera igitur hominem angelico promissum oraculo, conceptum miraculo, sanctificatum in utero, et novum in novo homine poenitentiæ mirare fervorem. Venit Joannes, ait Dominus, nec manducans, nec bibens. Fervoris id mihi est, et materia humilitatis. Quis enim in nobis est, fratres, qui Joannis poenitentiam intueus, quam non dico magnificare, sed alicuius saltem momenti reputare præsumat? quis audeat murmurare in laboribus suis, et dicere: satis est quod patior, nedum nimis? quæ enim homicidia, quæ sacrilegia, aut quæ flagitia puniebat Joannes in se ipso? Accendamur ad poenitentiam, fratres, interrogemus conscientias nostras, et animemur ad ultionem exigendam de nobis, ut horrendum possimus evadere iudicium Dei viventis. Quidquid vero minus est fervoris, humilitas suppleat puræ confessionis.

℟. Dicebat Joannes ad turbas, quæ exibant, ut baptizarentur a eo: * facite fructus dignos poenitentiæ, † iam enim securis ad radicem arborum posita est. ℣. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. * iam enim &c. ℣. Gloria. * facite. Luc. 3. et Matth. 3.

Die XXVIII. Junii.

Vigilia SS. Apostolorum.

De ea. 3. lect.

Totum officium fit de psalterio, præter sequentia.

Lectio III.

Sermo sancti Leonis Papæ.

Serm. 80.

um duodecim apostoli, accepta per spiri-
m sanctum omnium locutione lingua-
um, imbuendum Evangelio mundum, di-
ubus sibi terrarum partibus suscepisset:
atissimus Petrus, princeps apostolici ordinis,
arem Romani destinatur imperii; et
x veritatis, quæ in omnium gentium revela-
ur salutem, efficacius se ab ipso capite per to-
m mundi corpus effunderet. Hic collusio-
s philosophiæ opiniones, hic dissolvendæ
anæ terrenæ sapientiæ vanitates, hic
nfutandus dæmonum cultus, hic omnium
rificiorum impietas destruenda, ubi diligen-
ima superstitione habebatur collectum,
idquid usquam fuerat tenuis erroribus
ibutum. Ad hanc urbem tu, beatissime
xe apostole, venire non metuis, nec mundi
inam times Romam, qui in Cajetho domo
averas sacerdotis ancillam. Adquam beatus
postolus tuus, vas electionis & specialis
agister gentium, Paulus occurrens, eodem
e consecratus est tempore, quo iam omnis
ocentia, omnis pudor, omnisque libertas
eronis laborabat imperio. Cuius furor
r omnem vitiorum inflammatus excessum,
hum eum usque torrentem sue præcipitavit
onia, ut primus nomini christiano atro-
atam generalis persecutionis inferret: quasi
r sanctorum neces gratiæ Dei posset extinguii:
ius hoc ipsum erat maximum lucrum,
contemptus vitæ huius cuidno percep-
fieret felicitatis eterne.

Erraverunt, et dispersi sunt greges mei,
non erat, qui requireret: propterea ego
e requiram oves meas, et congregabo
s: ℣ requiescent, et in pascuis pinguibus
scentur. ℣. Dicit Simoni Petro Jesus:
sce agnos meos, pasce oves meas. ℟ requiesc.
Gloria. ℟ requiesc. Ezech. 34. Joan. 21.

Oratio Sanct. Greg.

Presta, quæsumus, omnipotens Deus: ut nullis nos permittas perturbationibus concuti; quos in apostolicæ confessionis petra solidasti. Per Dominum.

Et fit commemoratio octavæ ad Matutinas et Missam.

Die XXIX. Junii.

SS. Apostolorum Petri et Pauli.

Festivitas I. classis.

Cum octava minore.

Ad I. Vesperas.

antiphonæ.

℣. Respiciens Jesum Joannes dixit: ecce agnus Dei: ✱ audierunt eum duo discipuli, et secuti sunt Jesum. Joann. i.

℣. Erat Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus, qui audierant a Joanne: ✱ et secuti fuerant Dominum. ibid.

℣. Invenit hic primum fratrem suum Simonem, et dixit ei: invenimus Messiam: ✱ et adduxit eum ad Jesum. ibid.

℣. Intuitus eum Jesus dixit: tu es Simon filius Jona: ✱ tu vocaberis Cephas. ibid.

Lectio Jer. 16.

Ecce ego mittam piscatores multos dicit Dominus, et piscabuntur eos: et post hoc mittam eis multos venatores, et venabuntur eos de omni monte, et de omni colle, et de cavernis petrarum: quia oculi mei super omnes vias eorum.

℟. br. Constitues eos principes ✱ super omnem terram:

℣. Memores erunt nominis tui Domine.
Ps. 144.

Hymnus Cun.

1. Mundus magnanimos nunc recolat duces,
Quos Christus proprio protulit de grege: ✱
Quid non celebrit iuncta sodalium
Affert gloria Principum?

2. Urbs immensa, modo nescia Caesarum,
Heroas geminos tollit ad aethera: ✱
Sese praecipuis, subdita nunc Deo,
Debet Roma parentibus.

3. Hic Petrus populis omnibus intonat
Sacramenta Dei: Paulus adhuc docet: ✱
Amborum sedet hic magnifico throno
Iunctis foedere dignitas.

4. Hi sunt cui capitis splendida lumina,
Hi sunt mixta simul limpida flumina: ✱
Quos semper superis imbribus aridas
Terras largius irrigant.

5. Laus sit summa Patri, summaque Filio,
Sit par sancte tibi lausque Spiritus: ✱
Hoc mundi pelago per geminam facem
Cursus dirige devios. amen.

Magnificentiam gloriae sanctitatis tuae
loquentur:
Et mirabilia tua narrabunt. Ps. 144.

℣. Magnif. ant. Vidit Jesus duos fratres,
Simonem et Andream, mittentes rete in
mare erant enim piscatores; et ait illis: ✱
Venite post me, et faciam vos fieri pisca-
tores hominum; at illi continuo relictis
retibus secuti sunt eum. Matth. 4.

Oratio Sanct. Greg.

Deus, qui ecclesiam tuam apostolici Petri
fide et nomine consecrasti, quique beatum
Paulum ad praedicandam gentibus

gloriam tuam sociare dignatus es: concede; ut omnes, qui ad apostolorum tuorum solemnia convenerunt, spiritali renovatione delectur. Per Dominum.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Christum, qui fundavit nos super fundamentum apostolorum: * venite adoremus. Ephes. 2.

Hymnus Cum.

1. Ambo divini proceres senatus,
Principes coeli, socii laborum: *
Quos amor junxit simul ampla jungat
Compita triumphis.

2. Par fides, et par utriusque votum,
Corda divino pene tranante verbo: *
Maximo Regi nimis obstinatas
Subdere gentes.

3. Magna vos vidit, stupuitque Roma,
Roma tot diris habitata monstris: *
Vidit excitis penitus sepulta
Numina fanis.

4. Totus in Roma superatus orbis:
Par locus tantis utriusque palmis, *
Usque coelestis pretiosa servat
Semina verbi.

5. Occidens terris, oriensque coelo,
Prima par jactum micat inter astra; *
Testis aeternum recolet perennes
Roma triumphos.

6. Laus Deo Patri, genitoque Proli:
Et tibi compar utriusque Flamen: *
Nos velis, tantis ducibus, beatos
Tangere portus. amen.

Ps. 1. Nocturno

antiphona.

℣. Ascendens Jesus in navim, ipse erat Simonis, ℟ docebat de navicula turbas. Luc. 5.

℣. Incepavit loqui, dixit ad Simonem: ℟ duc in altum, et laxate retia vestra in capturam. ibid.

℣. Respondens Simon Petrus dixit illi: Praeceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus; ℟ in verbo autem tuo laxabo rete. ibid.

℣. Cum hoc fecissent, ℟ concluserunt piscium multitudinem copiosam. ibid.

℣. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Jesu, dicens: ℟ exi a me, quia homo peccator sum Domine. ibid.

℣. Ait ad Simonem Jesus: noli timere; ℟ ex hoc iam homines eris capiens. ibid.

℣. In omnem terram exivit sonus eorum; ℟. Et in fines orbis terrae verba eorum. Ps. 18.

Lectio I.

De actibus apostolorum. cap. ii.

Cum ascendisset Petrus Jerosolymam, disputabant adversus illum, qui erant ex circumcisione, dicentes: quare introisti ad viros praeputium habentes, et manducasti cum illis? incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens: ego eram in civitate Joppe orans, et vidi in excessu mentis visionem, descendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis submitti de coelo, et venit usque ad me. In quod intuens contemplabam, et vidi quadrupedia terrae, et bestias, et reptilia, et volatilia coeli.

℣. Ite angeli veloces ad gentem convulsam et vilaceratam; ℟ ad gentem exspectantem et conculcatam. ℣. Et ipsi sunt, quos misit Dominus, qui perambulent terram. ℟ Ps. Isa. 18. Zach. 1.

Lectio II.

Audivi autem vocem dicentem mihi: Surge Petre, occide et manduca. Dixi autem: nequaquam Domine; quia commune aut immundum numquam introivit in os meum. Respondit autem vox secundo de cœlo: quæ Deus mundavit, tu ne communem dixeris. Hoc autem factum est per tria, et recepta sunt omnia rursum in cœlum.

℣. Effundam super vos aquam mundam, * et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. ℣. In die illa erit fons patens in ablutionem peccatoris, et spiritum immundum auferam de terra.

* Ez. Ezech. 36. Zach. 13.

Lectio III.

Ecce viri tres confestim adstiterunt in domo, in qua eram, missi a Cæsarea ad me. Dixit autem Spiritus mihi, ut irem cum illis, nihil hæsitans. Venerunt autem mecum et sex fratres isti, et ingressi sumus in domum viri. Narravit autem nobis, quomodo vidisset angelum in domo sua stantem, et dicentem sibi: mitte in Joppen, et accersi Simonem, qui cognominatur Petrus, qui loquetur tibi verba, in quibus salvus eris tu, et universa domus tua.

℣. Sanabuntur aquæ, et erunt pisces multi satis; stabunt super illas piscatores: * et sanabuntur, et vivent omnia, ad quæ venerit torrens. ℣. Ecce ego mittam piscatores, dicit Dominus, et piscabuntur eos.

* Ez. Ezech. 47. Jer. 16.

Lectio IV.

Cum autem cœpissem loqui, cecidit Spiritus sanctus super eos, sicut et in nos in initio. Recordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat: Joannes quidem baptizavit

gua: vos autem baptizabimini Spiritu
ancto. Si ergo eamdem gratiam dedit illis
eus, sicut et nobis, qui credimus in Domi-
um Jesum Christum; ego quis eram, qui
ossem prohibere Deum? His auditis tace-
unt, et glorificaverunt Deum dicentes:
ergo et gentibus poenitentiam dedit
eus ad vitam.

℣. In tempore illo deseretur mimus Domi-
o exercituum a populo divulso et dilacera-
, ✠ a gente exsperante et conculcata ✠
eum nominis Domini exercituum.

℟. Afferte Domino patrio gentium glo-
iam et honorem, tollite hostias, et introi-
e in atria eius. ✠ ad. ℣. gloria. ✠ a gente.

. 18. Ps. 95.

In II. Nocturno antiphona.

Multi discipulorum abierunt retro, ✠
Dixit ergo Jesus ad duodecim: numquid
et vos vultis abire? Joan. 6.

Respondit Simon Petrus: Domine ad
quem ibimus? ✠ verba vitæ æterna
habes. ibid.

℟. Nos credimus, et cognovimus, ✠ quia
tues Christus Filius Dei. ibid.

Dixit Jesus, quo ego vado, vos non pote-
stis venire: ✠ Dixit ei Simon Petrus:
Domine quo vadis? Joan. 13.

Respondit Jesus: quo ego vado, non po-
tes me modo sequi; ✠ sequeris autem
postea. ibid.

℟. Dixit ei Petrus: quare non possum
te sequi modo? ✠ animam meam pro tua
ponam. ibid.

℣. Laqueum paraverunt pedibus meis;
℟. Paratum cor meum, Deus. Ps. 56.

Lectio V.

94.

Ex epistola prima Sancti Clementis Papæ et Martyris ad Corinthios.

cap. 5.

Petrus ob iniquam æmulationem non unum aut alterum, sed multos sustinuit labores: atque ita Martyr effectus discessit ad debitum gloriæ locum. Propter æmulationem Paulus patientiæ præmium obtinuit, cum catenas septies portaret, vinctus, fustibus cæsus, lapidatus, præco factus in oriente ac occidente, eximium fidei suæ decus accepit, totum mundum docens justitiam, et ad occidentis terminum veniens, et sub principibus martyrium passus: ita e mundo migravit, atque in locum sanctum abiit patientiæ magnum exemplar factus. His viris, qui divinam vitam duxerunt, aggregata est ingens electorum multitudo, qui multas contumelias, multaque tormenta propter æmulationem passi, exemplo pulcherrimo apud nos fuerunt.

℟. Videns Petrus ventum validum, timuit; cumque cepisset mergi, clamavit. Et Jesus apprehendit eum, et ait: ✠ modicæ fidei, quare dubitasti? ℣. Noli timere: vocavit nomine tuo, meus es tu: cum transieris per aquas, tecum ero. ✠ modicæ. Matth. 14. Isa. 43.

Lectio VI.

Ex libro secundo historiæ ecclesiasticæ Eusebii Cæsariensis. cap. 25.

Omnium divini Numinis hostium princeps et antesignanus Nero in ipsos etiam apostolos sævit. Ac Paulus quidem Romæ capite truncatus, Petrus vero cruci affixus fuisse, eodem referente, traditur. Quam quidem narrationem abunde confirmant Petri Paulique nomine inscripta monumenta, quæ in urbis Romæ cœmeteriis etiamnum visuntur. Sed et Caius quidam vir Catholicus,

ni Zephyrini Romano urbis episcopi tempo-
ibus floruit, in eo libro, quem scripsit adver-
us Proculum patronum sectæ cataphryga-
um, de loco, in quo prædictorum apostolo-
um sacra corpora deposita sunt, ita loquitur:
go vero, inquit, apostolorum tropæa possum
stendere. Nam sive in Vaticanum, sive ad
am ostiensem viam pergere libet, occurrent
i tropæa eorum, qui ecclesiam illam funda-
erunt.

℣. Dixit Jesus discipulis: quem me esse dicitis?
℟. Respondens Petrus dixit: Tu es Christus Filius
ei vivi. ℣. Quis ascendit in cœlum, atque
scendit? quod nomen est eius, aut quod nomen
lii eius, si nosti? ✱ Respondens. Matth. 16.
ov. 30.

Lectio VII.

rro ambos uno eodemque tempore marty-
ium subiisse, Dionysius Corinthiorum epis-
pus ad Romanos scribens testatur his
rbis: ita duos, inquit, tanta admonitione
estra fundastis, quo Petri et Pauli satione
ureverat, Romæ scilicet et Corinthios,
imul commiscuistis. Ambo enim illi inter
os nostram Corinthum ingressi, sparso
angelicæ doctrinæ semine nos instituerunt;
in Italiam simul profecti, cum vos simi-
iter instituissent, eodem tempore martyri-
m pertulerunt.

℣. Beatus es Simon Bar-iona, quia caro et
anguis non revelavit tibi, sed Pater meus,
ui est in cœlis; et ego dico tibi: ✱ quia tu es
hristus, et super hanc petram ædificabo eccle-
iam meam. ℟. Pastor egregius est lapis
rael: Deus omnipotens benedicet tibi.
mia. Matth. 16. Gen. 49.

Lectio VIII.

Ex libro sancti Hieronymi Presbyteri
De Scriptoribus Ecclesiasticis.

imon Petrus, filius Joannis, provinciæ
alilææ, e vico Bethsaida, frater Andreæ

℟.
apostoli, & princeps apostolorum, post
episcopatum Antiochensis Ecclesiæ, & prædi-
cationem dispersionis eorum qui decircum-
cisione crediderant, in Ponto, Galatia,
Cappadocia, Asia & Bithynia, secundo
Claudii Imperatoris anno adexpugnan-
dum Simonem Magum Romam pergit:
ibique annis viginti quinque cathedram
sacerdotalem tenuit, usque ad ultimum
annum Neronis, id est, decimum quar-
tum. a quo affixus cruci, martyrio
coronatus est, capite ad terram verso, et
in sublime pedibus elevatis: asserens se in-
dignum, qui sic crucifigeretur ut Dominus
suus. Scripsit duas epistolas, quæ catholicæ
nominantur. Sepultus Romæ in Vati-
cano, juxta viam triumphalem, totius
orbis veneratione celebratur.

℟. Tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis: ✠ & ✝. quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlis. ℣. Dabo clavem David super humerum eius, & aperiet, & non erit, qui claudat; & claudet, & non erit, qui aperiat. ✝. quodcumque. ℣. Gloria. ✝. quodcumque. Matth. 16. Isa. 22.

In III. Nocturno.

Ant. Annuntiabunt gloriam meam gen-
tibus: ✠ & adducent omnes fratres vestros
de cunctis gentibus donum Domino.
Isa. 66.

Cantica de communi Apostolorum.

℣. Annuntiate inter gentes glo-
riam Domini:

℟. In omnibus populis mirabi-
lia eius. Ps. 95.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Petri apostoli. cap. j.

Simon Petrus, servus et apostolus Jesu Christus, iis, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia Dei nostri et Salvatoris Jesu Christi. Gratia vobis et pax adimpleatur in cognitione Dei, et Christi Jesu Domini nostri. quemodo omnia nobis divinæ virtutis suæ, quæ ad vitam et pietatem donata sunt, per cognitionem eius, qui vocavit nos propria gloria et virtute, per quem maxima et preciosa nobis promissa donavit, ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ: fugientes eius, quæ in mundo est concupiscentia corruptionem.

℣. Conversus Dominus respexit Petrum, ℟. recordatus est Petrus verbi Domini, et egressus foras flevit amare. ℣. Dominus peccavit peccata ipsius, et exaltavit in altum cornu eius; et dedit illi sedem gloriæ. ℟. Record. Luc. 22. Euli. 117.

Lectio X.

Propter, fratres, magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abunde ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri et Salvatoris Jesu Christi. Propter quod incipiam vos semper commonere de his: etsi quidem scientes et confirmatos vos in præsenti veritate. Justum autem arbitror, quamdiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione: certus, quod velox est depositio tabernaculi mei, sicut et Dominus noster Jesus Christus significavit mihi. Dabo autem operam, et frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis.

℟. Dixit Jesus Petro, significans qua morte clarificaturus esset Deum: cum senueris * extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet, quo tu non vis. ℣. Euge data sunt super te vincula, et ligabunt te in eis, et non egredieris de medio eorum. * extendes.

Joan. 21. Ezech. 3.

Lectio XI. cap. 3.

Hanc ecce vobis, charissimi, secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito mi commonitione sinceram mentem: ut memores sitis eorum, quæ prædixi, verborum a sanctis prophetis, et apostolorum vestrorum, præceptorum Domini et Salvatoris. Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus in deceptione illusores, juxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes: ubi est promissio aut adventus ejus? ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ. Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti.

℟. Simon ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: * et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos. ℣. Convertam te, et ante faciem meam stabis, et quasi os meum eris; ipse converteris ad te. * Et tu. Luc. 22. Jer. 15.

Lectio XII.

Propter quod, charissimi, hæc exspectantes, satagite immaculati et inviolati ei inveniri in pace. Et Domini nostri longanimitatem salutem arbitremini:

aud et charissimus frater noster Paulus
cundum datam sibi sapientiam scripsit
obis, sicut et in omnibus epistolis, lo-
nens in eis de his: in quibus sunt quedam
difficilia intellectu, quae indocti et insta-
biles depravant, sicut et ceteras scripturas,
d suorum ipsorum perditionem. Vos
itur, fratres, praescientes custodite, ne
insipientium errore traducti excidatis
propria firmitate. Crescite vero in
ratia, et in cognitione Domini nostri
et Salvatoris nostri Jesu Christi: ipsi
gloria et nunc, et in diem aeternita-
s, amen.

. Dixit Jesus Simoni Petro: Simon Jo-
nis diligis me? ait illi: etiam Domine,
scis, quia amo te. ℟. Dixit ei: ✝ pasce agnos
eos. ℣. Constituit eum principem omnis
possessionis suae, ut erudiret principes eius
ut semetipsum; et senes eius prudentiam
doceret. ℟. Dixit. ℣. Gloria. ✝ pasce. Joan.
. Ps. 104.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthaeum. cap. 16.

illo tempore: Venit Jesus in partes Ce-
sareae Philippi; et interrogabat discipu-
los suos dicens: quem dicunt homines
esse filium hominis? At illi dixerunt:
alii Joannem Baptistam, alii autem
liam, alii vero Jeremiam, aut unum
prophetis. Dicit illis Jesus: vos autem
em me esse dicitis? Respondens Simon
trus dixit: tu es Christus Filius Dei vivi.
spondens autem Jesus dixit ei: beatus es
mon Bar-Jona, quia caro et sanguis
n revelavit tibi, sed Pater meus, qui in
lis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus,
super hanc petram aedificabo ecclesiam
eam, et portae inferi non praevalebunt

adversus eam. Et tibi dabo claves regni coelorum. Et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis: et quodcunque solveris super terram, erit solutum et in coelis.

Oratio ut infra.

Ad Laudes Matutinas Horas.

antiphona.

1. Surge Petre, occide et manduca: ✠ quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris. act. 10.

2. Aperiens Petrus os suum dixit: ✠ in veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus. ibid.

3. Adhuc loquente Petro cecidit Spiritus sanctus super omnes, ✠ qui audiebant verbum. ibid.

4. ad cant. Obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro, ✠ quia et in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. ibid.

5. Glorificaverunt Deum dicentes: ergo et gentibus poenitentiam dedit Deus ad vitam. act. 11.

Lectio Colos. 1.

Mysterium absconditum a seculis nunc manifestatum est sanctis, quibus voluit Deus notos facere divitias gloriae sacramenti huius in gentibus, quod est Christus; quem nos annuntiamus, docentes omnem hominem in omni sapientia; ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Jesu.

℟. br. Confitemini Domino, ✠ et invocate nomen eius:

℣. Annuntiate inter gentes opera eius. Ps. 104.

Orbe nunc toto celebrentur ambo
Principes, orbis Deus atque lumen: ✝
Mille qui Christo peperere verbi
Semine gentes.

Auctor incepti Deus: ille terras
Incolens, primas tibi Petre defert: ✝
Nox vocat Pauli, superas regressus
Victor ad arces.

Aether aterni Patris eruditur
Voce delapsa: ✝ super astra raptus
Aether arcano fovet veritatis
Flumina potat.

Quanta sub vili latitat potestas
Corpore! infirmos tua fanat umbra
Petre: ✝ lethales tua, Paule, pellunt
Lintea morbos.

Mergitur ponto superante Petrus:
Naufragum Paulus fluitat per aequor: ✝
Christe, ades, saevosque imbes utrique
Parcere fluctus.

Qui fidem cernis tumulare nostram,
Tu vacillantes rege, Christe, gressus: ✝
Tu, Deus, Sanctos docili sequamur
Corde Magistros. amen.

In omnem terram exivit sonus eorum: Et in fines orbis terre verba eorum. Ps. 18.

Bened. ant. Dabo opus eorum in veritate et foedus perpetuum feriam eis: ✝ et sit semen eorum in gentibus semen eorum, et germen eorum in medio populorum. Isa. 61.

Oratio Sac. Leon.

Deus, qui hodiernam diem apostolorum tuorum Petri et Pauli martyrio consecrasti: da Ecclesiae tuae eorum in omnibus sequi praeceptum; per quos religionis tuae suscepit exordium. Per Dominum

Ad Tertiam. Lectio act. 10.

In omni gente, qui timet Deum et operatur
iustitiam acceptus est illi. Verbum misit Deus
filiis Israel, annuntians pacem per Jesum
Christum: hic est omnium Dominus.

℣. Deus excelsus subiecit populos nobis:
℟. Et gentes sub pedibus nostris. Ps. 46.

Ad Sextam. Lectio act. 15.

Ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per
os meum audire gentes verbum Evangelii
et credere: et qui novit corda Deus, testimo-
nium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum,
sicut et nobis.

℣. Annuntiaverunt cæli iustitiam Domini:
℟. Viderunt omnes populi gloriam eius. Ps. 96.

Ad Nonam. Lectio j. Petr. 2.

Vos populus acquisitionis: ut virtutes
annuntietis eius, qui de tenebris vos vo-
cavit in admirabile lumen suum: qui ali-
quando non populus, nunc autem populus
Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc
autem misericordiam consecuti.

℣. Tu es Deus, qui facis mirabilia:
℟. Notam fecisti in populis virtutem
tuam. Ps. 76.

Ad II. Vesperas.

antiphona ex 1. Vesperis.

Lectio j. Thes. 2.

Vos testes estis et Deus, quam sancte iuste,
et sine querela vobis, qui credidistis fuimus.
Sicut scitis, qualiter unumquemque ve-
strum sicut pater filios suos, deprecantes vos,
et consolantes testificati sumus, ut ambula-
retis digne Deo: qui vocavit vos in suum
regnum et gloriam.

℣. br. Deus auribus nostris audivimus:
℟ patres nostri annuntiaverunt nobis:
℣. Opus quod operatus es in diebus eorum.
Bf. 43.

Hymnus Clun.

℣. Supreme Princeps, dux gregis,
Qui clausa pandis sidera: ℟
Spectante Roma clarior,
Intras olympum sanguine.
℣. Astirus alto stipiti
Inverbis in terram caput: ℟
Quo te magis nunc deiicis,
Hoc mente maior emicas.
℣. Non ausus erecto crucis
Ambire Petrus gloriam, ℟
Coelo daturus spiritum
Pedes adorat Numinis.
Paulus magister gentium
Natalus ense victima: ℟
Minorque ponit verticem
Christo supremo verticis.
Cursus peregit impigros,
Gaudetque Christo perfrui: ℟
Labore partis arduo
Victor coronis cingitur.
℣. Ambo triumphant principes,
Quos pulcra inunxit funera: ℟
Ambo superni sedibus
Summi locantur Judices.
Deo Patri sit gloria,
Eiusque soli Filio: ℟
Sancto simul cum Spiritu
In sempiterna secula. amen.
℣. Nimis honorati sunt amici tui Deus:
℟. Nimis confortatus est principatus
eorum. Bf. 138.

ad Magnif. ant. Principes et inclitis-
rael, amabiles et decori in vita sua, et in
morte quoque non sunt divisi. 2. Reg. 1.

Die XXX. Junii.

Commemoratio S. Pauli apostoli.

Duplex maius 12. lect.

Si habeat primas Vesperas, antiphona,
Lectio et Rb. de matutinis, hymnus
vero ex vigiliis.

V. Quis Deus magnus sicut Deus noster?
R. Tu es Deus qui facis mirabilia. Psa. 76.

ad Magnif. ant. Ecce testem populis dedi
eum: * Duem, ac praeceptorem gentibus. Isa. 55.

Oratio San. Gelas.

Deus, qui multitudinem gentium beati
Pauli apostoli praedicatione docuisti: da
nobis, quaesumus; ut cuius natalitia co-
limus, eius apud te patrocinia sentia-
mus. Per Dominum.

Et fit commemoratio S. Petri, ut infra
ad matutinas.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Christum, qui vocavit Paulum per
gratiam suam, * venite adoremus. Gal. 1.

Hymnus Clun.

1. Divinum memori pectore principem
Paulum pro meritis tollite laudibus: *
Orbis concelebret iam docilis Deo
Orbi propositum Ducem.

2. Vivo nos genuit semine gratia,
Viris mille modis, mille periculis; *
Tanti patris amor non sine sanguine
Lucratus sobolem Deo.

3. Quam lucem superis fontibus hauserat,
Oblitus veterum, raptus in aethera; *
Commissis populis, debitor omnibus,
Clero dividit alveo.

Doctus divitias, pauperiem pati,
Divinis animos moribus imbuit: ℣
Merces exigitur nulla laboribus,
Victum suppeditant manus.
Laus sit summa Patri, summaque Filio,
Par sit Sancte tibi laus quoque Spiritus: ℣
Da Paulum perdere, quod doces, ordinem,
Nobis, qua liceat sequi. amen.

In I. Nocturno antiphona.

qui operatus est Petro in apostolatum circumcisionis, ℣ operatus est et mihi inter gentes. Gal. 2.
Scripsi vobis propter gratiam, quae data est mihi a Deo, ℣ ut sim minister Christi Jesu in gentibus, sanctificans Evangelium Dei. Rom. 15.
Evangelium, quod evangelizatum est a me, non est secundum hominem: ℣ neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi. gal. 1.
Nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi? ℣ nonne opus meum vos estis in Domino? 1. Cor. 9.
Quae est merces mea? ut evangelium praedicans sine sumtu ponam evangelium, ℣ ut non abutar potestate mea in Evangelio. 1. Cor. 9.
Quamdiu ego sum gentium apostolus, ℣ ministerium meum honorificabo. Rom. 11.
Eripies me Domine de contradictionibus populi:
Constitues me in caput gentium. Ps. 17.

Lectio I.

De actibus apostolorum. cap. 20.
Miléto Paulus mittens Ephesum, vocavit maiores natu Ecclesiae. Quibus venientibus ad eum, et simul esset, dixit eis: vos scitis ab prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim,

Serviens Domino, cum omni humilitate, et lacrymis, et tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum: quomodo nihil subtraxerim utilium, quo minus annunciarem vobis, et docerem vos publice et per domos, testificans Judæis atque gentilibus pœnitentiam, et fidem in Dominum nostrum Jesum Christum. Et nunc ecce alligatus ego spiritu, vado in Jerusalem, quæ mi ea ventura sint mihi ignorans, nisi quod Spiritus Sanctus per omnes civitates mihi protestatur dicens, quoniam vincula et tribulationes Jerosolymis me manent.

℟. Positus sum ego prædicator et apostolus et magister gentium: * ob quam causam patior, sed non confundor, scio enim cui credidi. ℣. Ipse Deus meus, et Salvator meus: in Deo gloria mea, et spes mea in Deo est. * ob. 2. Tim. 1. 8. 6.

Lectio II.

Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem quam me, dummodo consummem cursum meum, et ministerium verbi, quod accepi a Domino Jesu, testificari Evangelium gratiæ Dei. Et nunc ecce scio, quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transivi prædicans regnum Dei. quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi, quo minus annunciarem omne consilium Dei vobis.

℟. In Evangelio laboro usque ad vincula quasi male operans; sed verbum Dei non est alligatum: ideo omnia sustineo propter electos, * ut et ipsi

dulem consequantur. ℣. Non confun-
antur super me qui gaudent de Deus g3-
ael: quoniam propter te sustinui oppro-
rium. ℟ ut. 2. Tim. 2. Esf. 68.

Lectio III.

Mendite vobis & uni verso gregi, in quo
os Spiritus sanctus posuit episcopos, regere
ecclesiam Dei, quam adquisivit sanguine
e. Ego scio, quoniam intrabunt post
iscessionem meam lupi rapaces in vos,
on parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exur-
ent viri loquentes perversa, ut abducant
iscipulos post se. Propter quod vigilate,
emoria retinentes, quoniam per triennium
de & die non cessavi cum lacrymis monens
unumquemque vestrum.

Scitis, qualiter unumquemque vestrum,
recantes vos & consolantes, testificati su-
us, ℟ ut ambuletis digne Deo, qui vocavit
s in sum regnum & gloriam. ℣. Testes
voco hodie coelum & terram, quod propo-
erim vobis vitam & mortem, benedictio-
& maledictionem. ℟ ut. j. Reg. 2. Deut. 30.

Lectio IV.

Nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ
ius, qui potens est ædificare, & dare he-
editatem in sanctificatis omnibus. Ar-
entum aut aurum, aut vestem nullius con-
ivi, sicut ipsi scitis: quoniam ad ea, quæ
ihi opus erant, & his qui mecum sunt,
ministraverunt manus istæ. Omnia ostendi
bus, quoniam sic laborantes oportet suscipi-
re infirmos, ac meminisse verbi Domini
hu, quoniam ipse dixit: beatius est magis
re, quam accipere. Et cum hæc dixisset,
positis genibus suis oravit cum omnibus
is. Magnus autem fletus factus est

omnium, & procumbentes super collum Pauli osculabantur eum, dolentes maxime in verbo, quod dixerat, quoniam amplius faciem eius non essent visuri. Et deducebant eum ad navem.

℟. Memores estis fratres laboris nostri & fatigationis, * nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaremus, prædicavimus in vobis evangelium Dei. ℣. Testis est Dominus, & testis Christus eius in die hac, quia non invenieritis in manu mea quippiam. * nocte. ℣. Gloria. * nocte. 1. Thess. 2. 1. Reg. 12.

In II. Nocturno antiphonæ.

1. Dicit Spiritus sanctus: Virum, cuius est zona hæc, alligabunt in Jerusalem Judæi, * & tradent in manus gentium. Act. 21.
2. Dixit Paulus: * quid facitis flentes, & affligentes cor meum? ibid.
3. Ego non solum alligari, sed & mori paratus sum, * propter nomen Domini Jesu. ibid.
4. Nihil horum vereor, dum modo consummam cursum meum, & ministerium verbi, * quod accepi a Domino Jesu. Act. 20.
5. Si immolor super sacrificium & obsequium fidei vestro, * gaudeo & congratulor omnibus vobis. Philip. 2.
6. Ego libentissime impendam & superimpendar ipse * pro animabus vestris. 2. Cor. 12.

℣. In Deo laudabo sermones meos, in Deo speravi:

℟. non timebo, quid faciat mihi homo. Ps. 55.

Lectio V.

Ex libro sancti Hieronymi presbyteri

ulus Apostolus, qui ante Saulus, extra nu-
erum duodecim apostolorum, de tribu
niamin et oppido Judeæ Giscalis fuit,
a Romanis capto, cum parentibus suis
arsum Cilicię commigravit: a quibus
studia legis missus Jerosolymam, a Ga-
liele viro doctissimo, cuius Lucas me-
init, eruditus est. Et quia in actibus apo-
storum plenissime de eius conversatione
ictum est, hoc tantum dicam, quod post
assionem Domini vicesimo quinto anno,
sti, secundo Neronis, eo tempore, quo Festus
curator Judeæ successit Felici, Roma-
dus mittitur, et biennium in libera
inens custodia, adversus Judæos de adven-
Christi quotidie disputavit. Sciendum autem,
rima satisfactione, necdum Neronis im-
io roborato, Paulum a Nerone dimissum,
Evangelium Christi in occidentis quoque
ibus prædicaretur, sicut ipse scribit in se-
da epistola ad Timotheum, eo tempore,
et papus est, de vinculis dictans epistolam.
i ergo quarto decimo Neronis anno, eoden
quo Petrus, Romæ pro Christo capite tun-
ur, sepultusque est in via ~~Ostia~~ Ostiensi,
nno post passionem Domini tricesimo
timo.

. Assistens Paulo Dominus ait: *constans
lo; sicut enim testificatus es de me in Je-
salem, sic te oportet et Romæ testificari.
. Eue testem populis dedi eum, ducem ac
ceptorem gentibus. *constans. act. 23. Ps. 88.

Lectio VI.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
adverſ. vituper. vitæ monaſt. l. 1.

um beatus Paulus pelliam, quam Nero
scribat, fidei sacramenta suscipere indu-
, simul persuaserat, impurum illum
gressum declinare. Ille corruptorem et

impostorem Paulum vocitans, primum quidem eum conjecit in vincula. Cum vero illi persuadere non posset, ut quello hoc monita dare desineret, nec avisitandem. Quid igitur ex hoc contigit vel detrimenti ei, qui mortem passus est, vel emolumenti ei, qui retulit? Immo, quid non emolumenti fuit tunc necato Paulo? quid non detrimenti necanti Neroni?

℟. Quod in me, promptum est vobis, qui Rome estis evangelizare: * non enim erubesco Evangelium. ℣. Loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum, et non confundebar. * non enim. Rom. i. Ps. 118.

Lectio VII.

In 2. ep. ad Timoth. cap. 2.

Paulus Cilix erat, pellium sutor, inops, imperitus externe sapientie: homo sepe cum fame luctatus, et nuni vestitus necessarius sepe deerat. Neque hoc solum, sed in vinculis quoque cum latronibus et homicidis, Nerone iubente, condebatur tanquam maleficus. Quis igitur illustrior, quis gloriosior, qui catenam circumferebat, vinctusque trahebatur ex carcere, an qui superabatur in purpura? qui contemnebatur imperans, an qui ipsius nihil curabat iubentis imperium? qui, solus cum esset, vicit an qui innumero vallatus exercitu victus est? cuius, inquam, sortem quis potius cupiat magis, Neronis an Pauli? Ille nempe neque sepulcrum cuiquam notum: at contra hic regibus omnibus splendidior regia in urbe, in qua vicit, conditus est: hic per ora omnium ubique celebratur, coronatusque predicatur; ille contra maledictis lacessitur innumeris.

℟. Scire vos volo, fratres, quia quod circa me factum est, magis ad profectum venerunt Evangelii: * ita ut vincula mea manifesta

erent in omni prætorio, & in cæteris omni-
s. ℣. Erunt tibi compedes in professionem
ditudinis & baseos virtutis; & vincula illius
rigatura salutaris. ℟. ita. Philip. j. Euli. 6.

Lectio VIII.

Ex epist. ad Rom. cap. 16.

is mihi dabit circumfundi corpori Pauli,
ligi sepulcro, videre pulverem corporis illius,
ue adhuc in Christo deerant, ad implentis,
gnata illius gestantis, prædicationem
angelii ubique seminantis! Pulverem,
quam, oris illius, per quod magnalia
ineffabilia Christus locutus est, & admi-
nda illa oracula orbi protulit Spiritus
ncti! quid enim os istud sanctum non
cit! Dæmones expulit, peccata absolvit,
annos compescuit, philosophorum linguas
travit, orbem Deo adduxit, barbaros philoso-
ari persuasit, omnia coaptavit, quæ in terra,
uæ in cœlis adquem voluit modum disposuit.
n solum autem oris, sed & corporis illius
overam videre vellem. Cor istud adeo
il latum, nil in se susceperit & integras
bes, & populos, & gentes: cor cœlis sub-
mius, orbe latius, radiis solaribus
endidius, igne fervantius, adamante
idius. Cor Pauli cor erat Christi, & la-
la Spiritus sancti, atque gratiæ volumen.
id opus est singula recensere? vellem videre
derum, quæ recondita sunt arma illa justitiæ,
a lucis, membra in quibus vincebat Christus;
e templum fuerunt Spiritus sancti. Hoc
pus Romam munit, & cum isto corpus
am Petri.

℣. Os nostrum patet ad vos, cor nostrum
latatum est: ℟. eandem habentes remu-
rationem, tam quam filiis dico, ℟. dila-
mini & vos. ℣. Testis mihi est Deus,

quomodo cupiam omnes vos in visceribus
Jesu Christi. ℟. eamdem. ℣. gloriâ. ℟ dilatamini.
2. Cor. 6. Philip. j.

In III. Nocturno.

Ant. Posui te in lucem gentium: ℟ ut sis
in salutem usque ad extremum terræ. Act. js.

Cantica de communi apostolorum.

℣. Narrabo nomen tuum fratribus meis:
℟. In medio ecclesiæ laudabo te. Ps. 21.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Pauli apostoli
ad Timotheum. cap. j.

Noli erubescere testimonium Domini nostri,
neque me vinctum ejus: sed collabóra Evan-
gelio secundum virtutem Dei: qui nos libera-
vit et vocavit vocatione sua sancta, non se-
cundum opera nostra, sed secundum propo-
situm suum et gratiam, quæ data est nobis
in Christo Jesu ante tempora sæcularia: mani-
festata est autem nunc per illuminationem
Salvatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit qui-
dem mortem, illuminavit autem vitam
et incorruptionem per Evangelium: in quo
positus sum ego prædicator, et apostolus et
magister gentium.

℟. Evangelium, quod evangelizatum est
a me, non est secundum hominem: ℟ neque
enim ab homine accepi illud, neque didici;
sed per revelationem Jesu Christi. ℣. Dixit
Dominus ad me: ecce dedi verba mea in ore
tuo; ecce constitui te super gentes. ℟ neque.
Galat. j. Jer. j.

Lectio X. cap. 2. d.

Memor esto Dominum Jesum Christum
resurrexisse a mortuis ex semine David, se-
cundum Evangelium meum: in quo laboro
usque ad vincula, quasi male operans; sed
verbum Dei non est alligatum. Propter omnia

dinec propter electos, ut et ipsi salutem
sequantur, quae est in Christo Jesu cum
ria coelesti. Tu autem assecutus es meam
trinam, institutionem, propositum,
em, longanimitatem, dilectionem, pa-
tiam, persecutiones, passiones: qualia
hi facta sunt antiochiae, Iconii et Lystris:
ales persecutiones sustinui, et ex omni-
s eripuit me Dominus.

In labore fui, et erumna, in vigiliis
ctis, in fame et sitti, in frigore et nudi-
te: ℣ praeter illa, quae extrinsecus sunt,
lantia mea quotidiana, sollicitudo
nium ecclesiarum. ℣. Die noctuque aes-
tuar et gelu, fugiebatque somnus ab oculis
is. ℣ praeter. 2. Cor. ij. Gen. 31.

Lectio XI. cap. 11.

vero vigila, in omnibus labora, opus fac
ngelistae, ministerium tuum imple, sobrius
. Ego enim iam delibor, et tempus resolutio-
s mae instat. Bonum certamen certavi, cur-
i consummavi, fidem servavi. In reliquo
osita est mihi corona justitiae, quam red-
et mihi Dominus in die illa justus index: non
em autem mihi, sed iis, qui diligunt ad-
ventum eius.

Cum liber esse m ex omnibus, omnium
servum feci, ut plures lucrifacerem: ℣
nibus omnia factus sum, ut omnes face-
m salvos. ℣. Videte, quoniam non soli mihi
laboravi, sed omnibus exquirentibus verita-
m. ℣ omnibus. 1. Cor. 9. Psalm. 24.

Lectio XII.

in prima mea defensione nemo mihi ad-
sit, sed omnes me dereliquerunt: non illis
putetur. Dominus autem mihi adstitit,
confortavit me, ut per me praedicatio im-
pleatur, et audiant omnes gentes: et libera-
tus sum de ore leonis. Liberavit me Domi-
nus ab opere malo, et salvum faciet in

regnum suum coeleste: cui gloria in secula seculorum: amen.

℟. Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi; ✱ per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. ℣. Quid mihi est in coelo, et a te quid volui super terram? Deus cordis mei. ✱ per quem. ℣. Gloria. ✱ per quem. Galat. 6. Vs. 12.

Evangelium, ut supra in festo S. Barnabe die XI. hujus, oratio ut supra in Vesperis.

Ad Laudes Matutinas Horas.

Antiphona.

1. In defensionem Evangelii positus sum, ✱ pro quo legatione fungor in catena. Philip. 1. Vsk. 7.

2. Omnia sustineo propter electos, ut ipsi salutem consequantur, ✱ quae est in Christo Jesu cum gloria coelesti. 2. Tim. 2.

3. Signa apostolatus mei facta sunt in omni patientia: ✱ in signis, et prodigiis, et virtutibus. 2. Cor. 12.

4. Ad antiphona. Vobis sum apostolus; ✱ nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino. 1. Cor. 9.

5. Magnificabitur Christus in corpore meo sive per vitam sive per mortem: ✱ mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum. Philip. 1.

Lectio Epistolae. 3.

Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia haec, in gentibus Evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes, quae sit dispensatio Sacramenti a seculis in Deo, qui omnia creavit.

br. Tu es Deus salutis meæ: * qui subdis
populos sub me:
. Propterea confitebor tibi in nationi-
bus. Ps. 17.

Hymnus Cun.

Paulo paupertas splendida copia;
Ingens mœror erat lætitiæ fœdus: *
Carcer, naufragium, crebraque verbera,
Acto fœmina gloriæ.
Mors desiderium, mors fuit illorum:
Terris hunc retinet sola necessitas, *
Fratrum solus amor, proquibus obviam
Se totum vovet hostiam.
Tandem Roma virum vidit, inanium
Cultrix Roma Deum: Cæsaris in domum
Infert ille fidem: * sæva nec alligant
Verbum vincula liberum.
Mundo conspicuum ceu rubor erubuit,
Spargens æthereum, quo graditur, diem: *
Humanis oculis qui semel ocidit,
Æterno rutilat die.
Laus sit summa Patri, summaque Filio,
Par sit sancte tibi laus quoque Spiritus: *
Da Paulum per iter, quod docuit, pium
Nobis, quà liceat, sequi. amen.
Deus docuisti me a juventute mea:
Usque nunc pronuntiabo mirabilia
tua. Ps. 70.

Bened. ant. Gratia Dei sum id, quod sum,
gratia ejus in me vacua non fuit, sed
undantius illis omnibus laboravi: *
non ego autem, sed gratia Dei mecum.
or. 15.

Oratio Cun.

s, qui beatum Paulum elegisti, per cujus
nefficium verbum fidei, quod prædicavit
gentibus, ad nos usque pervenire: fac, ipse
ercedente, sit stabiles et immobiles a se

Evangelii, quod audipimus, permanere; ut in die revelationis tuæ immaculati & irreprehensibiles coram te inveniri mereamur. Per Dominum.

Et dicitur Alia, ad II. Vesperas.

De commemoratione Sancti Petri.

Ant. Ego dico tibi: quia tu es Petrus: et super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam. Matth. 16.

℣. Posui adiutorium in potente:
℟. Et exaltavi electum de plebe mea. Ps. 88.

Oratio Sac. Gelas.

Deus, qui beato Petro apostolo tuo, collatis clavibus regni cœlestis, ligandi atque solvendi pontificium tradidisti: concede; ut intercessionis eius auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur.

Deinde fit memoria octavæ S. Joannis.

℣. Si hodie non fiat de S. Paulo, in laudibus primo loco fit commemoratio de octava S. Joannis, postea de octava apostolorum, ut die sequente notabur.

Ad Tertiam. Lectio Coloss. 1.

Nunc gaudeo in passionibus pro vobis, et adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia: cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos, ut impleam verbum Dei.

℣. Annuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna:
℟. Veritatem tuam et salutare tuum dixi. Ps. 39.

Oratio ad horas minores ex I. Vesperis.

Ad Sextam. Lectio. Rom. 15.

Habeo gloriam in Christo Jesu ad Deum: non

im audeo aliquid loqui eorum, quæ per
e non efficit Christus in obedientiam gen-
um, verbo et factis, in virtute signorum
prodigiorum, in virtute Spiritus Sancti:
ut ab Jerusalem per circuitum usque ad
yricum repleverim Evangelium Christi.
Annuntiavi, et locutus sum:
Multiplicati sunt super numerum. Ps. 39.

Ad Nonam. Lectio 2. Tim. 4.

e iam delibor, et tempus resolutionis
eæ instat: bonum certamen certavi, cur-
m consummavi, fidem servavi: in reli-
o reposita est mihi corona justitiæ, quam
det mihi Dominus in illa die justus
dex.
Retribuet mihi Dominus secundum in-
stitiam meam:
Secundum puritatem manuum mea-
rum retribuet mihi. Ps. 17.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Philip. 3.

æ retro sunt obliviscens, ad ea vero, quæ
nt priora, extendens me ipsum, ad destin-
tum persequor, ad bravium supernæ
cationis Dei in Christo Jesu.
Br. Sitivit anima mea * ad Deum fortem
vivum:
Quando veniam, et apparebo ante faciem
Dei. Ps. 41.

Hymnus Paris.

: Sudore fatis tuo fides,
Crucisque crevit gloria: *
Multoque per te fœnore
Impleta Christi præmia.
: Per sacra sese iam tuo

Impressa carni stigmata: ✱
Suoque totum spiritu
In Te Magister exprimit.

3. Sic Paule non vivis, loquens
Sed ipse Christus in tuo
Agensque vivit pectore: ✱
Satis ergo, satis terris datum.

4. Audita quondam tertio
Arcana coelo, ✱ nunc tibi
Fluenda se pleno palam
De fonte promunt luminis.

5. Hinc lacte verbi nos tui
Itaque faxis crescere: ✱
Christum que tibos, qua doces
Gressique, per calles sequi.

6. Hoc praestet almo cum Patre
Valoque nobis Spiritus: ✱
Tres Numen unum: cui Deus
Virtusque sit per secula. amen.

℣. Desiderium cordis eius tribuisti ei:
℟. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Ps. 20.

Ad Magnif. ant. Quae audistis, et vidistis in me, haec agite: ✱ et Deus pacis erit vobiscum. Philip. 4.

Oratio ex Matutinis.

Et fit commemoratio S. Petri, ut in Matutinis: et die octavo S. Joannis ex I. Vesperis festi, oratio ex die sequente.

℣. Si hoc festum occurrat infra octavam Corporis Christi, vel in Dominica, transfertur in diem 3. vel 5. Julii. Die 3. Julii de eo fit tantum commemoratio in I. Vesperis, sed secunde integre sunt de eo, cum memoria sequentis. Die vero 5. Julii habet primas vesperas integras, secunde vero toto sunt de die octava apostolorum.

Festa Julii.

Die I.

Octava S. Joannis Baptiste.

Duplex B. lect.

tum officium fiet ut in die festo, pro-
ter sequentia.

In I. Nocturno.

V. ex I. Nocturno festi.

Lectio III.

Sermo Sancti Ambrosii Episcopi.

l. 2. in Luc. n. 31. 32.

Vir Sanctus Evangelista prohibendum
Iovidi, quod plurimi infantem patris
nine Zacharie appellandum putaverint:
dvertas, matri non nomen alicuius displi-
he degeneris, sed divini sancto infusum Spi-
, quod ab angelo ante Zacharie fuerat
nuntiatum. Joannes est, inquit, nomen
s, hoc est, non nos ei nomen imponimus,
iam a Deo nomen accepit. Habet voca-
ium suum, quod agnovimus, non quod
imus. Habent hoc merita Sanctorum,
a Deo nomen accipiant, et bene audiunt:
a nemo in cognatione eius vocabatur
nomine, ut intelligas, nomen non ge-
is esse, sed vatis. Scripsit autem Zacharias:
nnes est nomen eius. Abi nomen non
ronibur, sed adstruitur: meritoque con-
o resoluta est lingua eius, quia quam
xerat incredulitas, fides solvit. Creda-
s et nos igitur, ut loquamur, et lingua
tra, quae incredulitatis vinculis obligata,
tionis voce solvatur. Scribamus spiritu
steria, si volumus loqui; scribamus pro-
dium Christi non in tabulis lapideis,
in tabulis cordis carnalibus. Genium qui
nnem loquitur, Christum prophetat.

In die octavo venerunt circumcidere

puerum, et vocabant eum nomine patris sui Zachariam. ℟. et + postulans Zacharias pugillarem, scripsit dicens: Joannes est nomen ejus. ℣. Vocabitur tibi nomen ~~Deus~~ novum, quod os Domini nominabit. Et eris corona gloriæ in manu Domini. + postulans. ℣. Gloria. + postulans. Luc. j. Isa. 62.

In II. Nocturno lectio IV. ut die 23. hujus.

Oratio Sac. Leon.

Omnipotens et misericors Deus, qui beatum Joannem Baptistam tua providentia destinasti, ut perfectam plebem Christo Domino præpararet: da, quæsumus, ut familia tua, hujus intercessione Precursoris, et a peccatis omnibus exuatur, et ad eum, quem prophetavit, pervenire mereatur: Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum.

Et dicitur ad omnes horas.

Pro commemoratione octavæ apostolorum ad matutinas ant. Deiformes adiutores, nemo glorietur in hominibus: + omnia enim vestra sunt, sive Paulus sive Cephas. 1. Cor. 3.

℣. Constitues eos principes super omnem terram.
℟. Memores erunt nominis tui Domine. Ps. 44.

In vesperis ant. Isti sunt duæ olivæ, et duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes: + habent potestatem claudendi cælum, et pereutere terram. apoc. 11.

℣. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham:
℟. Quoniam dii fortes terræ vehementer elevati sunt. Ps. 46.

Oratio Sac. Gelas.

Apostolicis nos, quæsumus Domine, beatorum Petri et Pauli adhortationibus adjuvet:

anto fragiliores sumus; tanto validio-
bus auxiliis foveamur. Per Dominum.

Et fit per octavam ad Matutinas

A vesperas.

Die II. Julii.

Visitatio B. Mariæ Virginis.

Duplex maius 12. lect.

ad I. Vesperas.

antiphona ex Matutinis.

Lectio. Euli. 4.

i senuerint Sapientiam, vitam heredi-
unt; A quo introibit benedicet Deus:
servient ei, obsequentes erunt Sancto,
os, qui diligunt illam, diligit Deus.
n. Visita nos Domine: ✠ in salutari tuo:
ad videndum in bonitate electorum
tuorum. Ps. 105.

Hymnus Sanct. Chun.

Quo sanctus ardor te rapit
O virgo princeps virginum? ✠
quo tendis, celso gradu
Conscendis alta montium?
Urget sacer te Spiritus
Toto repletam Numine: ✠
Te vis amoris excitat,
Tibique vires suppetit.
Tibi propinquam sanguine
Matrem puella visitas; ✠
Concepta quo divinitus
Gratioris alvi munera.
O quanta matrum gaudia!
Stupente natura, gravem
Anum stupes, ✠ quo virginem
Foetam Deo te prodicat.
Absconditum sub intimo
Cœli rubet, portabas sinu

al. Barf. Matris Dei iam dignitas
Nil charitati detrahit.

Solem: * Tuo qui protinus
Lustrabit orbem lumine.

℣. Jesu tibi sit gloria,
Mundi Redemptor qui venis: *
Cum Patre, cumque Spiritu
In sempiterna secula. amen.

Sic claudunter hymni huius diei.

℣. Ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum:
℟. Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis. Ps. 44.

ad Magnif. ant. Tantum in te est Deus, et non est absque te Deus. * Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvator: in deo justificabitur, et laudabitur omne semen Israel. Isa. 45.

Oratio Sac. Gall.

Deus, qui in visitatione Virginis Mariae novae laudis praeconiis magnificari voluisti: eius meritis et precibus tale nobis, quaesumus, tuae visitationis gratiam tribue; quatenus nunc et semper te magnificare mereamur. Per Dominum.

Deinde fit commemoratio octavae S. Joannis ut in II. Vesperis. oratio ut pag. 120.

Postea octavae SS. Apostolorum, ut pag. 120.

Demum SS. Processi et Martiniani Martyrum, de communi.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui nos Sanctorum Martyrum tuorum Processi et Martiniani gloriosis confessionibus circumdas et protegis: da nobis, et eorum imitatione proficere; et intercessione gaudere. Per Dominum.

Ad Vigilias Nocturnas.

Invit. Jesum benedictum fructum ventris Mariae, * Venite adoremus. Luc. 1.

Hymnus Sanctoli.

℣. Montes superbum verticem
Qua virgo transit transiit, subdite: ✱
Cui se libenter sternerent
vel ipsa coeli sidera.
℣. Cauta quo cubile domi,
Audet foras se prodere: ✱
Semper sibi timens pudor
Se charitate protegit.
℣. Illa, non nescit moras:
Fugit videri, nec minus
Fugit videre: ✱ ne suo
Quid quam pudori debeat.
℣. Beata, quam profert pede,
Tellus, beata semita: ✱
Colles beati, quos simul
Cum Matre sensistis Deum.
℣. Beatiores hospites
Vos, o quibus coelestia ✱
Loquente matre virgine
Audire verba contigit.
℣. Jesu tibi sit gloria,
Mundi Redemptor qui venis: ✱
Cum Patre amboque Spiritu,
In sempiterna saecula. amen.

Antiphona Nocturnorum ex communi de Beata.

In I. Nocturno.

℣. Elegit eam Dominus,
℟. In habitationem sibi. Psal. 131.

Lectiones quatuor cum suis RR. de Scriptura ad feria currente.

In II. Nocturno.

℣. Tamquam sponsus procedens de thalamo suo,
℟. Exultavit ut gigas ad currendam viam. Psal. 18.

Lectio V.

Sermo sancti Ambrosii Episcopi.
l. j. in Luc. cap. 1.

Verale est omnibus, ut qui fidem exigunt,

fidem adstruant. Vide angelus, cum abscondita nuntiaret, ut fides adstrueretur exemplo, Senioris feminæ sterilisque conceptum Virgini Mariæ nuntiavit, ut possibile Deo, omne quod ei placuerit, asereret. Ubi audivit hoc Maria, non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuntio, nec quasi dubitans de exemplo, sed quasi læta pro voto, religiosa pro officio, festina pro gaudio in montana perrexit.

℟. Ecce Elisabeth cognata tua concepit filium in senectute sua, et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: * quia non erit impossibile apud Deum omne verbum ℣. Plantati in domo Domini, adhuc multiplicabuntur in senecta uberi. * quia. Luc. j. 8 fgi.

Lectio VI.

In montana Virgo cum festinatione, virgo officii memor, injuriæ immemor, affectu urgente, non sexu, relicta perrexit domo. Discite virgines, non circum cursare per alienas domos, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Maria in domo sera, festina in publico, mansit apud cognatam suam tribus mensibus. Discite, virgines, pudorem Mariæ, discite humilitatem. Venit propinqua ad proximam, junior ad seniorem, nec solum venit, sed etiam prior salutavit. Decet enim, ut quanto castior virgo, tanto humilior sit. Soverit referre senioribus: sit magistra humilitatis, in qua est professio castitatis. Est et causa pietatis, est etiam norma doctrinæ. Continuendum est enim, quia superior venit ad inferiorem, ut inferior adjuvetur: Maria ad Elisabeth, Christus ad Joannem.

℟. Exurgens Maria abiit in montana * cum festinatione in civitatem Juda ℣. Ecce dilectus meus loquitur mihi: surge, propera amica mea. * cum. Luc. j. Cant. 2.

Lectio VII.

to quoque adventus Mariæ profectio
minico beneficia declarantur. Simul enim,
audivit salutationem Mariæ Elisabeth,
uctavit infans in utero ejus, & repleta est
iritu sancto. Vide distinctionem, singulorumque
oprietatem verborum. Vocem prior Elisa-
th audivit; sed Joannes prior gratiam
cit. Illa naturæ ordine audivit; iste exul-
it ratione mysterii. Illa Mariæ; iste Domi-
sensit adventum. Iste gratiam loquuntur,
i intus operantur; pictabisque mysterium
ternis adoriuntur profectibus, duplicique
raculo prophetant matres spiritu parvu-
um. Exultavit infans, et repleta mater
. Non prius mater repleta, quam filius;
um filius et repletus Spiritu sancto,
levit et matrem.

Intravit Maria in domum Zachariæ,
alutavit Elisabeth: ✠ et exultavit in-
s in utero ejus. ℣. Factum est verbum
m in gaudium, et lætitiam cordis. ✠ et
et. Luc. j. Jer. 15.

Lectio VIII.

nde hoc mihi, hoc est, quantum bonum
hi audivit, ut mater Domini mei veniat
me? Miraculum sentio, cognosco mysti-
m. Mater Domini verbo facta, Deo
naest. Mansit autem Maria cum illa
us mensibus, et reversa est in domum
m. Bene inducitur sancta Maria et
hibuisse officium, et mysticum numerum
disse: non enim sola familiaritatis
causa, quod diu mansit; sed beatam-
Vatis profectus. Nam si primus ingres-
us profectus exstitit, ut ad salutatio-
m Mariæ exultaret infans in utero,
leretur Spiritu sancto mater infantis:
antum putamus usu sancti temporis

Sancto Mario addidisse prosperitatem? ungebatur itaque, et quasi bonus athleta exercebatur in utero matris prophetæ; amplissimo enim virtus eius certamini parabatur.

℟. Exclamavit Elisabeth voce magna et dixit: * unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? ℣. quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum? * unde. ℣. Gloria. * unde. Luc. j. Psl. 8.

In III. Nocturno.

Ant. Bonam visitationem tuam pacem: * Nocumpabit salus muros tuos. Isa. 60.

Cantica ut infra in festo Nativitatis B. Virginis VIII. Septembris.

℣. Visitasti terram, Deus salutaris noster: ℟. Multiplicasti locupletare eam. Psl. 64.

Lectiones quatuor ex III. Nocturno Nativitatis S. Joannis Baptistæ. supra XXIV. Junii.

℟. g. Mandavit salutationem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in utero eius. * et repleta est Spiritu Sancto Elisabeth. ℣. Benedixit Dominus domui eius, et omnibus, quæ habebat. * et repleta. Luc. j. j. Bara. js.

℟. jo. ait Maria: magnificat anima mea Dominum: * et exultavit Spiritus meus in Deo salutari meo. ℣. Venite, audite, et narrabo, omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. * et. Luc. j. Psl. 65.

℟. ij. Suscepit Dominus Israel puerum

num, recordatus misericordiæ suæ: sicut
locutus est ad patres nostros: ✠ Abraham,
et semini ejus in sæcula. ℣. Laudate
Dominum Deum nostrum, qui in me
ricordia sua adimplevit misericordiam
suam, quam promisit domui Israel.
Abraham. Luc. j. Judith. ix.

ix. Habitavit arca Domini in domo
Obededom tribus mensibus. ✠ Et benedixit Dominus omnem domum ejus propter arcam Dei. ℣. Manifestabis Maria cum
Elisabeth quasi mensibus tribus, et reversa est in domum suam. ✠ Et benedixit. 2. Reg. 6. Luc. j.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Lucam. cap. j.

In illo tempore: Exurgens Maria abiit
in montana cum festinatione in civitatem
Juda: et intravit in domum Zachariæ, et
salutavit Elisabeth. Et factum est ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in utero ejus; et repleta
est Spiritu Sancto Elisabeth, et exclamavit voce magna et dixit: benedicta tu
inter mulieres, et benedictus fructus
ventris tui. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim,
ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in
utero meo. Et beata, quæ credidisti; quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi
a Domino. Et ait Maria: magnificat
anima mea Dominum, et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

Oratio ex I. Vesperis.

Ad Laudes matutinas et horas.

Antiphona.

℟. Viderunt eam, et beatam prædicaverunt: ✱ Laudaverunt eam. Cant. 6.

2. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Luc. 1.

3. Ecce ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis: ✱ exultavit in gaudio infans in utero meo. Luc. 1.

4. ad Cant. Amicus sponsi, qui audit eum, ✱ gaudio gaudet propter vocem sponsi. Joan. 3.

5. Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit te: ✱ Benedictum eloquium tuum. 1. Reg. 25.

Lectio Baruch 4.

Speravi in æternum salutem vestram et venit mihi gaudium a sancto super misericordia, quæ veniet nobis ab æterno salutari nostro.

℟. br. Recordatus est Dominus ✱ misericordiæ suæ:

℣. Et veritatis suæ domui Israel. Ps. 97.

Hymnus Cun. Sanct.

1. Adverba sacræ virginis
Intus movente Spiritu, ✱
Matris reclusus in utero
Infans Joannes gestiit.

2. Agnovit infantem Deum,
Cui noverat, ardet provere: ✱
Infans prophetat, qua potest,
Adesse Christum nuntiat.

3. Hic iam Redemptoris vices,
Præconis ille sustinet: ✱
Nec claustra matrum prohibent,
Quin ambo nunc impleat.

4. Felix puer, felix parens,
Felix Sacerdotis domus: ✱

que per paredem Virginem
Christo potitur hospite.
Jesu tibi sit gloria,
Mundo Redemptor qui venis. ✱
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna secula. amen.
Benedixisti Domine terram tuam:
averisti captivitatem Jacob. Ps. 84.
Bened. Ant. Per viscera misericordiæ
ei nostri ✱ visitavit nos Oriens ex alto. Luc. 1.

Oratio ex I. Vesperis.

Commemoratio octavæ apostolorum
supra pag. 12. et SS. Martyrum de com-
muni oratio ut supra in I. Vesperis.

Ad Tertiam. Lectio Judith. 13.

Benedicta tu a Deo tuo in omni tabernaculo
Jacob: quoniam in omni gente, quæ
audierit nomen tuum, magnificabitur
super te Deus Israel.
Benedicentur in ipso omnes tribus terræ:
omnes gentes magnificabunt eum. Ps. 71.

Oratio dum.

Respice ecclesiam tuam, misericors Deus: et filios
gentionis ingredi in eius sinum purifica;
et Maria claustrum uteri Joannem in sinum
Elisabeth sanctificasti. qui vivis.
Dicitur ad tres horas minores.

Ad Sextam. Lectio Zach. 2.

Letis, quia in medio Israel sum: et ego
dominus Deus vester, et erit post hoc: effun-
dam Spiritum meum super omnem carnem;
et prophetabunt filii vestri et filiæ vestræ.
Vox exultationis et salutis,
in tabernaculis justorum. Ps. 117.

Ad Nonam. Lectio Job. 12.

Confitemini Deum cæli, et coram omnibus
viventibus confitemini ei: quia fecit

vobiscum miseri cordiam suam.
℣. In Domino laudabitur anima mea:
℟. Audiant mansueti, et lætentur. Ps. 33.

Ad II. Vesperas.

Antiphonæ ex Matutinis.

Lectio j. Petr. 5.

Omnes invicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam: humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis.

℟. br. Cantabo Domino: * qui bona tribuit mihi:
℣. Psallam nomini Domini altissimi. Ps. 12.

Hymnus. Brev. Coll.

1. Cæteri nunquam nisi vagiendo
Primitus vocem pueri profundunt: *
Unus in cunctis alacris Joannes
Provenit ortum.

2. Hunc sibi nondum genitum sacravit
Patris æterni genitus prophetam: *
Spiritu gaudens caniturus futura
Utraque mater.

3. Ecce quam fructu genitrix utroque
Digna! quam fructus genitrice dignus! *
Hæc Deum virgo, sterilis recondit
Ista prophetam.

4. Tu tuos puris hodie clientes,
Virgo, collustres radiis Redemptor: *
Ille, quem prodit nova nasciturus
Gratia Vati.

5. Te sequi certo pede, quo præisti,
Tum Patris summi paritura Prolem, *
Vilis ancillæ titulum modesto
Pectore fateris.

6. Summa laus Patri, genitoque Verbo,
Utrique compar, utriusque nexus,

Spiritus sempa: ✠ Deus unus omni
Temporis evo. amen.
℣. Magnificate Dominum mecum:
℟. Exaltemus nomen eius in idipsum. Ps. 33.
℣. Magnif. ant. Respexit Deus humilita-
tem ancille sue: ✠ fecit mihi magna qui
potens est: et sanctum nomen eius. Luc. 1.

Oratio ex I. Vesperis.

Fit commemoratio octave apostolo-
rum, ut supra pag. 120.

℣. Hoc festum occurrens in Dominica,
celebratur die sequente.

Die III. Julii.

De octava apostolorum.
Semiduplex s. test.
ad vigilias.

Invit. et hymnus ut in festo, antiphone
nocturnorum de psalterio.

In I. Nocturno.

Annuntiaverunt opera Dei:
et facta eius intellexerunt. Ps. 63.

Lectio III.

Sermo sancti Bernardi abbatis.
Serm. 2. de SS. apost.

Hodie apostolorum tuletia in eorum
celsi solemnitate precipua. Hodie nimi-
rum Petrus crucifixus est, hodie decollatus
Paulus. Hoc hodierne causa festivitatis,
et presentium materia gaudiorum. In his
ergo festum agens diem sanctum sine dubio
sanctum sponsi habet ecclesia, spiritum domi-
num in animis conspectu, sicut habes in psalmo,
pretiosa est mors sanctorum. Quantos enim,
putaverentur apostoli, credimus absque,
dubio nequaquam pretiosis moribus illorum
viderent? Visi sunt enim oculis insipientium
mori, et estimata est afflictio exitus illorum.

Mihi autem, ait propheta, nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Studeamus, fratres, vivere vita illorum, sed morte eorum mori multo magis desideremus. Sapientia enim illorum novissima profert, ibi nos inveniri cans, ubi nos invenerit. Omnino necesse est, vitæ præsentis finem futuræ cohærere principio, nec ibi tolerabilis dissimilitudo est. Sicut enim si quis duo sibi, ut ita dixerim, cinctoria conjungere aut colligare voluerit, minus de reliquis partibus curans, ipsa quæ sibi copulanda sunt capita uniformiter parat, ne dissideant ad se ipsis: ita Deus vobis, quantum libet existerit conversatio spiritualis, si carnalis fuerit consummatio nostra, vitæ illi spirituali penitus non cohæret, nec caro et sanguis regnum Dei poterunt possidere. Fili, ait Sapiens, memorare novissima tua, et non peccabis. Videlicet quod hoc maxime recordatio faciat timoratum, timor expellat peccatum, negligentiam non admittat.

℟. Deus omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam suam gloriam in Christo Jesu ✝ modicum passos ipse perficiet, ✝ ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. ℣. In paucis vexati, in multis bene disponentur, quoniam Deus tentavit eos, et invenit illos dignos se. ✝ modicum. ℣. gloria. ✝. ipsi. j. Petr. 5. Sap. 3.

In II. Nocturno.

Lectio Isa. 66.

Mittam ex eis ad gentes in mare, in Africam et Graciam, ad insulas longe, ad eos, qui non audierunt gloriam meam, et annuntiabunt gloriam meam gentibus.

Bonet Domino gloriam,
Alaudem eius in insulis nuntiabunt.
Ysa. 42.

Oratio Sac. Gelas.

ostra, quæsumus, omnipotens Deus: ut
nigiter apostolica defensione muniamur,
succumbamus vitiis, nec opprimamur
versis. Per Dominum.
c oratio hodie & die 5. dicitur ad om-
s horas.

Laudes matutinas & horas omnia ut
die octava infra. Hymnus ex festo.
Benedictus et Magnificat antiphona
W. ut supra pag. 120. c.
ero de sequenti, commemoratio octavæ.

Die IV. Julii.

S. Udalrici Episcopi.
Duplex C. Lect.

Oratio Pars.

nulos tuos, quæsumus Domine, inter-
nte beato Udalrico Pontifice, tibi fa-
toto corde subiectos: ut tuæ charitatis
ridu repleti a terrenis mundemur ca-
talibus; & cælesti beatitudine te donante
ii efficiamur. Per Dominum ... in unitate
dem.

Lectio III.

Ex vita perlegenda presbyterum eius
familiarem scripta apud Mabill.

dricus nobilissima Allemannorum pro-
ia ortus, adolescentulus in cœnobio sancti
i monachis tradibus tum pietate, tum
teris et ecclesiastica disciplina studiis ade
efecit, ut eum in summum consortium asu-
ere omni modo conarentur. Deo tamen
ter disponente ad Adalberonem Episcopum
gustanum se contulit, indeque Romam
limina apostolorum se contulit. ubi
latum sibi a Pontifice post mortem

episcopi pastorale munus suscipere recusavit, donec Hielino morbo illud minus invitus suscipere cogeretur. Factus Episcopus vitam religiosam quoad potuit, retinuit; quotidie choro assistebat, verbum Dei populo ipse prædicabat, diœcesin frequenter visitabat, ac duas quotannis Synodos celebrabat, in quibus clericorum præcipue mores ad disciplinæ ecclesiasticæ leges revocandi atque demum incredibili labore ac vigilantia agendus, ut dum ipse se exactissimum virtutum omnium exemplar aliis exhiberet, & fidei puritatem, et morum sanctitatem in sua diœcesi stabiliret. Plurimas bellorum calamitates, aliasque adversitates perpessus, demum quinquagesimo sui pontificatus anno, Christi vero nongentesimo septuagesimo secundo ad Superos migravit, et miraculis gloriosus a Joanne decimo quinto inter sanctos primus solemni ritu relatus est.

℟. In pace et æquitate ambulavit, et multos avertit ab iniquitate: ✠ labia enim sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus: ✠ quia angelus Domini exercituum est. ℣. In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, et gravitate; verbum sanum, irreprehensibile. ✠ Labia. ℣. Gloria. ✠ quia. Mal. 2. Tit. 2.

Die V. Julii.

De octava apostolorum.

Semiduplex B. Lect.

In I. Nocturno.

℣. In omnem terram exivit sonus eorum: ℟. Et in fines orbis terræ verba eorum. Ps. 18.

Lectio III.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. 3. de apost.

Hi plane viri misericordiæ sunt, quæ

ericordiam consecuti, sive quia misericor-
oleni, seu misericorditer à Deo nobis donati
t. Et vide quam misericordiam consecuti
t. Paulum interroga de seipso, vel magis
de confitentem audi eum: quia fui blas-
mus & persecutor & iniquus, sed miseri-
diam consecutus sum. Venerit Paulus,
ignorans fecit in incredulitate: Petrus
ecidit, apertos habebat oculos. Porro
abundavit delictum, ibi superabundavit
ratia. Eorum siquidem, qui peccant, satis-
m Deum noverint, antequam peccaverint
am suave est onus leve, eorum, in quam
iosa redemtio est: et tales omnes nos fui-
s. At eorum, qui post conversionem pec-
is et vitiis implicantur in gratiam apte
ie, eorum ubique per paucos invenies,
post hoc redeant in gradum pristinum;
agis ni sordibus positi sordescant adhuc.
tamen, si quis huius modi est, desperandus
i tantum ut resurgere velit cito, quanto
diutius permanebit, tanto evadet diffi-
lius. Si enim Petrus post tam gravem
lum ad tantam rediit eminentiam sancti-
si quis de cetero deficeret, si tantum
divolverit a peccatis. Audistis certe,
misericordiam consecuti sint apostoli no-
stri iam nemo ex vobis de peccatis preteri-
ctis quam necesse sit confundatur, in
li conscientiae suae comprimatur. Quid enim?
le peccasti in seculo? numquid amplius
lo? quod si et ipse in religione? numquid
s Petro? attamen illi in toto corde poeni-
tiam agentes, non modo salutem, sed et
Nitatem consecuti sunt: etiam et salutis
isterium, et magisterium adepti sunt
Nitatis.

Hi viri misericordes sunt, quorum pec-
es non defuerunt, iam semine eorum
manent bona: * semen eorum in gloria

eorum non derelinquetur. ℣. Propatribus tuis nati sunt tibi filii; constitues eos principes super omnem terram. ℟ Semen. ℣. Gloria. ℟ Semen. Euli. 44. Ps. 44.

Reliqua ut die III. notantur.

Ad vesperas duplex. antiphonæ ex sequentis diei.

Lectio 1. Cor. 4.

Deus nos apostolos novissimos ostendit tamquam mortis destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus.

℟ br. Propter te Domine ℟ mortificamur tota die:

℣. Æstimati sumus sicut oves occisionis. Ps. 43.

Hymnus ex I. Vesperis festi.

℣. Qui seminant in lacrymis:

℟. In exultatione metent. Ps. 125.

Ad Magnif. ant. Beati estis, cum maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint; ℟ gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Matth. 5.

Oratio Sac. Greg.

Deus cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, et coapostolum eius Paulum, tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, et concede; ut amborum meritis æternitatis gloriam consequamur. Qui vivis et regnas.

Die VI. Julii.

Octava apostolorum.

Duplex maius 12. lect.

Si occurrat in Dominica, de octava fit tantum commemoratio.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. et hymnus ex festo.

Antiphonæ nocturnorum de communi Apostolorum.

In I. Nocturno.

Annuntiabunt cœli iustitiam eius:
Populo qui nascetur, quem fecit Dominus.
Ps. 21.

Lectiones quatuor cum suis R.R. de Scriptura
feria currente.

In II. Nocturno.

Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ
loquentur:
Et mirabilia tua narrabunt. Ps. 144.

Lectio V.

Sermo sancti Bernardi abbatis.
Serm. 1. de apost.

riosa nobis solemnitas illuxit, quam pro-
i martyres, martyrum duces, apostolorum
mipes morte clarissima consecrarunt.
sunt Petrus et Paulus, duo magna lu-
naria, quos Deus in corpore Ecclesiæ suæ
uit quasi geminum lumen oculorum.
ihi traditi sunt in magistros et in media-
es, quibus secure me committere possim:
et notas mihi fecerunt vias vitæ, et
antibus illis ad illum mediatorem
dere potero, qui venit pacificare per sangui-
sum, et quæ in cœlis et quæ in terris
. Tales decebat humano generi pastores
ctores constitui, qui et dulces esse et
entes, et nihilominus sapientes: dulces,
me blande et [illegible] misericorditer iu-
ent; potentes, ut fortiter protegerent;
ientes, ut ad viam, et per viam ducerent,
ducit ad civitatem.
. Vos eritis mihi testes in Jerusalem, ✠
✠ in omni Judæa et Samaria, et usque
ltimum terræ. ℣. Solide timere,
que conturbemini: vos estis testes mei.
in omni. ad. j. Ja. 44.

Lectio VI.

Quid Petro dulcius, qui iam dulciter ad se omnes convocat peccatores, sicut scriptus apostolici, et epistolarum eius series abtestatur? quid illo potentius, cui et terra obedivit, cum mortuos reddidit, et mare sub pedibus se calcabile prebuit, qui simonem Magum spiritu oris sui in aere abegit, qui claves regni celorum tam singulariter accepit, ut precedat sententia Petri sententiam celi? Denique quodcumque ligaveris, inquit, super terram, erit ligatum et in celis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in celis? quid autem illo sapientius, cui non caro et sanguis, sed Pater, qui in celis est, sapientiam illam, que de celis est, multa largitate revelavit? Libentissime Paulum Dominum, qui pro nimia dilectione Angelos, qui peccaverunt, et non egerunt penitentiam, in fortiore et omni principatu et potestate: qui sapientiam et medullam savorum sensuum non a primo, vel a secundo, sed a tertio celo largiter apportavit.

℟. In voce exultationis annuntiate: ✠ auditum facite, et efferte illud usque ad ultimum terre. ℣. Mysterium, quod absconditum fuit a seculis et generationibus: nunc autem manifestatum est sanctis eius. ✠ auditum. Isa. 48. Col. j.

Lectio VII.

Hi sunt magistri nostri, qui a Magistro omnium vias vite plenius didicerunt, et docent nos usque in hodiernum diem. Quid ergo docuerunt vel docent nos apostoli sancti? Non piscatoriam, non xenophatoriam, vel quid quid huius modi est: non Platonem

gere, non Aristotelis versutias inversare,
on semper discere, et numquam ad veritatis
cientiam pervenire. Docuerunt me vivere.
las, parva res est, scire vivere! Magnum
quid, imo maximum est. Non vivit, qui
superbia inflatur, qui luxuria sordidatur,
i coeteris inficitur pestibus: quoniam non
hoc vivere, sed vitam confundere, et ad-
propinquare, usque ad portas mortis. Bo-
nam autem vitam ego puto, et mala pati,
bona facere, et sic perseverare usque ad
rtem. Arbitror autem, quod tu, qui in
gregatione es, bene vivis si vivis ordinabi-
er tibi, sociabiliter proximo, et humili-
Deo.

Sic nos existimet homo, ut ministros Chri-
x et dispensatores mysteriorum Dei. V.
sacerdotes Domini vocabimini; ministri
nostri dicitur vobis. x Ad Dispens. 1. Cor. 4.

61.

Lectio VIII.

Serm. in vigil. eorundem apost.

Sicere unius festivitas ad infundendam
letationem universo terre; sed amborum
ista est adunatum gaudiorum, ut quo-
do in vita sua dilexerunt se, ita in morte
n sint separati. Quid illis potentius, dum
erunt in terris! quorum alteri traditur
ves regni coelorum, alteri magisterium
tium: alter Ananiam et Saphiram cecidit
verbis oris sui, alter donat, quidquid de-
l in persona Christi, et cum infirmatur,
e fortior est et potens! quam potestatem
ri micalis, qui tam potentes fuerunt in
is! Et qui nobis reliquerunt maiora
mpla, quam illi, qui in fame et siti,
frigore et nuditate, et in omnibus illis,
e Paulus enumerat, pugiles sunt afflicti,

et demum felici martyrio regna coelestia conscenderunt. Vere nobis rubor confusionis sunt, quos vix audemus respicere, ne dicam imitari. Oremus ergo eos, ut ipsi propitium nobis reddant amicum suum judicem nostrum, qui est Deus benedictus in secula.

℟. Jam non dicam vos servos; vos autem dixi amicos: * quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. ℣. Dabo vobis vos in nomen, et in laudem, omnibus populis terræ. * quia. ℣. Gloria. * quia. Joan. 15. Soph. 3.

In III. Nocturno.

Ant. Sanctificabunt sanctum Jacob, et Deum Israel prædicabunt: * et scient errantes spiritu intellectum. Isa. 29.

Cantica de communi Apostolorum.

℣. Et non sunt loquelæ, neque sermones, ℟. quorum non audiantur voces eorum. Ps. 18.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 4.

Habentes administrationem, juxta quod misericordiam consecuti sumus non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei: sed in manifestatione veritatis commendantes nos metipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. quod etiam opertum est evangelium nostrum, in iis, qui pereunt, opertum est, in quibus deus hujus seculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei. Non enim nos metipsos prædicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum, nos autem servos vestros per Jesum, quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere,

e illuxit in cordibus nostris ad illumina-
nem scientiæ claritatis Dei, in facie Jesu
risti. Habemus autem thesaurum istum
vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtu-
tis Dei, et non ex nobis.

Fiduciam talem habemus per Christum
Deum: * qui et idoneos nos fecit mi-
stros novi testamenti, non litteræ sed
ritus. ℣. Non quod sufficientes sumus
itare aliquid a nobis quasi ex nobis:
sufficientia nostra ex Deo est. * qui.
Cor. 3.

Lectio X.

omnibus tribulationem patimur, sed
angustiamur; aporiamur, sed non de-
imur; persecutionem patimur, sed non
elinquimur; deïicimur, sed non perimus:
per mortificationem Jesu in corpore
tro circumferentes, ut et vita Jesu
nifestetur in corporibus nostris. Semper
nos, qui vivimus, in mortem tradi-
r propter Jesum: ut et vita Jesu mani-
estetur in carne nostra mortali. Ergo mors
obis operatur, vita autem in vobis. Ha-
tes autem eumdem spiritum fidei secun-
tum est: credidi propter quod locutus sum,
os credimus, propter quod loquimur scientes
niam qui suscitavit Jesum, et nos cum
suscitabit et constituet vobiscum.
Scriptum est: quia propter te mortifica-
r tota die; æstimati sumus sicut oves oc-
onis: * Sed in his omnibus superamus
pter eum, qui dilexit nos. ℣. Posuisti nos
similitudinem gentibus, commotionem
itis in populis. * Sed. Rom. 8. Ps. 43.

Lectio XI.

nia enim propter vos, ut gratia abundans
multos in gratiarum actione abundet
gloriam Dei. Propter quod non deficimus,

Sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur; tamen is, qui [illegible] intus est, renovatur de die in diem. Id enim, quod in presenti est momentaneum, et levè tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt.

℟. Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis: * nam expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat. ℣. Nos primitias spiritus habentes intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes.

* nam. Rom. 8.

Lectio XII. cap. 5.

Nam et qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati: eo quod nolumus expoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur, quod mortale est, a vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus. Audentes igitur semper, scientes quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino: per fidem enim ambulamus, et non per speciem: audemus autem et bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, et præsentes esse ad Dominum. Ideo contendimus, sive absentes sive præsentes, placere illi.

℟. Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum: * qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. ℣. Nostra conversatio in cœlis est, exspectantes et properantes in adventum diei Domini. * qui.

℣. Gloria. * qui. Philip. 3. j. Petr. 3.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 14.

illo tempore: compulit Jesus discipulos
os ascendere in naviculam, et praecedere
m trans fretum, donec dimitteret turbas.
dimissa turba ascendit in montem solus
re. Vespere autem facto solus erat ibi.
vicula autem in medio mari jactabatur
fluctibus; erat enim contrarius ventus.
rta autem vigilia noctis venit ad eos,
bulans super mare. Et videntes eum super
re ambulantem, turbati sunt dicentes:
ia phantasma est. Et prae timore clama-
runt. Statimque Jesus locutus est eis, di-
s: habete fiduciam, ego sum, nolite timere.
respondens autem Petrus dixit: domine,
si tu es, jube me venire ad te super aquas, at
ait: veni. Et descendens Petrus de na-
cula, ambulabat super aquam, ut veniret
Jesum. Videns vero ventum validum, ti-
uit; et cum coepisset mergi, clamavit dicens:
ine, salvum me fac. Et confestim Jesus
rrigens manum, apprehendit eum, et ait
: modicae fidei, quare dubitasti? Et cum
ndissent in naviculam, cessavit ventus. Qui
em in navicula erant, venerunt et adora-
runt eum dicentes: vere Filius Dei es.

Ad Laudes Matutinas Horas.

antiphona.

Isti homines servi Dei excelsi sunt: * qui
nnuntiant vobis viam salutis. act. 16.

Praedicaverunt ubique Domino cooperante: * Sermonem confirmante sequentibus signis. Marc. 16.

Dei sumus adjutores, * ministri eius, quem credidistis. 1. Cor. 3.

ad cant. Gloria vestra sumus, sicut et vos nostra, * in die Domini nostri Jesu Christi. 2. Cor. 1.

Memores estote verborum * quae praedicta sunt ab apostolis Domini nostri Jesu Christi. Jud. 17.

Lectio, Rbr. Athymnus ut in festo. pag. 101.

℣. Annuntiate inter gentes gloriam Domini:
℟. In omnibus populis mirabilia eius. Ps. 95.

Ad Bened. ant. Qui operatus est Petro in apostolatum circumcisionis, operatus est et mihi inter gentes; ✠ et cognoverunt gratiam Dei. Gal. 2.

Oratio ex I. Vesperis.

Ad Tertiam. Lectio Rom. 1.

Per Christum accepimus gratiam apostolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: in quibus estis et vos vocati Jesu Christi.
℣. In omnem terram exivit sonus eorum:
℟. Et in fines orbis terræ verba eorum. Ps. 18.

Ad Sextam. Lectio 2. Cor. 5.

Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.
℣. Confitebimur tibi Deus:
℟. Narrabimus mirabilia tua. Ps. 74.

Ad Nonam. Lectio 2. Thes. 2.

Vocavit vos Deus per Evangelium nostrum in adquisitionem gloriæ Domini nostri Jesu Christi: itaque fratres, state et tenete traditiones, quas didicistis sive per sermonem, sive per epistolam nostram.
℣. Patres nostri annuntiaverunt nobis opus:
℟. Quod operatus es in diebus eorum. Ps. 43.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio 2. Thes. 3.

Fidelis Deus est, qui confirmabit vos, et custodiet a malo: confidimus autem de vobis in Domino, quoniam quæ præcipimus,

facitis et facietis. Dominus autem diri-
corda vestra in charitate Dei, et patien-
Christi.
R. Constitues eos principes * super omnem
terram:
Memores erunt nominis tui Domine. Ps. 44.
Hymnus: Supreme, ex festo pag. 103.
Vimis honorati sunt amici tui Deus:
Vimis confortatus est principatus eo-
rum. Ps. 138.
Magnif. ant. Laudemus viros gloriosos,
arentes nostros in generatione sua, domi-
les in potestatibus suis: * et imperantes
resedit populo, et virtute prudentiæ
lis sanctissima verba. Eccli. 44.

Oratio ex I. Vesperis.
Et commemoratio sequentis.

Die VII. Julii.

S. Willibaldi Episcopi.
Duplex o. loch.
Oratio Cas.
nus sumus, omnipotens Deus: ut qui
hi Willibaldi confessoris tui atque Pontifi-
solemnia colimus, eius apud te inter-
ionibus adiuvemur. Per Dominum.

Lectio III.
x vita per monialem Sancti consangui-
neam scripta, apud Mabillon.
ibaldus in anglia claro genere ortus,
nquennis in monasterium litteris ac
ludibus imbuendus traditur. adoles-
s a secularium rerum pompa ac strepi-
abhorrens, relicta patria Romam,
eque Hierosolymam peregrinatus est,
e sacra veneraturus: ubi etiam a
ecenis captus est. In Italiam reversus
Casinensi monasterio regulam sancti

Benedicti amplexus decem annis deinceps eidem in omni obedientia vitaque regularis perfectione militavit. Romam rediens a Gregorio tertio ad sanctum Bonifacium in Germaniam socius prædicationis missus, in gentis conversione assidue cum illo laboravit. Quare ab eodem sacerdotio initiatus, et ad regionem aurelianensem sive Suessionensem demissus, Episcopus consecratus est. Curæ igitur pastorali susceptæ, neglectis rerum sæcularium curis, animarum saluti, verbique divini prædicationi totum se dedit: donec uberrima messe meritisque cumulatus, ad supernam patriam migraret circa annum Domini septingentesimum octavum, cum ecclesiam suam quadraginta quinque fere annis paterna sollicitudine rexisset.

℟. Duo audisti per multos dies, hoc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere: ✱ labora sicut bonus miles Christi Jesu. ℣. Speculatorem dedi te domui Israel, et audies de ore meo verbum, et annuntiabis eis ex me. ✱ labora. ℣. Gloria. ✱ labora. 2. Tim. 2. Ezech. 3.

In Vesperis commemoratio sequentis.

Die VIII. Julii.

S. Chiliani et Sociorum Martyrum.

Duplex 3. lect.

Gratio Sacr. Leon.

Da nobis, omnipotens et misericors Deus: ut Sanctorum Martyrum tuorum Chiliani et Sociorum natalitia celebrantes, quorum prædicamus triumphos, eorum fidem veraciter imitemur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita c. N.S. Lichfild. erata, apud Mabillon.

Chilianus Hibernus a puerili etate sa-
as litteras didicit, et quid quid ad propa-
tionem fidei pertinere cognouerat,
uota mente et pio operari studio non
auit. Unde assumtis secum sociis in
ientalem Franciam commigrauit: vi-
usque gentem idolis deditam, Romam
rexit, licentiam prodicandi Euangelii
Conone pontifice petiturus. Hac in-
trata ipse Episcopus ordinatus cum
Comanno Presbytero et Tolnano
iono Herbipolim orientalis Francie
Bellum remeauit, ubi multos popu-
s cum Gozberto prouincie duce
a prodicatione ad Christum conuer-
t, et baptizauit. Dux vero Geilanam
alris sui uxorem in matrimonio
ebat, quam tamen, instante Chilia-
, se dimissurum esse promisit. Ita
tur ira et inuidie fomite auersa
Sanctos Dei odorem mittit, qui eos noc-
rno tempore, in laudibus Dei
animiter confistentes, capite trun-
runt, et gloriosa martyrii palma
ronarunt, anno Christi Dcccclxxxix
Nonagesimo nono.

℣. Hæc dicit Dominus Deus Israel: ✱
Ulciscar sanguinem seruorum meorum
rophetarum, et sanguinem omni-
m seruorum Domini de manu Jez-
bel. ℟. Vidi mulierem ebriam de
nguine Sanctorum, et de sanguine
Martyrum Jesu. ✱ ulciscar. ℟. Gloria.
ulciscar. 4. Reg. 9. apoc. 17.

In Vesperis fit commemoratio sequentis.

Die IX. Julii.

SS. Septem Fratrum et Martyrum.

Duplex s. loch.

Oratio Sac. Greg.

Presta, quæsumus, omnipotens Deus: ut qui gloriosos Martyres tuos in sua confessione cognovimus; pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dominum.

Lectio II.

Passio sanctæ Felicitatis et Septem Filiorum eius.

apud Ruinart.

Temporibus Antonini Imperatoris orta est seditio pontificum, et Felicitas illustris femina cum septem filiis suis christianissimis tenta est. Imperator Antoninus iniunxit præfecto urbis Publio, ut eam compelleret cum filiis suis deorum suorum iras sacrificiis mitigare. Cui Felicitas dixit: nec blanditiis tuis resolvi potero, nec terroribus tuis frangi. Habeo enim Spiritum sanctum, qui me non permittit vinci a diabolo; et ideo secura sum, quia viva te superabo, et si interfecta fuero, melius te vincam occisa. Postera die Publius sedit in foro Martis, et iussit eam adduci cum filiis suis, cui et dixit: miserere filiis tuis, iuvenibus bonis, et flore primo iuventutis florentibus. Respondit Felicitas: misericordia tua, impietas est; et exhortatio tua crudelitas est. Et conversa ad filios suos dixit: videte, filii, cælum, et sursum

spicite; ibi vos exspectat Christus cum
nubis suis. Pugnate pro animabus vestris,
fideles vos in amore Christi exhibete.

2. Supra modum mater mirabilis, quæ
ereantes septem filios subinus diei ter-
ino conspiciens, leone animo ferebat, ♱
ingulos illorum hortabatur voce patria
ibter repleta sapientia. 2. Peto nate,
aspicias ad cælum: ita fiet, ut non ti-
neas carnificem istum. ♱ singulos. 2.
Mach. 7.

Lectio III.

Tum vocavit proconsul singillatim fi-
ios eius Samarium, Felicem, Philippum,
Evanum, Alexandrum, Vitalem, et Mar-
alem. Felix dixit: unus est Deus, quem
imus, ei sacrificium pia devotionis
ferimus. Vide ne tu credas, me, aut ali-
em fratrum meorum a Domini Jesu
risti amore recedere. Immineant ver-
a, stent cruenta consilia, fides nostra
vinci potest, nec mutari. Respondit
exander: ego servus Christi sum. Hunc
confiteor, corde teneo, incessanter adoro.
irma autem dies, quam cernis, canam
el prudentiam, si unum Deum colat.
timus tandem omnium Martialis di-
: O si noscres, quæ pœne idolorum cultu-
us parata sunt! Sed adhuc differt Deus,
m quam in vos et idola vestra demon-
ere. Omnes enim, qui non confitentur
ristum verum esse Deum, in ignem
ternum mittentur. Tunc Publius gesta
mia scripta per ordinem imperatori
ggessit. Antoninus vero misit eos ad
versos iudices, ut variis supplicijs
icerentur. Mater eorum quinto post
ese, ab sacro capite, eamdem martyrii
lmam consecuta est.

℟. Quid queris, & quid vis discere a nobis? paratissimus mori magis, quam patrias Dei leges prevaricari. * Dominus Deus aperiet veritatem, & consolabitur in nobis. ℣. Modico dolore sustentato sub testamento eterne vite effecti sunt: novissime autem post filios & mater consumta est. * Dominus. ℣. gloria. * Dominus. 2. Mach. 7.

In vesperis fit commemoratio sequentis.

Die X. Julii.

S. Udalrici Monachi.

Duplex B. lect.

Oratio clun.

Omnipotens sempiterne Deus, qui terrena pro te calcantium merces magna animis: da nobis exemplo & intercessione beati Udalrici, cujus hodie solemnia celebramus, temporalia omnia despicere; & ad eterna tota mentis intentione festinare. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per Eberhardum ejus discipulum Scripta, apud Mabillon.

Udalricus Ratispóne in Bavaria nobili prosapia natus, peritis doctoribus litterarum studiis erudiendus committitur; sub quibus adeo profecit, ut ab omnibus etatis illius ineptiis alienus, solitudinem & ecclesias frequentare in deliciis haberet. In aulam Henrici tertii Imperatoris admissus, castissimam morum disciplinam semper retinuit. Diaconus inde ordinatus, & Propositus Frisingensis constitutus, commissi sibi gregis utilitatem sollicite per omnia quo fovit, canonicamque disciplinam firmavit. Hierosolymis ubi sacra loca devotissime visitaverat, in patriam reversus, suisque bonis in pauperes

ribuchis, Romam primo, deinde Cluniacen-
e petiit, ubi monasticam vitam sub
do Hugone Abbate professus, cunctis
hubitibus enituit, et linguam suam cauta
primis caute refrenans otiosa aut
radoria verba nec ipse proferre, nec
liis audire sustinuit. Sacerdos initiatus,
onfessarius deputatus discretione ac
ericordia maxime refulgebat. Carnis
lationibus heroico ausu superatis, spa-
tia & humilitate insignis, missus ab
ate suo pluribus monasteriis paterna
ieitudine profuit. Edificato tandem in
dam sylvæ nigræ eremo monasterio, quod
ipso deinceps nomen accepit, illud iuxta
miacenses consuetudines, quas ipse con-
isserat, rexit, multisque miraculis il-
ris ad coelum emigravit, circa annum
ili millesimum nonagesimum tertium,
us senectute, plenus sanctitate, relin-
ns filiis suis dolorem de morte, exem-
m de conversatione, spem de inter-
tione.

Omnis, qui in agone contendit, ab
ibus se abstinet; ego igitur sic curro,
quasi in incertum: sic pugno non
si aerem verberans; sed castigo corpus
um, et in servitutem redigo. V. ut
i, quoniam aliter non possem spec-
us, nisi Deus det, ad id Dominum, et
recabus sum illum. sic. V. gloria.
e. 1. Cor. 9. Sap. 8.

sero de sequenti, commemoratio pro-
entis.

Die XI. Julii.

Translatio S. P. N. Benedicti abbatis.

Festivitas II. classis. 12. lect.

Cum octava minore.

lum officium fit, ut in eius die natali
: XXI. Martii, praeter sequentia.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Odilonis abbatis cluniacensis.
Habitus Floriaci in hoc festo.

Festiva beatissimi Benedicti solemnitas Christo Domino propitiante refulget, quo fidelium cordibus et affectum devotionis augere, et spiritale gaudium afferre consuevit. Merito siquidem tanti Patris memoria iidem fideles congaudent: constat enim, quod unumquemque sanctorum christiana pietas tanto venerabilius colit, quanto celsius hunc a Deo decoratum cognoverit. Unde et istum Patrem quodam instinctu specialius amat, eiusque memoriam dulcius recenset: nimirum non nescio, quod illum omnipotens Deus inter summos et electos sanctæ ecclesiæ Patres, mirum in modum provexit, et inter sanctæ fidei fundatores ac celestis disciplinæ censores insigniter sublimavit. Quippe quem Spiritus sanctus charismate, tum miraculorum signis, tum virtutum exercitiis adornavit, ut dignus in mundo apparere, per quem excelsioris ordinis multitudinem informaret.

℟. Patrem multarum gentium constitui te, faciamque te crescere vehementissime, et ponam te in gentibus: * et statuam pactum meum inter me et te, et inter semen tuum post te fœdere sempiterno.
℣. Invenisti gratiam coram me, et te ipsum novi ex nomine. * Et. Gen. 17. 2 ad. 39.

Lectio VI.

Grande gaudium gentibus quæ sanum sapientibus hoc affert, quod eis superna providentia talem ac tantum duem ac præceptorem constituit, quem ad promulgandam cælestis disciplinæ legem

pnum et idoneum totus mundus agnoscat.
udent ergo, et quasi previum sequentes de
ius nubu pendent, et cordis aciem in eum de-
gunt. Gaudent, quia per eius magisterium
coelestis militie tirocinium sunt adepti.
rant se sub eius ducatu militantes, ad su-
mi Regis palatium introire: et quod
s meritis nequaquam presumunt, eiusdem
: huius intercessione se adipisci confidunt.
Hanc itaque lucernam quasi in caligi-
lo vite huius gradio micantem subinde
sicunt, et in ipsa videat, quo gressum pre-
lendant.

In fide et lenitate ipsius sanctum fecit
um, et elegit eum ex omnicarne: ✠ Et
i illi coram precepta, et legem vite et
ipline. V. Hic est, qui fuit in ecclesia
olitudine cum angelo: qui accepit auc-
vitio dare nobis. ✠ Et de dict. Euli. 45. ad. 4.

Lectio VII.

Deum laudes eius resonare talibus ut-
rque conqueret, qui iuxta apostolum sci-
i quo est spes vocationis Dei, videlicet
is vocationis, qua non solum cum aliis
ristianis communiter ad fidem vocati sunt,
etiam ad subeundum celsiorem gradum
eumdem Patrem instituum: qui in
um gratiam hanc nequaquam acceperunt,
quo eis a Deo donata sunt, nouerunt.
nibus propter cor et animam unam
unius populi vocabulo Deus dicit: ob-
dite auris obedient mihi; quem nimi-
e in Sanctis eius laudare iubemur. Sed
les eum laudare debeant, Scriptura non
t, dicens ad ipsos: qui timetis Dominum,
date eum. Et idem: laudabunt Domi-
m, qui requirunt eum. quo contra: non
tra est, inquit, speciosa laus in ore
catoris.
Fratres, confortamini in Domino, et

in potentia virtutis eius: ✝ propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare. V. apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, et pereatis de via iusta. ✝ propterea. Ephes. 6. Phil. 2.

Lectio VIII.

Quisquis vero nostrum vultum sui meriti faciem contemplari, necesse habet, ut in hoc speculum intendat, id est, ut eiusdem Patris actus sollicitus perpendat. Inspectis etenim, prout nostra parvitas est, illius gestis, vel quantum nos in imo, vel quantum ille in sublime sit, animadvertere poterimus. Hinc de quolibet poenitente Scriptum est: respiciet homines, id est Sanctos, et dicet, peccavi: quoniam in illorum praesentiam confiderat, quantum se deformem attendat. At vero quia Scriptura iubet: Sanctus enim dies Domini est, nolite contristari; quod in nobis, vel ex nobis est triste, omittamus. et quasi nobis cum sit hodie prorsus, gaudere praesumamus. Munus vero nostrae confessionis velut ante pedes paternae pietatis offerentes, nostrum prope in eius laude et admiratione totum sublevemus. Cuius autem laudes tanto quisque celsiori voce clamat, quanto hunc ardentius amat, vel eius vitam perspicacius perspat: quo nimirum a primordio tota admiratione dignissima est.

℟. Erunt oculi tui videntes praeceptorem tuum, et aures tuae audient verbum post tergum monentis: ✝ haec est via, ambulate in ea; et non declinetis neque ad dextram, neque ad sinistram. ℣. Audite filii disciplinam patris, et

gem meam ne derelinquatis. * hoc
st. V. Gloria. * hoc est. Ps. 30. Prov. 4.

Ad II. Vesperas.

. In memoria eterna erit justus:
. justitia eius manet in seculum seculi.
Ps. iii.

Magnif. ant. Hic est princeps fra-
um, firmamentum gentis, stabili-
atum populi: * et ossa ipsius visi-
ta sunt, et post mortem prophetaverunt.
li. 49.

Inde fit commemoratio sequentis.
. postea SS. Martyrum.

Oratio Sac. Greg.

osta, quæsumus Domine: ut sicut
s sanctorum Martyrum tuorum Sá-
nis et Felicis natalitia celebrandaron
erunt, ita inviter suffragiis comitien-
r. Per Dominum.

Die XII. Julii.

S. Joannis Gualberti abbatis.

Duplex 3. lect.

Oratio. Clun.

mine Deus, Pater misericordiarum,
i benignus es super ingratos et malos:
nobis meritis et imitatione beati
nnis Gualberti sincera charitate dili-
e inimicos nostros, ut vere filii tui
ninemur, et hereditatem filiorum
reamur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per Attonem quartum eius
Successorem scripta.

nnes Gualberti nobilis Florentini fi-
s, cum quidam propinquum eius ne-
et, homicidio obviam filii facto ipse ar-
tus ob sacro crucis reverentiam, quam

ille signaverat, veniam concessit. Basilicum inde progressus sancti Miniatis ecclesiam oraturus ingreditur, ubi crucifixi imaginem caput sibi flectere contuetur, quasi gratias ei redderet, quia pro reverentia ipsius inimico misericorditer pepercisset. Quod videns cogitare cepit, quomodo Deo melius deservire posset: ab eiusdem igitur cœnobii abbate suscipi humiliter postulavit. Verum obsistente patre ipse sibi comam totondit, et cucullam ex altari accepit. Cepit exinde Joannes arctam et angustam viam servare, vigiliis, abstinentiis et orationibus ferventer insistere, iisque humilitatis, patientiæ, obedientiæ, ceterarumque virtutum flore splendebat, ut cum se ceteris inferiorem crederet, ab omnibus sublimior haberetur. Tandem maioris perfectionis gratia ad vallem Umbrosam, plurimis ad eum undique confluentibus, primo cum sancti Benedicti institutum iuxta Regulam restituit. Abbas illis præfore coactus, ac disciplinæ regulari unice intentus, plura alia monasteria reformavit. Stupenda fuit, quæ Dominus per ipsum operari miracula dignatus est. Vitia, et simoniacam præcipue labem hunc grassantem acerrime insectabatur, plurima propterea in se suisque perpessus incommoda. Suos demum ad mutuam concordiam et fraternum amorem, sine quibus omnia languescerent, cohortatus, sanctissime obiit anno Christi millesimo septuagesimo tertio.

℟. Qui vindicari vult, a Domino inveniet vindictam, et peccata illius servans servabit: * relinque proximo tuo nocenti te: et tunc deprecanti tibi peccata solventur. ℣. Noli vinci a malo, sed vince in

no malum. ✝ relinque. V. gloria.
inque. Eccli. 28. Rom. 12.
fit commemoratio octavæ in matuti-
s et vesperis; sed SS. Martyrum in
tutinis tantum.

Die XIII. Julii.

De octava S. Benedicti.

Semiduplex. O. lect.

init. et Hymnus de festo, antiphonæ
dinorum de psalterio, ad matutinas
ro et reliquas horas, ultimi festo: prote
quentia.

In I. Nocturno.

in lege Domini voluntas eius:
Omnia quæcunque faciet prosperã-
untur. Ps. i.

Lectio III.

De sermone sancti Odonis abbatis.
um magnificum illud est, quod paternas,
fertur, locupletissimas admodum opes ve-
obscœnum stercus exhorruit Benedictus,
ana esse studia philosophorum adhuc te-
rimus cognovit: qui grandævo animo iam
e subire erémi vastitatem ausus est, quod
ipse quidem Martinus toto orbe mirabilis
he refertur. Et quia iugum non solum ab
lescentia, sed etiam ab ipsa infantia por-
it, in illo cœlesti capitolio singulariter
bit. Nec sine divino moderamine gestum
he constat, quod aculeos tentationis in sese
validos ibidem experturus est. Sicut enim
bonorum Petrus primo sibi offensus, est
e Dominico gregi prælatus; sic iste prin-
Dei tantorum millibus Monachorum
ferendus, oportuit, ut proprio discrimine
disceret, qualiter subditis misereri debuisset.
ia tamen proprium et primum certami-
mi petrum fortiter devicit, tale quid dem-
s numquam sensit. Quam obedienter sane

et quam diserte privato bono quisque debeat
commune bonum proferre, hii spiritualis
disciplinæ magister in hoc suo facto demonstrat,
quod mox ut expeditus esset, dilectam sollicitudinem
se vincens detulit, et voto supplicium satisfecit. quoniam vero sancta atque miranda eius
gesta in promtu habentur, nos interim taceamus de illis.

℟. Condelector legi Dei secundum interiorem
hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: *
quis me liberabit de corpore mortis huius?
gratia Dei per Jesum Christum Dominum
nostrum. ℣. Domine pater et Deus vitæ
meæ, omne desiderium averte a me, auferas
a me concupiscentias. * quis. ℣. Gloria.
* quis. Rom. 7. Iuli. 20.

In II. Nocturno.

Lectio j. Thess. 4.

Rogamus vos fratres, ut abundetis magis,
et operam detis, ut quietiores sitis, et ut vestrum negotium agatis, et operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis: ut honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt;
et nullius aliquid desideretis.

℣. Benedictionem dabit legislator:
℟. Ibunt de virtute in virtutem. Ps. 83.

Oratio Sac. Greg.

Excita Domine, in ecclesia tua Spiritum,
cui beatus Benedictus abbas servivit:
ut eadem nos repleti studeamus amore
quo dilexit, et opere exercere quod docuit.
Per Dominum ... in unitate eiusdem.

Hæc oratio dicitur quotidie per
octavam ad omnes horas.

Vespere de sequenti, commemoratio octavæ.

Die XIV. Julii.

S. Bonaventuræ Episcopi Doctoris.

Duplex 3. lect.

De communi Doctorum.

Oratio Clun.

Da Domine, intercedente beato Bona-
ntura Doctore tuo atque Pontifice tuo
m corda fidelium: ut sacris inbeata doc-
nis et intelligant, quod sequantur, et
quendo fideliter apprehendant. Per
minum.

Lectio II.

Ex oratione coram Sixto IV. proeius
canonizatione habita.

naventura natione Tuscus, patria
neoregius, suscepto ex voto parentum
di Francisci habitu, in sua vocatione
impigre progressus est, ut omnis ipsius
in Dei cognitione ac contemplatione
faretur. Adquam aspirandam cum per
arum Scripturarum assiduam lectio-
, meditationem precesque inhiaret,
lam doctrinarum perfectionem brevi
tus est, ut septimo sui ingressus anno, con-
magistrorum sui ordinis iudicio delectus
um sententiarum Parisiis publice lege-
et interpretaretur. quod vero mirabilior
nirabilius, quo magis scientia et aucto-
te eminebat, eo magis humilitate
ntis deprimebatur. Nec ut plerique
erarum scientia inflati, vilia minis-
domestica fastidiebat: sed vix, nec nisi
obedientiam, egre tamen, abiectorum
ctione coercebatur; prelatis indignum
ut antibus, si non a talibus sequestra-
ur, in quo sancti Spiritus gratia habi-
e perspicue cernebatur.
In mansuetudine opera tua perfice,
super hominum gloriam diligeris: *

quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam. ℣. Non judicavi me scire aliquid, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum. ℟ quanto. Euli. os. j. Cor. 2.

Lectio III.

Nec tamen vir sanctus illa charitatis officia ob litterarias actiones prætermittebat, sed in omnes fratres oculos intendens, si quem forte tristem aut professionis pœnitentem intelligeret, tanta dulcedine in sermone conveniebat, consolabatur, moneat ac confirmabat, ut nullus a Deo discederet, quin libens cœptum religionis iter prosequeretur. Defuncto itaque generali sui ordinis magistro, tertio decimo ingressus sui anno unus omnium voce fuit subrogatus. Cum Gregorius Decimus Cardinalem et Episcopum Albanensem creavit. Mox pertractandis arduis Lugdunensis secundi concilii rebus unus omnium delectus est, in quo concilio mucta, ipsius sapientia et consilio sancte decreta sunt. Tandem in eadem vocatione pari sanctitate et operum fructu perseverans, cum pro ecclesia Dei strenue laborasset, ac plurima docte pieque scripsisset, Lugduni durante concilio ad laborum suorum præmium evocatus obiit, anno salutis millesimo ducentesimo, septuagesimo quarto, ætatis vero quinquagesimo tertio: quem Sixtus quartus sanctis solemni ritu adscripsit.

℟. Sapiens palam faciet disciplinam doctrinæ sue, et in lege testamenti Domini gloriabitur: ℟ collaudabunt multi sapientiam eius, et usque in seculum non delebitur. ℣. Os prudentis quæritur in ecclesia, et verba illius cogitabunt in cordibus suis. ℟ collaud. ℣. Gloria. ℟ collaud. Euli. Dg. et 2j.

fit commemoratio octavæ. In vesperis
re mittitur commemoratio sequentis.

Die XV. Julii.

S. Henrici Imperatoris Confessoris.
Duplex B. lect.
Oratio brev. Rom.

us, qui hodierna die beatum Henricum
nfessorem tuum e terreni culmine impe-
ad regnum æternum transtulisti: te
nplices exoramus; ut sicut illum gratiæ
e uberitate proventum, illecebras sæculi
perare fecisti, ita nos facias eius imi-
tione mundi huius blandimenta vitare,
ad te puris mentibus pervenire. Per
minum.

Lectio III.

Ex vita per Canisium ex MS. eruta
apud Mabillon.

nricus Bavariæ Dux tam bonitate quam
ilitate conspicuus, & universa morum
estate præclarus effulsit. Hic mitium
ientiæ, timorem Domini, splenderque cæ-
, a proceribus regni Germaniæ Imperato-
electus, et a Pontifice unctus, tempora-
regni non contentus angustiis, prodi-
enda immortalitatis corona Summo regi
ditare disposuit. Summam igitur in am-
ficando religionis cultu diligentiam ad-
iens ecclesias ditare, collapsas instaurare,
as construere, et episcopatus erigere cœpit.
ingem suam Chunegundem virginem
uavit, talemque morti proximus paren-
s eius restituit. Cum civitates Apuliæ
transiret, atque ad nobilitatem et hono-
regni pertinebant, sapientissime dis-
uisset, calculo laborare cœpit, cuius dolo-
vir Sanctus tanta patientia sustinuit,
passiones carnis ad custodiam humilitatis
eo sibi collatas aserebat, et flagellum

certissimum dilectionis signum esse affirmaret. a quo morbo in monte Cassino non sine miraculo a beato Patre Benedicto sanatus, deinceps speciali quadam dilectione eidem Sancto Benedicto, omnibus monastico professionis cultoribus studuit deservire. Denique consummatis huius vitae laboribus ad perpetuam in coelis gloriam a Deo vocatus est, anno millesimo vigesimo quarto, et ab Eugenio tertio Sanctis annumeratus.

℣. Operatus est bonum et verum coram Domino Deo suo, volens requirere Deum unum in toto corde suo: ℟. fecitque et prosperatus est. ℣. Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in aeternum firmabitur. ℟. fecit. ℣. gloria. ℟. fecit. 2 Paral. 31. Prov. 29.

Et fit commemoratio octavae. Vesperae de sequenti, cum memoria praecedentis et octavae.

Die XVI. Julii.

Commemoratio B. Mariae V. de monte Carmelo.

Duplex maius 12. lect.

Totum officium fit de communi Beatae, praeter sequentia.

Oratio Sac. Greg.

Concede, misericors Deus, fragilitati nostrae praesidium: ut qui sanctae Dei Genitricis memoriam celebramus, intercessione eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eumdem Dominum.

In I. Nocturno.

Lectiones quatuor cum suis RR. de feria occurente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Bernardi abbatis.
Serm. de aquæ ductu.

stius intueamini, quanto devotionis af-
tu a nobis Deus Mariam voluerit honorari,
i totius boni plenitudinem posuit in Maria:
proinde si quid spei in nobis est, si quid
tio, si quid salutis, ab ea noverimus re-
ndare, quæ ascendit deliciis affluens. Hortus
ne deliciarum, quem non modo afflа-
vit veniens, sed et perflaverit superveniens
ter ille divinus, ut undique fluant et af-
uant aromata eius, charismata scilicet
ctarum. Tolle corpus hoc solare, quod illu-
nat mundum: ubi dies? Tolle Mariam,
ve maris stellam, maris undique magni
radiosi: quid nisi caligo involvens, et umbra
rtis, ac denssissimæ tenebræ relinquuntur?

Lectio VI.

is ergo medullis cordium, totis præcordiorum
ectibus, et vobis omnibus Mariam hanc
ere mur: quia si est voluntas eius, qui
um nos habere voluit per Mariam. Hæc,
uam, voluntas eius est, sed pro nobis.
mnibus siquidem et per omnia providens
eris, trepidationem nostram solabitur, fidem
dat, spem roborat, diffidentiam abigit,
git pusillanimitatem. Ad Patrem vere-
is accedere, solo auditu territus ad filia
ribas: Jesum dedit tibi Mediatorem.
d non apud talem Patrem Filius talis de-
cat? Exaudietur utique pro reverentia
: Pater enim diligit Filium.

Lectio VII.

vero trepidas et ad ipsum? Frater tuus
et caro tua, tentatus per omnia absque
cato, ut misericors fieret. Hunc tibi fra-
m Maria dedit. Sed forsitan et in ipso

maiestatem vereare divinam, quod licet factus sit homo, manserit tamen Deus. Advocatum habere vis ad ipsum? ad Mariam recurre. Pura siquidem humanitas in Maria, non modo pura ab omni contaminatione, sed et pura singularitate naturæ. Nec dubius dixerim, exaudietur ipse pro reverentia sua. Exaudiet ubique Matrem Filius, et exaudiet Filium Pater.

Lectio VIII.

Filioli, hæc peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia est, hæc tota ratio spei meæ. Quid enim? Potestne Filius aut repellere, aut sustinere repulsam, non audire, aut non audiri Filius potest? Neutrum plane. Invenisti, aiet angelus, gratiam apud Deum. Fideliter. Semper hoc invenies gratiam, et sola est gratia, qua egemus. Prudens virgo non sapientiam, sicut Salomon, non divitias, non honorem, non potentiam, sed gratiam requirebat. Nimirum sola est gratia, qua salvamur. Quid nos alia concupiscimus, fratres? Quæramus gratiam, et per Mariam quæramus: quia quod quærit, invenit, et frustrari non potest. Quæramus gratiam, sed gratiam apud Deum: nam apud homines gratia fallax. Quærant alii meritum, nos invenire gratiam studeamus. Quid enim? num gratia est, quod hii sumus? Profecto misericordia Domini est, quod non sumus consumpti nos. Consulite conscientias vestras fratres, et videte, quia ubi abundavit delictum, superabundat et gratia.

In III. Nocturno lectiones et Evangelium, ac cætera ad horas ut in communi Sancto, cum oratione ut supra. Et fit commemoratio octavæ ad Matutinas et vesperas.

Die XVII. Julii.

De octava S. Benedicti.
Semiduplex 3. lect.
Officium festi qui die 13. huius notatur.

In I. Nocturno.

David eos in innocentia cordis sui:
et in intellectibus manuum suarum
deduxit eos. Ps. 77.

Lectio III.

De Sermone sancti Odonis abbatis.

Benedictus, quod verum, immo quia verum
est, Pater monachorum et dux gloriosus
ubi est honor eius? Sed heu prohdolor!
omnes tam ex canonicali, quam etiam
maxime ex laicali ordine eum ut domi-
um venerantur, colunt, adorant, amant;
monachi illum odiunt, insequuntur,
elut inimicum malis fugiunt, et illi ad-
pinguare recusant: ignorant, quem pro
leris quasi soli scire debuerant; quibus
lingit: qui ignorat, ignorabitur. Ita tales
aque in fine benedictione carebunt, quod
m partem inferiorem faciunt, et Iudo
Victoris, cuius duritiam nec visio, nec loquela,
conviviorum ipsius Domini emollivit, in-
ium adquirunt. Inficiamus ergo his omis-
; de quibus silere melius est quam loqui,
populus et oves pascuae eius, quod a Deo
atum est nobis, et oblatam gratiam nulla-
us in vacuum recipiamus. Tantus fulgor
stitatem mentis nostrae illuminet, tantia
tas duritiam emolliat, tam potens medicina
nera nostra sanet. Si enim adhuc puerulus
capisterium reparavit, ut nec scissura qui-
e appareret, nos qui vasa ad honorem in
no Dei per gratiam vocati sumus, quia
ctas peccatorum scissuras incurrimus, per
ndem medicum, qui cum suo Regi sociabus

esti reparari poterimus. Si nigredo scelerum nos decoloravit, non simus ut Æthiops, qui non mutat pellem suam, sed ad eius manum recurrentes, anonam misericordiæ sicut ille suus cernus a deo requiramus.

℟. Prophetam suscitabit vobis Dominus ipsum audietis iuxta omnia, quæcumque locutus fuerit vobis: ✱ omnis anima, quæ non audierit illum, exterminabitur de plebe. ℣. Iudicium patris audite filii; et sic fiet, ut salvi sitis. ✱ omnis. ℣. gloria. ✱ omnis. ant. 3. Euli. 3.

Ad vesperas duplex, omnia ut in 1. vesperis festi: oratio. ~~Hora decima~~. Exita. supra dies.

Die XVIII. Julii.

Octava S. P. N. Benedicti.

Duplex 3. fest.

Officium ut in die, nisi antiphonæ nocturnorum, cum ℣. primi nocturni. Lectiones duæ cum suis ℟℟. de feria currente.

Lectio III.

De sermone Sancti Odonis abbatis.

Quantam putamus esse dignitatem Benedicti, quem tam numerosus prosequitur exercitus monachorum? qui quasi profectum inquirentes, et vexillum institutionis sequentes, diabolicas acies viriliter infringunt, quibus illud propheticum bene coaptatum: erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. Denique fidelis opinio est, quod unusquisque Sanctorum cum illis surget in regeneratione, quos Domino adquisivit. Cum vero universi huiusce institutionis eius sequaces in unum coacti fuerint, quale signum apostolatus Benedicto tunc ille copiosus exercitus seipsum exhibebit? O quali gaudio tunc ille tripudiabit, qui se se illis cohortibus immiscere

Auerit. Nunc omnes vel loco vel affectu
ani in eum cordis intuitum dirigandi; om-
a enim omnibus factus est. Habeat enim
eri formam in puero, quam sequantur,
quoniam ad exemplum Isaac deo oblati
t, primordia sua caveant fermentare:
deinceps quique per ~~decursum~~ elatum
cessiones sint perfecti sensu, ut a paterna
Nutritii pietate non degenerent, ne forte
b excelentiori gradu ceciderint, gravius
dantur. Sed et nos, quicumque deligi-
us, nullo modo a speranda clementia de-
iamus; quia vivens et post obitum mortuos
citavit, confracta restauravit, desperata
vit. Sit nobis semper Benedictus in corde,
edictus in ore, Benedictus in actu: qua-
s si qua virtus: si qua laus disciplinæ,
illud apostolicum imitantes, quæ vidi-
s in illo, et audivimus ab illo, sectemur,
obiscum sit Deus pacis per ipsum in secula
lorum, amen.

Deus non derelinquet misericordiam su-
* et † non corrumpet nec delebit opera
; neque perdet a stirpe nepotes electi sui.
Vos quod audistis ab initio, in vobis perma-
t: et hæc est repromissio, quam ipse polli-
us est nobis, vitam æternam. † non. V.
ria. † non. Euli. 47. j. Joan. 2.

II. Nocturno Lectio, V. et Oratio, ut die
huius, ad horas omnia ex festo, præter
tionem. In vesperis commemoratio
uentis.

Die XIX. Julii.

S. Thomæ Aquinatis Doctoris.

Duplex cl. lect.

Ex die 7. Martii.

Omnia de communi Doctorum.

Oratio Missalis Rom.

Deus, qui ecclesiam tuam beati Thomæ Doctoris mira eruditione clarificas, & sancta operatione fœcundas: da nobis, quæsumus, & quæ docuit intellectu conspicere, & quæ egit imitatione complere. Per Dominum.

Lectio II.

Ex vita & bulla canonizationis, a. 1323.

Thomas Landulpho comite Aquinate natus, quintum annum agens Casinatibus monachis pietate & litteris imbuendus traditur. Inde Neapolim studiorum causa missus, anno ætatis decimo octavo sancti Dominici ordinem ingressus est. Quod cum parentes indigne ferrent, Lutetiam Parisiorum mittitur. Verum in itinere in suis fratrum per vim raptus, in castrum paterno dictionis deductus est. Ibi varie exagitatus, ut sanctum mutaret propositum, mulierem quoque impudicam, quæ ad labefactandam eius castitatem introducta fuerat, arrepto tizione fugavit, a quo tempore omni deinceps concupiscentiæ sensu caruit. Inde demum per fenestram post integrum fere biennium emissus, Neapolim primo, inde Romam, postea Coloniam Agrippinam & Parisios venit, ibique gradum magisterii obtinuit. Summo eruditioni accessit summa vitæ sanctitas. Nunquam se lectioni aut scriptioni dabat, nisi post orationem; ad quam in exponendis difficilioribus Scripturæ locis iejunium adhibebat, dicere solitus: quidquid sciret, non tam se studio & labore suo reperisse, quam divinitus traditum accepisse.

℟. Cum adhuc iunior essem, priusquam oberrarem, quæsivi sapientiam palam in oratione mea: ✠ ante templum postu-

eam pro illa, et usque in novissimis mi-
iram eam. ℣. Si quis indiget sapientia,
ulet a Deo, qui dat omnibus affluenter:
abitur ei. ℟. ante. Euli. 3j. Jac. j.

Lectio III.

llum pene fuit scriptorum genus, in quo
e operi diligentissime versatus: ac ne ex
um subtiliorum inquisitione charitatis
on tepesceret, collationes patrum assidue
volvebat. Scripta eius et multitudine et
ietate, ac in rebus etiam intricatissimis
spicuitate adeo excellunt, ut eam ob cau-
n Doctoris angelici nomen adeptus sit.
auro sancto potissimum Eucharistiæ Sa-
mento mueta pie non minus quam scite
scripsit. Missus a Gregorio decimo ad
cilium Lugdunense, in itinere morbo
eptus, divertit in monasterium Fossæ no-
ordinis Cisterciensis, ibique recepto de vo-
imer sacro viatico, obdormivit in Domino,
no ætatis quadragesimo nono, Christi
o millesimo ducentesimo septuagesimo
rto: declarus miraculis a Joanne vi-
imo secundo Sanctis adscriptus est die
ima octava Julii, anno millesimo trecen-
imo vigesimo tertio.

Sapientia bonorum omnium mater
t: quam sine fictione didici, et sine
ividia communico: * infinitus est
esaurus eius, quo qui usi sunt, partici-
s facti sunt amicitiæ Dei. ℣. aperui
meum et locutus sum: comparate
bis sine argento, et suscipiat anima
stra disciplinam. * infinitus. ℣. glo-
a. * infinitus. Sap. 7. Euli. 51.

Vesperis commemoratio sequentis.

Die XX. Julii.

S. Margaritæ Virginis Martyris.

Duplex 3. lect.

Oratio Sac. Rom. Thom.

Omnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: da nobis in festivitate beati Margaritæ Virginis et Martyris tuæ congrua devotione gaudere; ut potentiam tuam in eius passione collaudemus, et provisum nobis percipiamus auxilium. Per Dominum.

Lectio III.

Sermo beati Petri Damiani.

Serm. 1. de virg.

Inter cuncta Sanctorum gesta, fratres charissimi! nihil est, quod plus, quam sacrarum victoria virginum, pia corda vel ad amorem conditoris accendere, vel ad fortiter agendum valeat uberius excitare. Quis enim audito nomine virginis non protinus in memoriam revocet humanæ salutis exordium, ac singularem illum non recolat intemeratæ virginis partum? Hinc audit, quia cum fragilis sexus certaminis sui victoriam obtinuisse cognoscitur, audientis animus ad certandi laborem avidius inflammatur. Inest autem cuique iuxta mensuram spiritus mensura virtutis atque constantiæ, ut vel vitiis adstantibus in pace resistat, vel in certamine constitutus insuperabiliter tormenta perferat. Hinc est, quod hæc sacratissima virgo, cuius gloriosum recolimus hodierna solemnitate triumphum, facilius potuit mori, quam abeo, quod semel concepérat, sancto potuerit proposito revocari. Erat enim templum

i, aula regis æterni, sanctuarium Spi-
tus sancti. Virile quippe robur enitebat
i femineo pectore, quod non blandilo-
uis persuasionibus flecti, non minarum
peritate terreri, non denique pœnarum
arum libet potuit generibus superari.
nebat iudicem blandum, subsannabat
abum, tantique apud eam erat si mi-
ux ac terribilis prædéret, si certe pla-
us ac mel nera exquisito neus infligé-
ti, quanti si gemmarum, sive vibrandi-
m metallorum pondus offeret. Stu-
que ille. Basa autem traditur antio-
o Pisidio, sub Diocletiano Imperatore.
s cultus in Gallia præcipue et Germania
is antiquus reperitur.

Me exspectaverunt peccatores, ut per-
ant me: ✠ Fiat cor meum immacula-
m, ut non confundar. V. Confitebor
mini tuo, quoniam audisti et protec-
i factus es mihi: et liberasti corpus
um a perditione. ✠ Fiat. V. gloriâ. ✠
d. Bf. jj8. Eulj. sj.

In Vesperis commemoratio sequentis.

Die XXI. Julii.

S. Braxedis Virginis.

Simplex d. lect.

Oratio Sac. Rom. Imp.

eus, qui nos annua beatæ Braxedis vir-
nis solemnitate lætificas: concede propi-
us, ut eius adiuvemur meritis, cuius
festivitatis irradiamur exemplis. Per
minum. Lectio III.

Ex antiquis monumentis et Bolland.

axedes Virgo Romana, Pudentis sena-
ris filia, et sancto Pudentiano soror

fuisse traditur. Hoc omni sollicitudine in Christiano fidei cognitione, ac perfecta castitatis regulis educata, totum vitæ suæ tempus in jejuniis, vigiliis, precibus, aliarumque virtutum exercitiis transegit; ac demum circa tempora Antonini Pii Imperatoris defuncta, sepulta est juxta sororem suam via Salaria. De antiquissimo ejus cultu testatur Calendarium Romanum, et Sacramentarium Gregorii Magni, in quibus ejus festum, et ecclesia cum titulo et statione notantur.

℟. Qui, qui elongant se a te, Domine, peribunt: * mihi adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam.
℣. Virgo cogitat, quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu. * mihi. ℣. Gloria. * mihi. Ps. 72. 1. Cor. 7.

Vespere de sequenti sine commemoratione.

Die XXII. Julii.

S. Mariæ Magdalenæ.

Duplex majus 12. lect.

Ad I. Vesperas.

antiphonæ ex Matutinis.

Lectio 4. 8.

Fortis est ut mors dilectio, lampades ejus lampades ignis atque flammarum: aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.
℟. br. Exquisivi Dominum, * et exaudivit me:
℣. Et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Ps. 33.

Hymnus brev. Rom.

1. Pater superni luminis,
Cum Magdalenam respicis: *

Flammas amoris excitas,
Geluque solvis pectoris.
℣. Amore currit lancea
Videt beatos vngere: ℟
Lavare, flere, tergere
Comis, et ore labere.
℣. Adstare non timet cruci,
Sepulcro inharet anxia: ℟
Truces nec horret milites;
Vincit timorem charitas.
O vera Christe charitas,
Tu nostra purga crimina: ℟
Tu corda reple gratia,
Tu redde coeli praemia.
℣. Patri, simulque Filio,
Tibique Sancte Spiritus ℟
Sicut fuit, sit jugiter,
Seclum per omne gloria. amen.
Diligam te Domine fortitudo mea:
Dominus refugium meum, et liberator
meus. Ps. 17.

℣. Magnif. ant. Quid clamas super contri-
tione tua? obducam cicatricem tibi, ℟ de
vulneribus tuis sanabo te, dicit Dominus.
℣. 99.

Oratio Sac. Rom. Thom.

Deus, qui beatae Mariae Magdalenae poeniten-
tiam ita tibi placitam gratamque fecisti, ut
non solum ei peccata dimitteres, verum etiam
singulari tui amoris gratia eius intima per-
fundares: da nobis huc propitiationis abun-
dantiam, ut eius commemoratione lae-
tae, eius apud tuam misericordiam precibus
confidamus. Per Dominum.

Ad vigilias nocturnas.

℣. Dominum, qui venit vocare peccatores
ad poenitentiam, ℟ venite adoremus. Luc. 5.

Hymnus Clun. Sanct.

Procul maligni cedite spiritus,
Nunc imperanti cedite Numini: ℟

Jesumque longis Magdalenen
Barathe nunc agitare poenis.

2. Christi inbentis numine territi
Fugere septem: ✝ mox sibi redita
Te Christe confessatur unum,
Et memori tibi mente servit.

3. Quin et cruenta de cruce pendulo
Christe libabat mille doloribus: ✝
Quam vellet in sontis Magistri
Sola graves tolerare poenas!

4. Miscere fletus sanguinis aemulos
Non cessat, adstans victima victimo: ✝
Christus silendo nil rependit:
Quam melius probat sine amantem!

5. Laus summa Patri summaque Filio,
Sit summa pari laus quoque Flamini: ✝
Afflante quo semper calescunt
Ad vera pia corda flammis. Amen.

In I. Nocturno antiphona.

1. Revertere aversatrix, ait Dominus, ✝
Non avertam faciem meam. Jer. 3.

2. Scito iniquitatem tuam: ✝ quia in Deum
prevaricata es. ibid.

3. Si reverteris, ad me convertere: ✝ si
abstuleris offendicula tua, non com-
moveberis. Jer. 4.

4. Lava a malitia cor tuum, ✝ ut salva
fias. ibid.

5. Recordatus sum tui, miserans adoles-
centiam tuam, ✝ et charitatem despon-
sationis tuae. Jer. 2.

6. In charitate perpetua dilexi te: ✝ ideo
attraxi te miserans. Jer. 31.

℣. Propter nomen tuum Domine propi-
tiaberis peccato meo:

℟. Multum est enim. Ps. 24.

Lectiones quatuor cum suis ℟℣.
De feria currente.

In II. Nocturno antiphona.

Deleui, ut nubem iniquitates tuas, ✠ quasi nebulam peccata tua. Isa. 44.
Patrem vocabis me: ✠ et post me ingredi non cessabis. Jer. 3.
Jesus iter faciebat per civitates et castella, ✠ prædicans et evangelizans regnum Dei. Luc. 8.
Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, ✠ et alio multo ministrabant ei de facultatibus suis. ibid.
Stabant iuxta crucem Jesu mater eius, et soror matris eius Maria Cleophe, ✠ et Maria Magdalene. Joan. 19.
Erant mulieres de longe aspicientes: ✠ inter quas erat Maria Magdalene. Marc. 15.
Adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua. Ps. 62.

Lectio V.

Sermo sancti Gregorii Papæ. hom. 25. in Evang.

Maria Magdalene, postquam venit ad monumentum, ibique corpus Dominicum non invenit, sublatum credidit, atque discipulis nuntiavit. qui venientes viderunt, ut dicta erat, ut mulier dixerat, crediderunt. Et de eis protinus scriptum est: abierunt ergo discipuli ad semetipsos. ac deinde subditur: Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. qua in re pensandum est, huius mulieris mentem quanta visa sit ascendere, quæ a monumento Domini, iam discipulis recedentibus, non recedebat. Quærebat, quem non invenerat, flebat quærendo, et amoris sui igne succensa, eius, quem sublatum credidit, ardebat desiderio. Factum est, ut eum sola tunc videret, quo tanto fervore, ut quæreret: quia nimirum tanto bonis operibus, perseverantia efficitur, et vocatis dicitur: qui perseveraverit usque

in finem / hic salvus erit.

℟. Joseph involvit corpus Jesu in sindone munda / et posuit illud in monumento suo novo: ✝ erat autem ibi Maria Magdalene et altera Maria ✝ sedentes contra sepulcrum.

℣. Non discedimus a te / vivificabis nos Domine. ✝ sedentes. Matth. 27. Ps. 79.

Lectio VI.

Sed Maria cum fleret / inclinavit se et prospexit in monumentum. Certe iam monumentum vacuum viderat / iam sublatum Dominum nuntiaverat / quid est / quod iterum inclinat / iterum videre desiderat? Sed amantem semel aspexisse non sufficit / quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. quaesivit ergo prius / et minime invenit: perseveravit ut quoreret / unde et contigit / ut inveniret: ad hunc enim est / ut desideria dilata crescerent / et crescentia caperent / quod invenissent. Sancta enim desideria dilatione crescunt: si autem dilatione deficiunt / desideria non fuerunt.

℟. Una sabbati Maria Magdalene ✝ venit mane / cum adhuc tenebrae essent / ad monumentum / et vidit lapidem sublatum a monumento. ℣. Deus in medio eius / non commovebitur: adiuvabit eam Deus mane diluculo. ✝ venit. Joan. 20. Ps. 45.

Lectio VII.

Hoc amore arsit / quisquis ad veritatem pertingere potuit. Hinc ecclesia in canticis canticorum dicit: vulnerata charitate ego sum. Justum quippe est / ut ex visione medici pertingat ad salutem / quo per ictum eius desiderii vulnus amoris portat in pectore. Hinc rursus ait: anima mea liquefacta est / ut dilectus loquutus est. Ostens namque hominis / conditoris sui speciem non quaerentis / male dura est / quia in semetipsa remanet frigida. At si ardere iam ex desiderio coeperit ad sequendum quem diligit /

que facta per ignem amoris currit. Sit desi-
rio anxia, videsant in sepulcro cumba, quo
laebant; nihil est quod extra conditorem li-
at, et quo prius delectabant animum,
unt postmodum vehementer onerosa.
hil eius moestitiam consolatur, quousque
huc, qui desideratur, non appiatur.
oret mens, lux ipsa fastidio est. Ipsa
aque, quae sit amata, quae se ad monu-
entum, quod perspexerat, iterum incli-
t, videamus quo fructu vis amoris mi-
geminat opus significationis.

. Maria stabat ad monumentum fo-
s plorans: * et inclinavit se, et prospe-
t in monumentum. ℣. Donec propin-
et non consolabitur, et non discedet
nec altissimus aspiciat. * et inclinè.
n 20. Iuli. 95.

Lectio VIII.

dit Jesum, qui dixit ei: mulier quid plo-
? quem quoris? Interrogatur doloris
ba, ut augeatur desiderium, quatenus cum
minaret quem quereret, in amore eius
entius aestuaret. Illa existimans quia
tulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sus-
i eum, dicito mihi ubi posuisti eum, et
eum tollam. quasi enim iam discipet, ex
us desiderio plangeret, cum dicit quem non
rat. Sed vis amoris hoc agere solet in
mo, ut quem ipse semper cogitat, nullum
em ignorare credat. Dicit ei Jesus: Maria.
ne cum protinus Rabboni, id est, Magis-
n vocat: quia et ipse erat, qui quarebatur
erius, et ipse qui eam interius, ut quere-
docebat. Hucusque gregorius. Sanctus
estus Septimo seculo Patriarcha Hieroso-
itanus, et gregorius Turonensis testan-
Mariam Magdalenen post ascensionem
ini cum Maria eius Matre, ac Joanne a-
olo secessisse Ephesum, ibique gloriosa

morte defunctam.

℟. Vidit Jesum Maria, et non sciebat, quia Jesus est: ✠ dicit ei Jesus: Maria; ✠ conversa illa, dicit ei Rabboni, quod dicitur Magister. ℣. Anima mea liquefacta est, ut dilectus meus locutus est. ✠ dicit. ℣. Gloria. ✠ conversa. Joan. 20. cant. 5.

In III. Nocturno.

Ant. Introduxit me Dilectus meus in cellam vinariam: ✠ ordinavit in me charitatem. Cant. 2.

Cantica de Dominica ex Psalterio.

℣. Cor meum et caro mea
℟. Exultaverunt in Deum vivum. Ps. 83.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 13.

Si linguis hominum loquar et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut es sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam: et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

℟. Sub umbra illius, quem desideraveram sedi: ✠ et fructus eius dulcis gutturi meo.

℣. Pars mea Dominus, dixit anima mea: bonus est animus quærenti illum. ✠ et fructus. Cant. 2. Thr. 3.

Lectio X.

Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflа-

r. Non est ambitiosa, non quærit quæ
ua sunt.

℣. Quid mihi est in cœlo, et a te quid volui
per terram? ✱ Deus cordis mei, et pars mea
us in æternum. ℣. Quæ est exspectatio mea?
nonne Dominus? et substantia mea apud te
t. ✱ Deus. Ps. 72. et 38.

Lectio XI.

Charitas non irritatur, non cogitat ma-
um. Non gaudet super iniquitate, con-
audet autem veritati. Omnia suffert,
mnia sperat, omnia sustinet. Charitas
umquam excidit; sive prophetiæ eva-
abuntur, sive linguæ cessabunt, sive sci-
tia destruetur; ex parte enim cognos-
mus, et ex parte prophetamus. Cum
tem venerit quod perfectum est, evacua-
ur quod ex parte est.

Quemadmodum desiderat cervus ad
tes aquarum, ita desiderat anima mea
te Deus: ✱ quando veniam et apparebo
ie faciem Dei? ℣. Ego dilecto meo,
d me conversio eius. ✱ quando. Ps. 41.
t. 7.

Lectio XII.

um esem parvulus, loquebar ut par-
lus, sapiebam ut parvulus, cogitabam
t parvulus. Quando autem factus sum
r, evacuavi quæ erant parvuli. Vide-
us nunc per speculum in ænigmate:
ne autem facie ad faciem. Nunc cogno-
ex parte: tunc autem cognoscam, sicut
cognitus sum. Nunc autem manent
es, spes, charitas, tria hæc; maior autem
um est charitas.

Adiuro vos, filiæ Jerusalem, si invene-
is dilectum meum, ut nuntietis ei: ✱
ia amore langueo. ℣. Defecit caro

mea et cor meum, Deus cordis mei, et pars mea Deus in æternum. ℟. quia. ℣. gloria. ℟. quia. cant. s. Ps. 72.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. cap. 7.

In illo tempore: Rogabat Jesum quidam de Pharisæis, ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit. Et ecce! mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit, quod Jesus accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti: et stans retro secus pedes ejus, lacrymis cœpit rigare pedes ejus, et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes ejus, et unguento ungebat. Videns autem Pharisæus, qui vocaverat eum, ait intra se dicens: hic si esset propheta, sciret utique, quæ et qualis est mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens Jesus dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori: unus debebat denarios quingentos, et alius quinquaginta. Non habentibus illis, unde redderent, donavit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit: æstimo, quia is cui plus donavit. At ille dixit ei: recte judicasti. Et conversus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? intravi in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigavit pedes meos, et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: cui autem

inus dimittitur, minus diligit. Dixit
utem ad illam: remittuntur tibi peccata
ua. Et ceperunt, qui simul accumbebant,
icere intra se: quis est hic, qui etiam pec-
ta dimittit? Dixit autem ad mulierem:
des tua te salvam fecit: vade in pace.

Oratio ex I. Vesperis.

Ad Laudes Matutinas et horas.

antiphona.

Domine nomen tuum et memoriale
tuum * in desiderio animæ. Isa. 26.
Tulerunt Dominum meum; * et nescio,
ubi posuerunt eum. Joan. 20.
Domine si tu sustulisti eum, dic tu mihi,
ubi posuisti eum; * et ego eum tollam. ibid.
ad cant. Anima mea desideravit te in
nocte: * sed et spiritu meo in præcordiis
meis de mane vigilabo ad te. Isa. 26.
Inveni, quem diligit anima mea: *
tenui eum, nec dimittam. cant. 3.

Lectio Prov. 8.

Ego diligentes me diligo; et qui mane
vigilant ad me, invenient me.

℟. Deus Deus meus: * ad te de luce vigilo:
Sitivit in te anima mea. Ps. 62.

Hymnus Clun. Sanct.

Maria sacro saucia vulnere,
Jam non dolendum quid Dominum doles? *
Semper renascens hic amoris
Unde tibi violentus ardor?
Quem queris ipso funeris in sinu,
Victo triumphat funere clarior: *
Vivit, revecto jam sepulcro
Ecce jacent revoluta saxa.
Myrrham quid affers vanaque balsama?
Hæc hunc fundis debita munera: *
Nox ille donandos Olympo,
Non eget his, redivivus artus.

℣. Ingens amantem te dolor indicat,
Amans vicissim te Deus obtulit: ✱
Agnosce vocem tu Magistri
Nomine te proprio vocantis.

℣. Tu prima testis, primaque nuntia
Velox in urbem protinus advola: ✱
Christique nutantes ministros
Plena Deo propiore firma.

℣. Laus summa Patri, summaque Filio,
Sit summa pari laus quoque Flamini: ✱
Afflante quo semper calescant
Obtusa pia corda flammis. amen.

℣. Anima mea exultabit in Domino.
℟. Et delectabitur super salutari suo. Ps. 34.

Ad Benedictus ant. Surgens Jesus mane primma sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalene: ✱ de qua ejecerat septem dæmonia. Marc. 16.

Oratio dum.

Deus, quem beata Maria Magdalene ferventi ac perseveranti dilectione quæsitum prima videre meruit, a mortuis resurgentem: infunde nobis eumdem charitatis affectum, ut te non iam inter mortuos vivum, sed in cœlo ad dexteram Patris sedentem toto corde quæramus, et inventum in æternum possidere mereamur. qui vivis.

Hæc oratio dicitur ad omnes sequentes horas.

Ad Tertiam. Lectio Cant. 3.

Surgam et circuibo civitatem: per vicos et plateas quæram, quem diligit anima mea: quæsivi illum, et non inveni. Invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem: num quem diligit anima mea, vidistis?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes
die ac nocte:
Dum dicitur mihi: ubi est Deus tuus? Ps. 41.

Ad Sextam. Lectio cant. j.

dica mihi, quem diligit anima mea, ubi
ascas, ubi cubes in meridie: ne vagari in-
piam post greges sodalium tuorum.
Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies
mea:
Faciem tuam Domine requiram. Ps. 16.

Ad Nonam. Lectio Sap. 6.

ientia facile videtur ab his, qui diligunt
m, et invenitur ab his, qui querunt
am; præoccupat qui se concupiscunt, ut
his se prior ostendat.
adhæsit anima mea post te:
me suscepit dextera tua. Ps. 62.

Ad II. Vesperas.

antiphona ex Matutinis.

Lectio Sap. 6.

i de luce vigilavérit ad Sapientiam, non
laborabit; assidentem enim illam foribus suis
veniet; quoniam dignos se ipsa circuit, quæ-
, et in viis ostendit se illis hilariter, et in
mi providentia occurrit illi.
br. Sperent in te Domine, * qui nove-
runt nomen tuum:
Quoniam non dereliquisti quærentes te
Domine. Ps. 9.

Hymnus Paris.

Plagis Magistri saucia
Dum mœsta largos funderet
Maria fletus, * acrior
Revixit ni pœnis amor.
Non turba, non velut crucis
Mortisque dira scandalum, *
Inter furentes quærere
Ligno perendum miseles.

3. En ille, quem luges amans,
Præsens resumto corpore, ✠
Vobis amandum te redux
Primam salutat vocibus.

4. Oh beatos langere
Oh tenere fas pedes! ✠
Sed hîc perennis non datur
Gustare vitæ gaudia.

5. Impleta nunc apostolam
Promissa, ✠ te primam choro
Apostolorum grandia
Jubent referre nuntia.

6. Deo Patri sit gloria,
Eiusque soli Filio: ✠
Sancto simul cum Spiritu,
Nunc et per omne sæculum. amen.

℣. Narrabo nomen tuum fratribus meis:
℟. In medio ecclesiæ laudabo te. Ps. 21.

Ad Magnif. ant. Venit Maria Magdalene, annuntians discipulis: ✠ quia vidi Dominum. Joan. 20.

Et fit commemoratio sequentis.

Die XXIII. Julii.

S. Apollinaris Episcopi Martyris.

Duplex cl. lect.

Oratio Miss. Rom.

Deus qui hunc diem beati Apollinaris sacerdotis tui martyrio consecrasti: tribue nobis famulis tuis; ut cuius venerandam celebramus festivitatem, precibus eius indulgentiam consequamur. Per Dominum.

Lectio III.

Sermo sancti Petri Chrysologi.

Serm. 128.

Beatus Apollinaris primo sacerdotio solus hanc ecclesiam Ravennatem vernaculo atque inclito martyrii honore decoravit.

re eum quis quam confessoris vocabulo
inorem credat esse quam Martyrem,
em Dei nubu quotidianum et multipli-
m reverum conspicit ad agonem. audi
ulum dicentem: quotidè morior. Semd
ori parum est eum, qui pro fisi regisue glo-
iosam sepe de hostibus referre victoriam.
on tam mors, quam fides si devotio, Mar-
rem facit: Sicut virtutis est in acie,
conflictu pro re amata succumbere: ita
rfecte virtutis est diu agere, et consummare
hamina. Jniecit tela, quae potuit, ch om-
e armorum suorum genera callidus exegit
micus; nec tamen fortissimi ducis
vere mentem potuit, aut temerare constan-
m. Festinabat Christus ad Martyrem;
rtyr Jnum festinabat ad regem. Sed ut
pugnatorem Jnum sibi ecclesia sancta
ineret, Christo vehementer occurrit; ut
rcenti justitio reservaret coronam, et
i belli tempore prelatoris sui professionem
donaret. Fundebat sepe confessor sangui-
nem suum, suisque vulneribus, fide men-
tis testabatur autorem. Coelum respi-
s carnem deficiebat et terram. Vicit ta-
, tenuit, et a suo desiderio retardari Mar-
rem tenera adhuc aetas impetravit mi-
tia. Quid plura, fratres? egit, egit
ecclesia sancta mater, ut nusquam a suo se-
aretur antistite. Euge vicit, euge ut bonus
tor suo medius assistit in grege; nec unquam
eratus spiritu, qui corpore praecepit ad
pus. Praecepit, dico, habitu: coelum ipsa
er nos corporis sui habitatione quaesit.
imitus est diabolus, persecutor succubuit.
regnat et vivit, qui pro rege suo defini-
it occidi.

Scio opera tua, et laborem et patientiam: *
et † sustinuisti propter nomen meum, et

non defecisti. V. Cui tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam. ℟. V. Gloria. & sustinuisti. apoc. 2. fer. 3ª.

In Vesperis commemoratio sequentis, et S. Christine virginis & Martyris, de communi, oratio ut infra ad Laudes.

Die XXIV. Julii.

SS. Symphorosæ & filiorum eius Martyrum.

Semiduplex. S. Eccl.

Oratio Sacr. Ambros.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in sanctorum Martyrum tuorum Symphorosæ et filiorum eius cordibus flammam tuæ dilectionis accendis: da mentibus nostris eandem fidei charitatisque virtutem, in quorum gaudemus triumphis, profectibus exemplis. Per Dominum.

Lectio II.

De passione sanctæ Symphorosæ, & Septem Filiorum eius. apud Ruinart.

Cum fabricasset Hadrianus palatium, et id dedicare vellet ritu illo nefario, epulisque sacrificiis idolorum ac dæmonum, qui in idolis habitant, flagitare responsa; respondere et dixerunt: Symphorosa vidua cum septem filiis suis laniat nos quotidie invocando Deum suum. Ista itaque si cum filiis suis sacrificaverit, promittimus nos omnia prostare, quæ petitis. Tunc Hadrianus misit eam tenericum filiis, et blandis eos sermonibus hortabatur, ut ad sacrificandum idolis consentirent. Cui beata Symphorosa dixit: Vir meus Getulius, cum fratre suo Amatio, tribuni tui cum essent, pro Christi nomine passi sunt diversa supplicia: inter angelos vero nunc gradientes cum æterno Rege vita æterna fruuntur in

uelis. Hadrianus imperator dixit ad sanctam
ymphorosam: aut cum filiis tuis sacrifica
iis omnipotentibus, aut ipsam cum filiis
uis sacrificari faciam. Beata Symphorosa
efrondit: dii tui me in sacrificium accipere
non possunt: sed si pro nomine Christi Dei
mei incensa fuero, illos daemones tuos ma-
gis exuro.

℣. Supra modum mater mirabilis, per-
ortes septem filios sub unius diei tempore
ufficiens, bono animo ferebat, ℟ propter
em quam in Deum habebat. ℣. Singulos
eorum hortabatur voce patria fortiter,
ncta sapientia. ℟ propter. 2. Machab. 7.

Lectio III.

ne Hadrianus imperator iussit eam duci
fanum Herculis, et ibi primo alapis cedi,
post hoc capillis suspendi. Sed cum nulla
ctione nullaque timore posset eam a
no proposito revocare, iussit eam alligato
collum nigenti saxo in flumen praecipi-
ri. Alia vero die iussit Hadrianus impe-
tor, simul omnes septem filios eius sibi
esentari. Quos cum ad sacrificandum idolis
ovocaret, et nullo pacto eos videret suis
inis atque terroribus consentire, iussit
ca Herculis templum septem stipites figi,
ibi eos ad trochleas extendi. Et primum
escendem praecepit in gutture transfigi;
undum Julianum in pectore pungi; ter-
m clonesium in corde perenti; quartum
mitinum in umbilico vulnerari; quintum
tinum aversum per dorsum perforari; sex-
; sextum Stacteum in latere vulnerari;
timum vero Eugenium a summo usque
rsum findi.

Quid queris, et quid vis discere a nobis? ℟
rati sumus mori magis, quam patrias Dei

leges prevaricari. V. Rex mundi defunctos nos prosuis legibus in eterne ille resurrectione suscitabit. ℣. parati. V. gloria. ℣. parati. 2. Mach. 7.

Ad Landes matutinas fit commemoratio vigilie, and. ad V. de psalterio.

Oratio sac. greg.

Quesumus, omnipotens Deus: ut beatus Jacobus apostolus, cuius gloriosa solemnia devotis obsequiis prevenimus, pro nobis imploret auxilium; ut a nostris reatibus absoluti a cunctis etiam periculis eruamur.

Deinde S. Christine V. Martyris, de commuui.

Oratio sac. greg.

Adesto Domine supplicationibus nostris: et beate virginis et Martyris Christine intercessione in tua misericordia confidentes, nec minis adversantium, nec ullo perturbemur ocursu. Per Dominum.

Vespere de sequenti sine commemoratione.

Die XXV. Julii.

S. Jacobi Apostoli.

Festivitas II. classis. 12. lect.

Omnia de communi apostolorum, exceptis sequentibus.

Ad Magnif. ant. Vidit Jesus Jacobum et Joannem fratrem eius in navi reficientes retia sua, et vocavit eos: ℣. illi autem statim relictis retibus et patre secuti sunt eum. Matth. 4.

Oratio dun.

Domine Deus, qui beato Jacobo apostolo tuo calicem tuum bibere, et baptismo, quo ipse baptizatus es, baptizari tribuisti: fac quesumus, ut cum ipso mortificationem tuam semper in corpore nostro circumferentes, eius glorie consortes effici mereamur. Qui vivis.

In II. Nocturno.

Ex historia Evangelica.

Jacobus Zebedæi filius, Joannis apostoli
frater, natione Galilæus, vocatus a Christo
cum fratre, relicto patre cum mercenariis
e tribus fecutus est Dominum, qui imposuit
illique nomen Boanerges, quod est, filii
tonitrui. Is unus fuit ex tribus apostolis,
quos Salvator maxime dilexit, voluitque
interesse miraculo, cum Jairi archisynagógi
filiam a mortuis excitavit. Eum etiam cum
Petro et Joanne assumsit Christus testem
suæ transfigurationis. Ambitiose illius
matris occasione, qua fratres ambo Do-
minum rogabant, ut alter ad dexteram
eius, alter ad sinistram in gloria sederet,
cum Christus eorumque passionem pro-
dixit his verbis: calicem, quem ego bibo, bi-
bitis, et baptismo, quo ego baptizor, baptiza-
buimini.

Lectio VI.

Jacobum quoque cum Petro et Joanne as-
sumsit Christus, cum exiit in montem olivæti,
orem rogaturus, antequam a Judæis ap-
prehenderetur; et post resurrectionem adpa-
uit eidem, cum Petro et aliquot aliis pisca-
tus ad mare Tiberiadis. quamvis autem
ostres, Petrum, Jacobum et Joannem Domi-
us per tot signa cæteris præhibuerit, non
nem, inquit Clemens Alexandrinus, post
valoris ascensum de primo honoris gra-
ter se contenderunt; sed Jacobum cogno-
Justum, Hierosolymorum episcopum
gerunt. Duodecim vero tribubus, quæ erant
dispersione, Jacobus Zebedæi prædicator de-
natus fuisse traditur. Sed antequam ab
ierosolymis discederet, Herodes, ut Judæis se
dum exhiberet, Jacobum incivitate evange-
um Christi prædicantem, in ipso azymorum
e capitis condemnavit.

Lectio VII.

Ex libro septimo Hypotyposeon sancti
Clementis presbyteri Alexandrini.

Is, qui Jacobum iudico obtulerat, cum illum
vidisset Christi fidem libere confitentem,
commotus viri constantia, sequoque Christia-
num esse affirmavit. Ambo igitur ad sup-
plicium ducti sunt. Cumque inter eundum
rogasset Jacobum comes, ubi sibi veniam da-
ret, panlisper moratus Jacobus: pax tibi,
inquit; statimque illum osculatus est.
Ita simul ambo capite truncati interiere.

Lectio VIII.

Ex libro sancti Epiphanii Episcopi
adversus hæreses. lor. 55. cap. 4.

Ait Salvator: sunt eunuchi, qui se ipsos castra-
verunt propter regnum cœlorum. quinam
illi esse possunt, nisi egregii illi primum
apostoli; tum monachi ac reliqui virgini-
tatis cultores? Cuius modi ~~fuerunt~~ fuere
Joannes et Jacobus, qui in virginitate per-
sistentes, non copulati nuptiis, sed animo ac
pectore dimicantes, certaminis illius coro-
nam ac gloriam summa cum admiratione
reportarunt. Secundum quos infinita homi-
num millia, quæ in hoc mundo monasticam
viam amplexa sunt, in monasteriis virgi-
numque cœnobiis, eiusdem certaminis dem
adepta sunt: quæ videlicet omnibus suis nu-
meris absolutum certamen obierunt.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Matthæum. cap. 20.

In illo tempore: accessit ad Jesum mater fi-
liorum Zebedæi cum filiis suis, adorans et
petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: quid vis?
ait illi: dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus
ad dexteram tuam, et unus ad sinistram in
regno tuo. Respondens autem Jesus dixit:
nescitis, quid petatis. Potestis bibere calicem,
quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: possu-
mus. Ait illis: calicem quidem meum

bebis; sedere autem ad dexteram meam
el sinistram, non est meum dare vobis, sed
ibus paratum est a Patre meo.
d Bened. ant. Calicem, quem ego bibo, bi-
bis: * et baptismo, quo ego baptizor, bapti-
abimini. Marc. 10.
fit commemoratio S. Christophori Mar-
yris, ant. et v. de communi.

Oratio Sac. Greg.

ius sanctus Martyr Christophorus, quæsumus
mine, nos ubique tollificet: ut eius dum
erita mi presenti festivitate recolimus, pa-
cuia in augmentum virtutum sentia-
us. Per Dominum.
d Magnif. ant. Misit Herodes rex manus,
affligeret quosdam de ecclesia: * occidit
dem Jacobum fratrem Joannis gladio. Act. 12.
fit commemoratio sequentis, ut infra.

Die XXVI. Julii.

S. Annæ Matris B. M. V.

Duplex maius 12. lect.

Ad I. Vesperas.

Si transferatur.

Antiphona, ex matutinis. Lectio, Fer. br. et
Hymnus ex II. Vesperis.
Deus habitare fecit sterilem in domo,
matrem filiorum lætantem. Psal. 112.
Magnif. ant. Effundam Spiritum me-
um super semen tuum: * et benedictionem
meam super stirpem tuam. Isa. 44.

Oratio brev. Rom.

us, qui beatæ Annæ gratiam conferre dig-
natus es, ut genitrix Unigeniti Filii tui
later effici mereretur: concede propitius,
ut cuius solemnia celebramus, eius apud
patrocinia adiuvemur. Per eundem
minum.

Ad Vigilias Nocturnas.

Invit. Christum factum ex semine David se-
cundum carnem, * venite adoremus. Rom. 1.

Hymnus Paris. Cos.

1. Promipo mundo gaudia
Jam spera humanum genus: *
Adsunt beati coniuges,
Orbique Christum proparant.

2. Hunc Anna vobis advocans,
Summi parentem Numinis, *
Thori pudici premium
Favente coelo concipit.

3. Fecunda radix pullulans
Florem tenellum proferet, *
Qui cultus optato dabit
Fructum salutis germine.

4. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine, *
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna secula. amen.

Hoc clausula dicitur hodie in hymnis.

Antiphona XV. Nocturnorum de communi SS. Mulierum. In I. Nocturno lectiones quatuor cum suis RR. de feria currente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo Sancti Joannis Damasceni.
Serm. 1. de nativ. B.V.

Omnis creatura una festive oblectetur, ac Sanctissimum sacre anno laudet puerperium: illa quippe mundo bonorum peperit thesaurum, quem vis nulla auferre possit. Per eam siquidem creator naturam universam media humanitate in melius commutavit. Cur vero virgo Mater orta est ex sterili? plane, quia oportebat, ut a die, quo solum sub sole novum futurum erat ac prodigiorum caput, via per prodigia sterneretur, paullatimque ab humilioribus ad sublimiora progressio

et. Coterum alia quoque altior divinior-que
io a me afferri potest. Natura enim gratio
et, flatque tremula, pergere non sustinens.
Dominus testificans est inter te et uxorem: *
hec particeps tua, et uxor foederis tui. R.
or tua sicut vitis abundans, in lateribus do-
us tua. * Et hoc. Mal. 2. Vs. 14.

Lectio VI.

eniam utique futurum erat, ut Dei ge-
trix virgo ex Anna nasceretur, natura
tio germen ante verbere non ausa est, sed
nisi fructus expers, dum gratia fructum
et. Nasci siquidem primogenitam opor-
et, ex qua nasciturus esset omnis creatura
nogenitus, in quo omnia constant. O par
tum Joachim et Anna! vobis omnis creatura
ricta est: per vos enim Deum omnium
rum prestantissimum Creatori obtulit,
pe castam matrem, quo sola Creatore digna
. Outerum, in quo animatum coelum
num latitudine latius conceptum fuit!
bera eius lactantia nutricem eius, a
mundus alitur! o miraculorum mira-
, et rerum admirabilium res maxime
abiles! Aquum quippe erat, ut ad missa-
m Dei incarnationem, qua se ille ad nos
inavit, iter per miracula muniretur.
Judith uxorem, et Ad dixit illi Dominus ut
caperet et pareret: dixerunt que mulie-
: * benedictus Dominus, qui non est pas-
ut deficeret familie tue nomen in Is-
. V. In me ancilla sua adimpleat mi-
cordiam suam, quam promisit Domi
ael. * benedictus. Ruth. 4. Judith 13.

Lectio VII.

ctum par Joachim et Anna, immacu-
lissimum prorsus! Ex fructu ventris vestri
mosci mini. Ubi Deo gratum erat, atque

ea dignum, quæ ex vobis orta est, vitæ vestræ rationes instituistis. Casta enim et sancta conversatione vestra virginitatis monile protulistis, eam, quæ ante partum virgo fuerat, atque in partu virgo, nec non virgo post partum, illam, inquam, quæ sola semper tum mente, tum animo, tum etiam corpore virginitatem cultura erat. O castissimum rationalium turturum par Joachim et Anna! vos castitatem, quam natura lex proscribit, conservantes, ea quæ naturam superant, divinitus estis consecuti: mundo quippe Dei Matrem viri nesciam peperistis. Vos pie et sancte in humana natura vitam agentes, filiam Angelis superiorem, immo quæ Angelorum Dominam edidistis.

℟. Extollo corde suo * orabant Deum ut visitaret populum suum Israel. ℣. Oculi Domini super iustos, et aures eius in preces eorum. * orabant. Judith 11. vs. 23.

Lectio VIII.

Vitis uberrima ex Anna pullulavit, uvaque suavissima effloruit, potum nectaris terrigenis fundens in vitam æternam. Joachim et Anna ad iustitiam sibi ipsi seminarunt, ac vitæ fructum messuerunt. Sidereo lumen sibi illuminarunt, ac Dominum exquisierunt, venitque ab eis germen iustitiæ. Audaciam sumat terra ac filii Sion. Gaudete in Domino Deo vestro, quia germinavit desertum, sterilis protulit fructum suum. Joachim et Anna, vidi mundes spirituales dulcedinem sitiaverunt. Laetare beata Anna, quod feminam peperereis, hæc enim femina Dei mater futura est, porta lucis, fons vitæ, et sic feminarum crimen abolebit.

℣. Gravis Anna (ad Dominum) dixit: ✠
exultavit cor meum in Domino, et exaltatum
est cornu meum in Deo meo. ℟. Exultabo
Domine in misericordia tua, quoniam re-
spexisti humilitatem meam. ✠ exultavit.
℣. Gloria. ✠ exultavit. 1. Reg. 2. Ps. 30.

In III Nocturno.

Ant. Cantica V. de communi SS. Mulierum.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli
ad Romanos. cap. 4.

Non per legem promissio (facta est) Abrahæ
aut semini ejus, ut hæres esset mundi: sed per
justitiam fidei. Si enim qui ex lege, hæredes
sunt: exinanita est fides, abolita est pro-
missio. Lex enim iram operatur. Ubi enim
non est lex, nec prævaricatio. Ideo ex fide,
secundum gratiam firma sit promissio
omni semini, non ei qui ex lege est solum,
sed et ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est
omnium nostrum: sicut scriptum est:
Quia patrem multarum gentium posui te:
ante Deum, cui credidit, qui vivificat mor-
tuos, et vocat ea quæ non sunt, tamquam ea
quæ sunt.

℣. Tu Domine Deus elegisti Abraham, et
invenisti cor ejus fidele coram te, et speravit
in eum fœdus, et implesti verba tua: ✠
quoniam justus es. ℟. Qui ex fide sunt
filii Abrahæ, benedicentur cum fideli
Abraham. ✠ quoniam. 2. Esd. 9. Gal. 3.

Lectio X.

Qui contra spem in spem credidit, ut fieret
pater multarum gentium, secundum quod
dictum est ei: sic erit semen tuum. Et non
infirmatus est fide, nec consideravit corpus

Jnum emorthuum, cum iam fere centum esset annorum, et emorthuam vulvam Sarae. Jn repromissione etiam Dei non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo: plenissime sciens, quia quæcumque promisit, potens est et facere.

℟. Quærite Dominum et confirmamini, quærite faciem eius semper: ✠ mementote mirabilium eius, semen Abraham servi eius. ℣. Filii Dei estis per fidem semen Abraham estis, secundum promissionem eius hæredes. ✠ mementote. Ps. 104. Gal. 3.

Lectio XI.

De epistola eiusdem ad Hebræos.

cap. 6.

Non est iniustus Deus, ut obliviscatur operis vestri, et dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis et ministratis. Cupimus autem unumquemque vestrum eandem ostendere sollicitudinem ad expletionem spei usque in finem: ut non segnes efficiamini, verum imitatores eorum, qui fide et patientia hereditabunt promissiones.

℟. Dabis veritatem Jacob, misericordiam Abraham, ✠ quæ iurasti patribus nostris a diebus antiquis. ℣. Nunc Domine Deus Israel, firmentur verba tua, quæ locutus es servo tuo David. ✠ quæ. Mich. 7. 3. Reg. 8.

Lectio XII.

Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem iuraret, maiorem, iuravit per semetipsum, dicens: nisi benedicens benedicam te, et multiplicans multiplicabo te. Et sic longanimiter ferens, adeptus est repromissionem. Homines enim per maiorem sui iurant, et omnis controversiæ eorum finis, ad confirmationem,

Juramentum. In quo abundantius volens
Deus ostendere pollicitationis heredibus im-
mobilitatem consilii sui interposuit ius-
jurandum.

℣. Deus Israel jusjurandum juravit ad
Abraham patrem nostrum, daturum se no-
bis: ℟ ut sine timore serviamus illi in
sanctitate et justitia coram ipso ℣ omni-
bus diebus nostris. ℣. Filii sanctorum su-
mus, et vitam illam expectamus, quam
Deus daturus est. ℟ ut. ℣. Gloria. ℣ omnibus.
Luc. j. Tob. 2.

Evangelium. Simile est R. C. Thesauro. de citato
communi.

Ad Laudes Matutinas et horas.

Antiphonæ.

Excelsus in re jurando dedit Abrahæ glo-
riam in gente sua, ℟ ut stellas exaltare
semen ejus. Eccli. 44.

Benedictionem omnium gentium dedit
illi, ℟ et testamentum confirmavit su-
per caput Jacob. ibid.

Statuit testamentum David regi filio Jesse
de tribu Juda: ℟ hereditas ipsi et semini
ejus. Eccli. 45.

Ad cant. Dominus amavit eos, ℟ elegit
que semen eorum post eos. Deut. 10.

Respiciam vos, et crescere faciam: ℟ et
firmabo pactum meum vobiscum.
Levit. 26.

Lectio Jer. 23.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et suscita-
bo David germen justum, et regnabit rex, et
sapiens erit, et faciet judicium et justitiam
in terra.

Cor. Disposui testamentum electis meis, ℟
juravi David servo meo:
usque in æternum præparabo semen
tuum. Ps. 88.

Hymnus Clm.

1. Radix Jesai fertilis
Florem pudicum germinat: ✠
Dei paturam filium
Orbi dat anna virginem.

2. Jam sperat humanum genus
Caput tenebris excidans, ✠
Lucemque primam corripiet
Anno coruscantem suum.

3. Hanc vota puri pectoris,
Coeloque concepto preces
Prolem merentur, ✠ omnium
Natrem salutis gignere.

4. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine: ✠
Cum Patre eumque Spiritu
In sempiterna secula. amen.

℣. Potens in terra erit semen eius:
℟. Generatio rectorum benedicetur. Ps. 111.

Ad Bened. ant. Benedicam tibi, et magnificabo nomen tuum: ✠ et in semine tuo benedicentur universe cognationes terre. Gen. 12.

Ad Tertiam. Lectio act. 3.

Vos estis filii prophetarum et testamenti, quod disposuit Deus ad patres nostros, dicens ad Abraham: et in semine tuo benedicentur omnes familie terre.

℣. Firmamentum est Dominus timentibus eum:
℟. Et testamentum ipsius ut manifestetur illis. Ps. 24.

Ad Sextam. Lectio act. 13.

Suscitavit Deus David regem, cui testimonium perhibens dixit: inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas: huius ex semine, secundum promissionem, eduxit Israel Salvatorem Jesum.

℣. Dominus faciens misericordiam Christo suo David:
℟. Et semini eius usque in seculum. Ps. 17.

Ad Nonam. Lectio Isa. 55.

Inclinate aurem vestram, et venite ad me; audite et vivet anima vestra: et feriam

biscum pactum sempiternum, misericordias
vid fideles.
Juravi in sancto meo, si David mentiar:
Semen eius in æternum manebit. Ps. 88.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Jer. 33.

e dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo
rbum bonum, quod locutus sum ad domum
rael, et ad domum Juda: in diebus illis, et
tempore illo germinare faciam David ger-
en iustitiæ.
br. Juravit Dominus David veritatem, *
non frustrabitur eam.
De fructu ventris tui ponam super
sedem tuam. Ps. 131.

Hymnus Clun.

Claro diei gaudiis
gestit parens Ecclesia: *
Annamque, Judæo deus,
Matrem Mario concinit.
Regum priorum sanguini
Jungens sacerdotes avos
Illustri Anna, * splendidis
Vincit genus virtutibus.
Cœlo favente contrahit
Thori fidelis vinculum: *
Sinuque casto concipit
Perenne sidus virginum.
Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine: *
Cum Patre cunque Spiritu,
In sempiterna sæcula. amen.
Recordatus est Dominus misericordiæ
suæ:
Et veritatis suæ domui Israel. Ps. 97.

Ad Magnif. ant. Quo ad patres re-

uertitur facta est, * hanc Deus admi-
ravit filius. ant. 13.

Deinde fit commemoratio sequentis, ant. et V. de communi abbatum, et S. Pantaleonis Martyris, de communi. orationes ut infra.

Die XXVII. Julii.

S. Berthold abbatis.

Duplex maius 12. lect.

Omnia de communi, praeter sequentia.

Oratio propria.

Deus, qui nobis beati Berthold abbatis gloriosa merita virtutibus et miraculis evidenter declarasti: da nobis eius patrocinio salutem mentis et corporis; ut ipsius exempla devote sequentes, a malis omnibus liberati, ad te pervenire mereamur. Per Dominum.

Pro S. Pantaleone.

Oratio Sac. Greg.

Omnipotens sempiterne Deus, tuorum gloria Martyrum: presta quesumus; ut beati Pantaleonis Martyris tui, cuius festa gerimus, sentiamus auxilium. Per Dominum.

In I. Nocturno.

Lectiones quatuor cum suis R. P. de feria currente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. 3. de S. Victore.

Habemus, dilectissimi! in vita Berthold et quod digne miremur, et quod salubriter imitemur. (Miracula) in sancto homine veneramur, non emulamur. Merito quidem, quando et sine salutis periculo possunt non fieri, et sine salutis periculo nequeunt usurpari. Iudius sane emulanda solidiora, quam sublimiora; et quo magis virtutem redoleant, gloriam minus. Studeamus proinde

oribus conformari; cui in mirabilibus
milari, esse volumus, non valeamus.
mulemur in vino sobrium vinum, devo-
um affectum: & mulcemur mansuetudi-
em spiritus, castimoniam corporis, pos
sfodiam, animi puritatem: ponere fre-
um vino & modum linguæ, dormire par-
ius, orare frequentius, commovere nos-
ipsos psalmis, hymnis & canticis spiri-
alibus: diebus ringere noctes, & divi-
is laudibus occupare. In his forma est,
i imprimamur, in miraculis gloriæ a
a reprimamur. Illa lætificent, ista
ificent: moveant illa, ista promoveant.

Lectio VI.

Ex Serm. 2. de eodem.

audete (itaque) in Domino, dilectissimi!
inter continua suæ pietatis beneficia
uexisti hominem mundo, cuius multi
arentur exemplo. Iterum dico, gaudete,
d factus de medio, appropiavit Deo, ut
ito plures eius intercessione salventur.
terris visus est, ut esset exemplo: in cœ-
n levatus est, ut sit patrocinio. Hic
ormat ad vitam, illi invitat ad gloriam.
ius est mediator ad regnum, qui fuit imi-
or ad opus. Bonus mediator, qui sibi
n postulans nihil, totum in nostrum
ne desiderat, & supplicantis affectum,
supplicationis fructum. Quid enim
erat sibi, qui nullius egebat?

Lectio VII.

ec dies glorioso migrationis eius, dies
hilio cordis eius: exultemus & lætemur
ea. Introivit in potentias Domini, gaude-
us, quia nunc potentior est ad salvandum.
die Bertholdus posito corpore, tanto alacrior
anto expeditior penetravit in sancta, simi-
is factus in gloria Sanctorum. Hodie despecto

mundo, et mundi principe triumphato supra mundum victor ascendis, accipiens de manu Domini coronam victoriæ. ascendis audem cum universa supellectili meritorum, clarus triumphis, miraculis gloriosus. Sedet veteranus miles, debita iam suavitate et securitate quietus: securus quidem sibi, sed nostri sollicitus.

Lectio VIII.

O victrix anima, quo sicut piger transvolans, mundi laqueos evasisti: respice ad incautas animas intricatas illis, periclitantes in illis, ut tuo patrocinio eruamur. O miles emeride, qui christiano militiæ duris laboribus angelico felicitatis requiem commutasti, respice ad imbelles et imbecilles commilitones tuos, qui inter hostiles gladios, et spirituales sequitias tuis laudibus accumpamur. O victor inclite, qui de terra et de cœlo gloriosissime triumphasti, illius gloriam nobiliter superbus despiciens, et huius regna pie violentus diripiens: respice de cœlo ad vinctos terræ, ut hoc sit tuorum consummatio triumphorum, si et nobis demum te vicisse gratulamur. Eia ergo fortis athleta, dulcis patrone, advocate fidelis, exurge in adiutorium nobis, ut et nos de nostra eruptione gaudeamus, et tu de plena victoria glorieris.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 19.

In illo tempore: accedens unus ad Jesum ait illi: Magister bone, quid boni faciam ut habeam vitam æternam? qui dixit ei: quid me interrogas de bono? unus est bonus Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata. Dicit illi: quæ? Jesus autem dixit: non homicidium facies, non adulterabis: non facies furtum: non falsum testimonium dices: honora patrem tuum et matrem

am: Diliges proximum tuum sicut teipsum.
ei Nilli adolescens: omnia hæc custodivi a juven-
de mea: quid adhuc mihi deest? ait illi Jesus:
is perfectus esse, vade, vende quæ habes, et
a pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo:
et veni sequere me.
De Matutina commemoratio S. Basilaeonis M.

Die XXIX. Julii.

SS. Lazari, Marthæ et Mariæ.

Duplex 3. lect.

ad 1. Vesperas.

Antiphonæ ex Matutinis.

Lectio apoc. 3.

ce sto ad ostium et pulso: si quis audierit
cem meam, et aperuerit mihi januam,
abo ad illum, et cœnabo cum illo, et
e mecum.

br. Ambulans in via immaculata * hic
mihi ministrabat.
Oculi mei ad fideles terræ, ut sedeant
mecum. Ps. 100.

Hymnus cum.

Flagrans amore, perditos
Dum nos Redemptor quæreret, *
Defessus ad Martham Deus,
Se se recepit hospitam.

Beata, quæ tantum suis
Amica sacris hospitem
Fovere gaudet! * ac Deo
Inferre convivæ dapes.

Dum Martha pascit, pascitur
Maria felix ac sedens: *
Magnoque tuta judice
Partem potitur optimam.

Nunc Martha, nunc sedens Deo
Et ipsa verbo pasceris: *
Et tinge se tuus tibi
Convivia dat convivium.

5. Da Christe, sanctorum quies,
Sic nos adunum tendere
Per mucta, * posthac optima
Ut parte detur perfrui. amen.

℣. Dominus solvit compeditos.
℟. Dominus diligit justos. Ps. 145.

Ad Magnif. ant. Diligebat Jesus Martham, * et sororem eius Mariam, et Lazarum. Joan. 11.

Oratio Dom.

Deus, qui in terris conversatus, in domo Lazari, Marthe et Marie hospitari dignatus es: presta quesumus, ut cum Lazaro in novitate vite ambulantes, et in huius cum Martha bonis operibus pascere, et tecum Maria inge verbi tui meditatione pasci valeamus. qui vivis.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Deum cum hominibus conversatum * venite adoremus. Bar. 2.

Hymnus Dom.

1. Redditum tui, Domino vocante,
Lazarum turbe, domitamque mortem *
Laudibus festis modulisque sacri
Dicite cantus.

2. Ille, qui Christum meruit frequenti
Hospitem gaudens recreare mensa, *
Foetidus clauso, data preda morti,
Conditur antro.

3. Heu! tua presens ope si iacenti,
Fata qui presci, Deus adstitisses: *
Viveret, nondum premerentur atra
Lumina nocte.

4. Jamque mors vito Domino soluta,
Si iubes, reddet, spoliata predam: *
Nunc et extinctus superas animus
Surget ad auras.

5. Ecce dilecti lacrymis honoras
Hospitis funus, fremituque pressis, *

Quam pio plangas, Pater, impiorum
Corde ruinam.
℣. Ut Patrem semper pia Spiritumque
omne plebs tecum celebret per orbem: ℟
Christe, credentes animas fecundo
Eripe morti. amen.

In I. Nocturno antiphonæ.

℣. Erat quidam languens Lazarus a Bethania, ℟ de castello Mariæ et Marthæ sororis eius. Joan. ii.
℣. Maria erat, quæ unxit Dominum unguento, et terfit pedes eius capillis suis: ℟
cuius frater Lazarus infirmabatur. ibid.
℣. Miserunt sorores eius ad Jesum dicentes: ℟
Domine, ecce quem amas, infirmatur. ibid.
℣. Dixit Jesus discipulis suis: Lazarus mortuus est: ℟ et gaudeo propter vos, ut credatis. ibid.
℣. Venit itaque Jesus: ℟ et invenit eum
quatuor dies iam in monumento habentem. ibid.
℣. Multi ex Judæis venerant ad Martham
et Mariam, ℟ ut consolarentur eas de
fratre suo. ibid.
℣. Dominus opem ferat illi super lectum
doloris eius:
℟. Universum stratum eius versasti in
infirmitate eius. Ps. 40.

Lectio prima cum suo ℣. de feria currente.

Lectio II.

Sermo Sancti Bernardi abbatis.

Serm. 2. in Asumt.

Consola mueniatur in nobis exercitatio
corporalis, ad modicum valens: sed invenietur utilis ad omnia pietas, et exercitium
spirituale. Mulier, Martha nomine,
recepit Jesum in domum suam; et huic
fuit soror nomine Maria. Sorores sunt,

et debent esse contuberales. Occupatur per cibia frequens ministerium; ita Dominicis est intenta sermonibus. ad Martham spectat ornatus; sed impletio ad Mariam. Vacat enim Domino, ut non sit domus vacans. Sed mundationem cui possumus attribuere? Erit enim, si et hoc invenerimus, domus, in qua Salvator suscipitur, et munda et ornata, et non vacans. Jemus cum Lazaro, si et vobis ita videtur. Dei siquidem fraternitatis iure cum sororibus est domus ista communis. Jico autem Lazarum, quem quatriduanum iam iamque foetentem a mortuis excitat vox virtutis, ut videatur talis congrue formam gerere poenitentis. Intret ergo domum Salvator, quam poenitens Lazarus mundat, ornat Martha, et Maria replet interna dedita contemplationi.

℟. Audiens Jesus, quia Lazarus infirmabatur, dixit: infirmitas hoc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam. ℣. Tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non. ✝ infirmitas.

Joan. ii. Deut. 13.

Lectio III.

Sed consideremus, fratres, quem ad modum tria haec distribuerit ordinatio charitatis, Marthae administrationem, Mariae contemplationem, Lazari poenitentiam. Habet hoc simul, quocumque perfecta est anima: magis tamen videntur ad singulos singula pertinere, ut alii vacent sanctae contemplationi, alii dedita sint fraterno administrationi, alii in amaritudine animae suae recogitent annos suos, tamquam vulnerati dormientes in sepulcris. Si plane sit opus est, ut Maria pie et sublimiter sentiat de Deo suo, Martha benigne et misericorditer

e proximo, Lazarus misere et humiliter
e ipso. Cuibus nulla credita est dispensatio,
dministratio nulla commissa, his omnino
edendum erit aut Jesus pedes Jesu cum
aria, aut certe cum Lazaro intra septa
epulcri. Quid ni ergo multa turbetur Mar-
ha, quae sollicita est pro multis? Tibi
ero, cui necessitas hoc non incumbit, e
obis unum est necessarium: aut non
urbari penitus, sed delectari magis in
omino, aut si id necdum potes, turbari
on erga plurima, sed ut de se propheta
quatur: ad te ipsum. Sed et ipsam quoque
artham admonitam esse necesse est,
maxime quaeri inter dispensatores, ut
delis quis inveniatur. Erit autem fidelis,
neque quae sua sunt quaerat, sed quae Jesu
risti, ut sit intentio pura: nec quam faciat
) Domini voluntatem, ut sit actio ordi-
ta.

. Lacrymatus est Jesus: dixerunt ergo
doi: * ecce quomodo amabat eum.

: Omni tempore diligit, qui amicus
t, et frater in angustiis comprobatur.
ece. ℣. Gloria. * ecce. Joan. ii. Prov. 17.

In II. Nocturno.

antiphona.

Martha, ut audivit quia Jesus venit,
occurrit illi: * Maria autem domi
sedebat. Joan. ii.

: Jesus venit ad monumentum: *
erat autem spelunca, et lapis super-
positus erat ei. ibid.

: Jesus elevatis sursum oculis, dixit: *
Pater gratias ago tibi, quoniam au-
disti me. ibid.

Voce magna clamavit: Lazare veni foras: *
Statim prodiit, qui fuerat mortuus,

ligatus pedes & manus institis. ibid.

5. Dixit eis Jesus: * Solvite eum, & sinite abire. ibid.

6. Multi ex Judeis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant, quæ fecit Jesus: * crediderunt in eum. ibid.

Lectio 2. Cor. 15.

Absorpta est mors in victoriâ: ubi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est, virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum.

℣. Exactas me Domine de portis mortis:

℟. Ut annuntiem omnes prædicationes tuas. Ps. 9.

Ad Laudes Matutinas & Horas.

antiphonæ.

1. Intravit Jesus in quoddam castellum; * & mulier quædam, Martha nomine, excepit illum in domum suam. Luc. 10.

2. Fecerunt ei cœnam ibi, & Martha ministrabat: * Lazarus vero unus erat ex discumbentibus. Joan. 12.

3. Huic erat soror, nomine Maria, * quæ etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. Luc. 10.

4. ad cant. Maria accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi,

unxit pedes Jesu, et exterſit capillis
ſuis: * Domus impleta eſt odore
unguenti. Joan. 12.
. Maria optimam partem elegit, * quæ
non auferetur ab ea. Luc. 10.

Lectio VIII.

ui vigilaverint ad ſapientiam, com-
lebuntur placorem eius: qui tenuerint
am, vitam hereditabunt, et quo intro-
uit, benedicet Deus: qui ſerviunt ei,
ſequentes erunt ſancto, et eos, qui di-
unt illam, diligit Deus.
. br. Viderunt ingreſſus tuos Deus, *
ingreſſus Dei mei:
. Regis mei, qui eſt in ſancto. Pſ. 67.

Hymnus Clun.

. Qui cuncta paſcit providus,
Humana dum factus caro, *
Terris videndum ſe dedit,
Hunc Martha pavit ſedula.
. Felix domus, quæ perfrui
Tanto meretur hoſpite: *
Felix, abunde cui ſua
Rependit hoſpes munera.
. O ſingularis gratia!
Quarto ſepultus iam die, *
Sororis ad vitam prece
Frater redire iuſſus eſt.
. Da Chriſte Sanctorum ſpies,
Sic nos ad unum tendere
Per multa; * poſt hæc optima
Ut parte detur perfrui. amen.
. Pſallam Domine, et intelligam
in via immaculata:
. Quando venies ad me. Pſ. 100.

Ad Bened. ant. Si quis diligit me, et Pater meus diliget eum: et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Joan. 14.

Oratio ex 1. Vesperis.

Ad Tertiam Lectio. Hebr. 13.

Charitas fraternitatis maneat in vobis: beneficentiæ autem et communionis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus.

℣. Beneplacitum est Domino in populo suo:
℟. Et exaltabit mansuetos in salutem. Ps. 149.

Ad Sextam. Lectio cant. 2.

Sub umbra illius, quem desideraveram sedi; et fructus eius dulcis gutturi meo.

℣. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua:
℟. Super mel ori meo. Ps. 118.

Ad Nonam. Lectio Thren. 3.

Pars mea Dominus, dixit anima mea; propterea exspectabo eum: bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum: bonum est prostolari cum silentio salutare Dei.

℣. Quid mihi est in cœlo, et a te quid volui super terram?
℟. Deus cordis mei, et pars mea Deus in æternum. Ps. 72.

Ad 11. Vesperas.

antiphona ex Matutinis.

Lectio Hebr. 6.

Non est injustus Deus, ut obliviscatur

neris vestri, et dilectionis, quam osten-
isti in nomine ipsius, qui ministrastis
ndis et ministratis.

b. br. et Hymnus ex 1. Vesperis.

. Justi epulentur, et exultent in conspectu Dei:
. Et delectentur in lætitia. Oct. Ep.

Ex Magnif. ant. Venite Benedicti patris
mei, possidete paratum vobis regnum; ¶
turivi enim, et dedistis mihi manducare;
tivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram,
collegistis me. Matth. 25.

Fit commemoratio sequentis.

Die XXX. Julii.

SS. Abdon et Sennen Martyrum.
Simplex o. loc.
Oratio Sac. greg.

us, qui sanctis tuis Abdon et Sennen ad
re gloriam veniendi copiosum munus gra-
contulisti: Da famulis tuis suorum
niam peccatorum, ut Sanctorum tuorum
precedentibus meritis ab omnibus merea-
r adversitatibus liberari. Per Dominum.

Lectio III.
Ex antiquis. Martyrol.

Abdon et Sennen ex Persia Decio Impe-
tore Romam venerunt, a quo ob Chri-
iane fidei confessionem variis supplicijs
cruciati, cum Dijs sacrificare forbiter
cusarent, martyrii coronam glorioſa
orte adepti sunt. quorum corpora
fidelibus ni domum quirini subdia-
ni delata, postea Constantino Mag-
regnante reperta sunt, et in coeme-
rio Pontiani reposita. Festus eorum
es Romæ seculo iam quarto agebatur,
que in omnibus Sacramentarijs et

antiquis calendariis notatur. Demum eorum cultus tempore Ludovici Pii etiam ad Gallias, nostrasque ecclesias pervenit.

℟. Absit a nobis, ut relinquamus Dominum, et serviamus diis alienis: * Domino nostro serviemus, et obedientes erimus preceptis eius. ℣. Etsi sunt, qui dicantur dii, sive in coelo, sive in terra; nobis tamen unus Deus. * Domino. ℣. Gloria. * Domino. Jos. 24. 1. Cor. 8.

Vespere de sequenti fine commemoratione.

Die XXXI. Julii.

S. Ignatii Confessoris.

Duplex 3. lect.

Oratio Sac. Greg. V.

Deus, qui beatum Ignatium confessorem in terris vita laudabili decorasti, et in coelis eterna gloria sublimasti: eius quesumus, suffragantibus meritis, vita nostra apud te commendetur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex bulla canonizationis Urbani VIII. a. 1629.

Ignatius in Hispania nobilibus parentibus natus, adolescens a militia seculari ex lectione piorum librorum ad Deum conversus, facta in monte Serrato ~~exomologesi~~ apud Benedictinos omnium delictorum exomologesi, apud Minoritanam seu Manresam inter egenos, quibus vilissima etiam obsequia exhibebat, vitam asperam egit. Inde Romam, dein Jerosolymam se contulit, perlustratis sacris locis in Hispaniam

eversus, tricesimum iam annum agens,
pamaticis, philosophicis ac theologicis
peram dedit. Brevibus adiens, studia illa re-
ctit, eleemosynis interim visitans, non
intermissis charitatis & poenitentiæ ope-
ibus. Sibi varios sibi socios adiunxit, qui
in inferiori ecclesia Montis Martyrum
ese omnes in proximorum auxilium
evoventes initium dedere Societati Jesu,
nam postea Ignatius instituit. Præcipua
dicura erat, ut rudes & pueri doctrinam
hristianam perdiscerent, carceribus in-
usi levarentur, peccatores ad poeniten-
iam adducerentur, ac Sacramentorum
fus & frequentior usus & sanctior.
on eum ab operibus charitatis difficul-
tes, non contumeliæ aut irrisiones
terrebant. Ad Deum omnia referebat,
s verbis: ad maiorem Dei gloriam, ve-
t symbolo uti solitus. Romæ obdormi-
t in Domino, anno millesimo quin-
ntesimo quinquagesimo sexto: eumque
egorius decimus quintus Sanctis ad-
pisit.

. Existimo omnia detrimentum esse,
opter eminentem scientiam Jesu
risti Domini mei: * propter quem
nnia detrimentum feci, ut Christum
rifaciam. ℣. Ego autem in Domino
udebo, & exultabo in Deo Jesu meo.
propter. ℣. Gloria. * propter. Philip. 3.
ib. 3.

Vespere de sequenti, commemoratione
t infra.

Festa Augusti.

Die 1.

S. Petri apostoli ad vincula.

Duplex maius ℣. Lect.

Ad I. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Jer. i.

Ego dedi te hodie in civitatem munitam, et in columnam ferream, et in murum æreum super omnem terram, Regibus Juda, principibus eius et Sacerdotibus, et populo terræ: et bellabunt adversum te, et non prevalebunt, quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te.

℟. br. Deus meus ego sum, * invoca me in die tribulationis:

℣. Eruam te, et honorificabis me. Ps. 49.

Hymnus cum Sanct.

1. Quicumque Christum fracta morte prædicant,
Fracta frustra vincla captivos tenent: *
Frustra satelles durus observat fores,
Inter catenas mente stat liberrima.

2. Ornant revinctos, qui coercent compedes,
Non pondus urget, quos amor leves facit: *
Non densa tetri carceris nox obsidet,
Christus superno reficit quos lumine.

3. Dulces cadenæ, quo reum non arguunt,
Sed Christi amantem quo probant Apostolum: *
Regum coronis, aureis monilibus
Magis colenda sacra Petri vincula.

4. Patri perenne sit per ævum gloria,
Tibique laudes totus orbis concinat, *
Æterne Nate, splendor æterni Patris;
Compar sit almo Laus Deusque Flamini.

Amen.

℣. Domine Deus meus in te speravi:

℟. Salvum me fac ex omnibus persequentibus me. Ps. 7.

Ad Magnif. ant. Liberabote de manu pessimorum, * et redimam te de manu fortium. Jer. 15.

Oratio Sac. Greg.

eus, qui beatum Petrum apostolum,
vinculis absolutum, illæsum abire
isti: nostrorum, quæsumus, absolve
incula peccatorum, et omnia mala a
obis propitiatus exclude. Per Dominum.

Pro commemoratione S. Pauli apostoli
ad utrasque vesperas et Matutinas

Ant. Qui operatus est Petro in apostola-
um circumcisionis, † operatus est et
ihi inter gentes. Gal. 2.

Eripies me Domine de contradictioni-
bus populi:
Constitues me in caput gentium. Ps. 17.

Oratio Sac. Gelas.

us, qui multitudinem gentium beati
uli apostoli prædicatione docuisti: da
is, quæsumus, ut cujus commemora-
nem colimus, ejus apud te patrocinia
iamus.

Postea commemoratio præcedentis;
ultimo de S. Machabæis.

Ant. Paratissimus mori magis, † quam
rias Dei leges prævaricari. 2. Mach. 7.

Fiat, fiat non egimus in testamento tuo
Domine:
Et non recessit retro cor nostrum. Ps. 43.

Oratio Sac. Greg.

æterna nos, Domine, Martyrum tuorum
ona lætificet: quæ et fidei nostræ pro-
et incrementa virtutum, et multiplici
tragio nos consoletur. Per Dominum.

Ad vigilias Nocturnas.

Ant. Dominum, qui solvit compedes, †
ite adoremus. Ps. 115.

Hymnus Clun. Sanct.

Petrum Tyranne, quid catenis obtuis,
tubesque condi carceris nigro specu? †

Nox immolandus ne tuas vitet manus,
quid trux satelles ante portas exubat?

2. Fulgens abalto venit alis æthere:
Nox cedit horror, et fugat noctem dies: ✱
Solvente Christo vincla confestim cadunt:
Panduntur ultro clausa ferro limina.

3. Cœlestis ales dux vio Petro proit:
Stupet, quod ipsi somnium nostis putat. ✱
Statim quietæ mente victricem dei
ad se reversus liber agnovit manum.

4. Patri perenne sit per omne gloria,
Tibique laudes totus orbis concinat, ✱
Æterne Nate, splendor æterni Patris,
Compar sit almo Laus Deusque Flamini.
amen.

Gn I. Nocturno antiphona.

1. Dabo te populo huic in murum æreum, ✱
et bellabunt adversum te, et non prævalebunt. Jer. 15.

2. Ne timeas serve meus, neque paveas: ✱
quia ecce ego salvabo te. Jer. 30.

3. Liberabo te, iterum liberabo te, ✱ et
gladio non cades. Jer. 39.

4. In die illa conteram jugum de collo
tuo: ✱ et vincula dirumpam. Jer. 30.

5. Ego ante te ibo, ✱ et gloriosos terræ
humiliabo. Is. 45.

6. Portas æreas conteram, ✱ et vectes ferreos confringam. ibid.

℣. Edues me de laqueo, quem absconderunt
mihi:
℟. Quoniam tu es protector meus Ps. 30.

Lectiones quatuor cum suis ℟℣. de
feria currente.

In II. Nocturno antiphona.

1. Princeps sacerdotum, et omnes qui cum
illo erant, miserunt manus in apostolos: ✱
et posuerunt eos in custodia publica. act. 5.

2. Angelus Domini per noctem aperiens
ianuas carceris, ✱ eduxit eos. ibid.

. Reversi sunt ministri nuntiaverunt dicentes: carcerem quidem invenimus clausum: * aperientes autem neminem intus invenimus. ibid.

. Ecce viri, quos posuistis in carcerem, sunt in templo stantes, * et docentes populum. ibid.

. Interrogavit eos princeps Sacerdotum dicens: * præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto. ibid.

. Respondens Petrus et apostoli dixerunt: * obedire oportet Deo magis, quam hominibus. ibid.

Custodit Dominus animas Sanctorum suorum:

De manu peccatoris liberabit eos. Ps. 96.

Lectio V.

Ex historia Evang. secund. S.

Petrus apostolus propter nomen Domini in vincula et carceres non una vice, nec o in loco expertus est. Nam primo quiin statim a Pentecoste, clauso ad portam pli sanato, dum populum cum Joanne quibus, invidia Sacerdotum in custodiam rsus est: unde productus in crastinum am ostendit constantiam, ut ipsi principes satis admirari non possent interritam minis illiterati libertatem, et numerus entium, aucta ex ipsis apostoli vinculis eia, ad quinque millia adcresceret. Non multo post cum sola Petri proteruntur bra omnis cuiusque morbi species arebatur, rursus per Pontificem et Saddus ipse cum cæteris apostolis in carcerem lium adductus est, et postea flagellis us, quod ob hominum interdictum impia a se contenti non posse respondisset.

Injecerunt sacerdotes manus in Beum et Joannem, et posuerunt eos in Hodiam. * multi autem eorum, qui

audierant verbum, crediderunt. ℣. quanto opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, et crescebant. ℟ multi. Act. 4. Exod. 1.

Lectio VI.

Tertia vice, occiso Jacobo, cum Herodes hanc eodem Judeis non ingratam esse perspiceret, Petrum item in carcerem trudi, et catenis duabus vinctum pergaunor militum quaterniones asservari præcepit: unde nihilominus perangelum mirabiliter eductus est. Ultimo, Romæ cum martyrium perstulit, in custodia Mamertini asservatus, et Neronis iussu catenis constrictus fuisse traditur: quæ in Romana ecclesia speciali honore a primis fidelibus habitæ sunt. Scribit autem Arator eiusdem ecclesiæ subdiaconus, etiam ex Gerosolymis Petri catenas, aut certe unam ex iis, quibus ibidem vinctus fuerat, iam Romæ fuisse allatas servatas: unde non mediocriter aucta est illarum veneratio, frustra præsertim, ut ex aliis ecclesiæ Romanæ monumentis perspicitur, per iuniorem Eudoxiam Valentiniani tertii uxorem in monte Esquilino basilica, nomine sancti Petri ad vincula. quæ cum calendis augusti dedicata esset, eius memoriæ dies festus institutus est.

℟. Principes sacerdotum stantes eos in medio, interrogabant: in qua virtute aut in quo nomine fecistis hoc vos? ✠ tunc ✠ repletus Spiritu sancto Petrus dixit ad eos: principes populi et seniores audite. ℣. Non vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. ✠ repletus. Act. 4. Matth. 10.

Lectio VII.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
exposit. epist. ad Ephes. hom. 8.

Nihil est aque proclarum, atque vincula
propter Christum. Si quis amat Christum,
novit quod dicitur: si quis Domini amore
ardet, novit vim vinculorum et dignita-
tem. Vinctum esse propter Christum, for-
tius est proclarius, quam sedere a dextris
eius; hoc est magnificentius, quam sedere
per duodecim sedes. Hoc sancti chorisso-
rum est intelligere, apostolorum, inquam.
Audi enim beatum Luam dicentem,
et rediisse gaudentes a conspectu concilii,
quoniam digni habiti sunt pro nomine
Jesu contumeliam pati.

Petrus dixit: si nos hodie diudicamur
in beneficio: * notum sit omni plebi Is-
rael, quia in nomine Jesu Christi iste adstat
coram vobis sanus. V. qui custodiebant
me viri mecum: consilium fecerunt in
unum: ego autem audiam, iustamun-
dam potentiam tuam. * notum.
l. 4. Cf. 70.

Lectio VIII.

Atque alius quidem videtur ridiculum, si
probrum et contumelia dignitatis et
virtutis loco habeantur: eis autem, qui
sunt Christi desiderium, quid beatius,
quam contumeliis affici? Vellem ego
quidem nunc esse eis in locis, in quibus
fertur manere illa vincula: vellem vi-
dere catenas, quas pertimescunt quidem
horrent demones, reverentur autem
angeli. Nihil est enim melius, quam
vincula pati propter Christum. O beata vin-
cula! o beatas manus, quas ornavit illa

catena! Ego si fuispem illis temporibus, tunc maxime eas espem amplexus: certe espem illas deosculari manus, quae dignae sunt habitae pro Domino meo vinciri.

℟. Vocantes eos denuntiaverunt, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Jesu: Petrus vero et Joannes respondentes dixerunt ad eos: ✠ si justum est in conspectu Dei, vos potius audire quam Deum, judicate. ℣. Est Dominus vivus ipse in coelo potens, qui inspirat. ✠ si. ℣. gloria. ✠ si. act. 4. 2. Mauk. 15.

In III. Nocturno.

Ant. Confitebor nomini tuo Domine, quoniam liberasti me de manibus quaerentium animam meam: ✠ et de portis tribulationum, quae circumdederunt me. Euli. si.

Cantica de Communi unius Martyris.

℣. Dirupisti vincula mea Domine:
℟. Tibi sacrificabo hostiam laudis. Ps. 115.

Lectio IX.

De Actibus apostolorum. cap. 12.

Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. Videns autem quia placeret Judeis, apposuit ut adprehenderet et Petrum. Erant autem dies azymorum. quem cum adprehendisset, misit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum, volens post Pascha producere eum populo.

℟. Vade ad domum Israel, et loqueris verba mea ad eos: ✠ ecce data sunt super te vincula, et ligabunt te in eis. ℣. Conteram virgam eius de dorso tuo, et vincula tua disrumpam. ✠ ecce. Ezech. 3. Nah. 1.

Lectio X.

Petrus quidem servabatur in carcere. ratio autem fiebat sine intermissione b eclesia ad Deum pro eo. Cum autem roduturus eum epet Herodes, in ipsa octe erat Petrus dormiens inter duos ilites vinctus catenis duabus: et custo- es ante ostium custodiebant carcerem. Ecce angelus Domini adstitit, et lumen fulsit in habitaculo; percusso que latere tri excitavit eum, dicens: surge velociter. Ceciderunt catenæ de manibus eius.

. A penatoribus liberavit eum, des- ndit que cum illo in foveam: * et in inculis non dereliquit illum. Ps.

mittet angelus Domini in circuitu imentium eum, et eripiet eos. * et in. n. 10. Ps. 33.

Lectio XI.

xit autem angelus ad eum: præcingere, calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dit illi: circumda tibi vestimentum tuum, sequere me. Et exiens sequebatur eum, nesciebat, quia verum est, quod fiebat angelum: existimabat autem se visum dere. Transeuntes autem primam et undam custodiam, venerunt ad portam ream, quæ ducit ad civitatem, quæ ultro erta est eis. Et exeuntes processerunt vi- m unum: et continuo discessit angelus eo. Et Petrus ad se reversus dixit: nunc vere, quia misit Dominus angelum um, et eripuit me de manu Herodis, de omni exspectatione plebis Judæo- rum.

. Eris quasi os meum, dicit Dominus: nvertentur ipsi ad te, et tu non con- teris ad eos: * ego vero tecum sum, ut

Salvem te. ℣. Dixit Jesus Petro: cum esses iunior cingebas te, et ambulabas, ubi volebas; cum autem senueris, alius te cinget. * ego. Jer. 15. Joan. 21.

Lectio XII.

Considerans que venit ad domum Marie matris Joannis, qui cognominatus est Marcus, ubi erant multi congregati et orantes. Pulsante autem eo ostium ianue, processit puella ad audiendum, nomine Rhode. Et ut cognovit vocem Petri, pre gaudio non aperuit ianuam, sed introcurrens nuntiavit, stare Petrum ante ianuam. At illi dixerunt ad eam: insanis. Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant: angelus eius est. Petrus autem perseverabat pulsans. Cum autem aperuissent, viderunt eum, et obstupuerunt. Annuens autem eis manu ut tacerent, narravit, quomodo Dominus eduxisset eum de carcere, dixitque: nuntiate Jacobo, et fratribus hoc. Et egressus abiit in alium locum.

℟. Cantate Domino, laudate Dominum: * quia liberavit animam pauperis de manu malorum. ℣. Factus est Dominus firmamentum meum, et eduxit me in latitudinem. * quia. ℣. gloria. * quia. Jer. 20. 2. Reg. 22.

Evangelium, ut in cius Festo. pag. 99.

Ad Laudes Matutinas et horas

antiphona.

1. Herodes rex apposuit, ut apprehenderet Petrum, * et misit in carcerem. act. 12.
2. Petrus servabatur in carcere: * oratio autem fiebat sine intermissione

ab ecclesia ad Deum pro eo. ibid.

℣. Angelus Domini adstitit, & lumen re-
fulsit in habitaculo: ℟ percussoque
latere Petri excitavit eum. ibid.

℣. Dixit angelus ad Petrum: ℟ circumda
tibi vestimentum tuum, & sequere
me ibid.

℣. ad laudes. Factus es mihi adiutor, Domi-
ne, ℟ & liberasti me a rege iniquo.

Euli. 5j.

Lectio j. Petr. 5.

...us, qui vocavit nos in eternam suam
...oriam in Christo Jesu, modicum pas-
...te perficiet, confirmabit, solidabitque.
...i gloria et imperium in secula sec-
...rum. Amen.

℣br. Clamaverunt iusti, ℟ et Dominus
exaudivit eos:

℟ Et ex omnibus tribulationibus eo-
rum liberavit eos. Ps. 33.

Hymnus Rom. ad Laud.

Christo iubente vincla Petrus exuit:
Pavidis ille Pastor et Rector gregis, ℟
Vitae reclusit pascua, et fontes, faros,
Ovesque fernat creditas, arcet lupos.
Lux nostra Christe, nostra libertas, vides,
Quibus catenis vinciant nos crimina: ℟
Et ampla nostris incubet nox mentibus:
Lucis diem fer, rumpe vinctis vincula.
Patri perenne sit per orbem gloria:
Tibique laudes totus orbis concinat, ℟
Aeterne Natae, splendor aeterni Patris:
Compar sit almo laus Deusque Flamini.

Amen.

℣. Misit de coelo Dominus, et liberavit me:
℟. Dedit in opprobrium conculcantes me.
Ps. 56.

ad Bened. ant. Petrus ad se reversus dixit: nunc scio vere, quia misit Dominus angelum suum: * et eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Judeorum. act. 12.

Commemoratio S. Pauli ex I. Vesperis.

Pro D. Machabæis ant. Rex mundi defunctos nos pro suis legibus * in æternæ vitæ resurrectione suscitabit. 2. Mach. 7.

℣. Judicabit Dominus populum suum:
℟. Et in servis suis deprecabitur. Ps. 134.

Oratio ut supra.

Ad Tertiam. Lectio Jac. 5.

Orate pro invicem, ut salvemini: multum enim valet deprecatio justi assidua.

℣. Exaudivit pauperes Dominus:
℟. Et vinctos suos non despexit. Ps. 68.

Ad Sextam. Lectio Dan. 3.

Benedictus Deus, qui misit angelum suum, et eruit servos suos, qui crediderunt in eum.

℣. Misit de summo, et accepit me:
℟. Et eripuit me de inimicis meis fortissimis. Ps. 17.

Ad Nonam. Lectio Sap. 10.

Justum non dereliquit sapientia, sed a peccatoribus liberavit eum, descenditque cum illo in foveam, et in vinculis non dereliquit illum.

℣. Salvum me fecit Dominus:
℟. Quoniam voluit me. Ps. 17.

Vespero de sequente, commem. præcedentis.

Ant. Narravit Petrus, quomodo Dominus eduxisset eum de carcere, dixitque: Nuntiate Jacobo et fratribus hæc. * Et egressus abiit in alium locum. act. 12.

: audite, et narrabo, omnes qui timetis
Deum:
Quanta fecit anime meo. Ps. 65.
Oratio, et commem. S. Pauli ex I Vesp.
curreus in Dominica, celebratur die 6. seq.

Die II. augusti.

S. Stephani Papæ et Martyris.
Festivitas II. classis 12. cal.
mnia de communi, preter sequentia.
Oratio Sac. Greg.

us, qui conspicis, quia ex nulla nostra
studie subsistimus: concede propitius;
intercessione beati Stephani Martyris
i atque Pontificis contra omnia adver-
muniamur. Per Dominum.

In I. Nocturno.

Lectiones quatuor cum suis Rsp.
De feria currente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex S. Cypriano, et Eusebio l. 7. hist.

rhanus Romanus post Lucium suc spo-
Cornelii, sub Gallo et Valeriano im-
ratoribus Romanam rexit ecclesiam.
phabatur his temporibus Novatiano-
m hæresis, quo pœnitentibus lenitatis
terno solatia claudebat sine spe pacis
communionis. His cum se Marcia-
s arelatensis adiunxisset, Stephanus
immum a Faustino lugdunensi subinde
Sancto Cypriano monitus est in hunc
dum: Dirigantur in provinciam ad
ebem arelate consistentem ab Hilario,
ibus abstento Marciano alius in locum
s substituatur; et grex Christi, quem
iernum a illo dissipatus et vulnera-
contemnitur, colligatur. Ecclesiæ tamen

discipio ad unitatem reversa sunt; et reddita tam insperato pacem ipsi Stephano per litteras gratulabus est Sanctus Dionysius alexandrinus.

℟. Ego iustum sanctificavi ad iustitiam, dicit Dominus, et omnes vias eius dirigam: * confusi sunt, et erubuerunt simul abierunt in confusionem omnes fabricatores errorum. ℣. Vir eloquens potens in scripturis, vehementer revincebat publice. * confusi. Gsa. 45. act. 18.

Lectio VI.

Gsa tempestate alia gravior quæstio inter catholicos episcopos de valore baptismi hæreticorum agitari cepit, utrum nempe baptizati ab hæreticis, ad ecclesiam catholicam redeuntes, denuo essent baptizandi. quod affirmans Sanctus Cyprianus carthaginensis episcopus, coacto etiam concilio decrevit, sanctoque Stephano eiusdem concilii acta transmisit. Cui Stephanus sententiam suam his verbis declaravit: si quis ex quacumque hæresi ad nos veniat, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in pœnitentiam. In eadem epistola decisionem concilii africani reiecit, declarans, nisi suam opinionem deponerent, se ultra cum Cypriano aliisque episcopis eiusdem sententiæ non communicaturum. Demum in persecutione Valeriani Stephanus, post administratam per aliquot annos ecclesiam, ad coronam pervenit, anno Christi ducentesimo quinquagesimo septimo.

℟. Testor coram Deo et Christo Jesu, et electis angelis, ut hæc custodias sine præiudicio, * nihil faciens in alteram partem declinando. ℣. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. * nihil. j. Tim. 5. Prov. 22.

Lectio VII.

x commentario sancti Vincentii Lirinensis.

cap. 6.

Nos iste semper in ecclesia viguit, atque
rel religiosior, eo prontius novellis adin-
entionibus contrairet. Exemplis talibus
lena sunt omnia. Sed ne longum fiat,
num aliquod, et hoc ab apostolica potis-
imum sede sumemus: vt omnes lucela-
ius videant, beatorum apostolorum
eata successio quanta vi semper, quanto
udio, quanta contentione defenderit
sceptio semel religionis integritatem.
ondam igitur venerabilis memorie
rippinus Carthaginensis episcopus, pri-
us omnium mortalium contra divi-
m canonem, contra universalis ecclesie
ulam, contra sensum omnium consue-
dum, contra morem atque institutum
iorum, rebaptizandum esse censebat.
o presumptio tantum mali in ve exitum
a solum hereticis omnibus formam
ri legii, sed etiam quibusdam catholicis
sionem probuerit erroris.

Speculatorem dedit te domui Israel. ✠
dies ex ore meo sermonem, et annuntia-
eis ex me. ℣. Depositum custodi devi-
s profanas vocum novitates, et op-
itiones falsi nominis scientie. ✠ audies.
ch. 33. j. Tim. 6.

Lectio VIII.

n ergo undique ad novitatem reiunctis
amarent, atque omnes quaqua versum sa-
bates pro suo quisque studio reiterentur,
e beate memorie Papa Stephanus apostolice
s antistes cum ceteris quidem collegis
s, sed tamen pro ceteris, resistisse dignum,
opinor, existimans, si reliquos omnes ton-
n fidei devotione vincere, quantum
i auctoritas superabat. Denique in

epistola, quo tunc ad africam missa est, his verbis sanxit: nihil novandum, nisi quod traditum est. Intelligebat etenim vir sanctus et prudens, nihil aliud rationem pietatis admittere, nisi ut omnia, quæ fide a patribus suscepta forent, eadem fide filiis consignarentur: nosque religionem, non qua vellemus, ducere, sed potius qua illa duceret, sequi oportere; idque esse proprium christiano modestiæ et gravitati, non sua posteris tradere, sed a maioribus accepta servare.

℟. Dedit illis legem, ne obliviscerentur præcepta Domini, aut non exerrarent mentibus, ✱ et hortabatur ne legem amoverent a corde suo. ℣. Lex veritatis fuit in ore eius, et iniquitas non est inventa in labiis eius. ✱ et hortabatur. 2. Mach. 2. Mal. 2.

In III. Nocturno. quatuor lectiones cum ℟℟. de communi. Evangel. Si quis vult. vel.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. cap. 7.

In illo tempore: Respondit Jesus Judæis, et dixit: mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar. qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, et iniustitia in illo non est. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicate. Oratio ex I. Vesperis. vel sequens. Oratio dum.

Deus, cuius gratia beatum Stephanum primi Sacerdotem elegit, doctrina ad prædi-

ndum erudit, potentia adperseveran-
m confirmavit: da nobis, ex eius imita-
one, fratres nostros et instruere vivendi
empto; et cum opus fuerit, confirmare
atiendo. Per Dominum.

vesperis fit commemoratio sequentis.

Die III. Augusti.

Inventio Corporis S. Stephani Levitæ et Martyris.

Semiduplex. 9. lect.

mnia de communi unius Martyris,
exceptis sequentibus.

Pro commemoratione ad ambas Vesperas

A. Implebit Dominus splendoribus
nimam suam, et ossa sua liberabit.
Isa. 58.

. Omnia ossa mea dicent:
. Domine quis similis tibi? Ps. 43.

Oratio Sacr. Gelas.

esta, quæsumus omnipotens Deus:
sicut divina laudamus in sancti Ste-
ani passione magnalia, sic indulgen-
am tuam piis eius precibus assequa-
ur. Per Dominum.

Lectio III.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

Serm. 318.

spectat Sanctitas vestra scire, quid ho-
e in isto loco positum sit. Reliquiæ sunt
imi et beatissimi Martyris Stephani.
ius corpus ex illo (quo lapidatus est)
que ad ista tempora latuit; nuper au-
n apparuit, sicut solent apparere sanc-
rum corpora Martyrum, revelatione
i, quando placuit creatori. Procedenti-
s enim signis locus demonstratus est,
quomodo fuerat revelatum, sic et

inventum est. Nuncii inde Reliquias aperuerunt, quia Deus voluit, et huc venerunt. Commendatur ergo charitati vestrae locus et dies: utrumque celebrandum in honorem Dei, quem confessus est Stephanus. Nos enim in isto loco non aram fecimus Stephano, sed de reliquiis Stephani aram Deo. Grata sunt Deo huius modi altaria. quaeris quare? quia pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.

℟. Videbitis et gaudebit cor vestrum: * ossa vestra quasi herba germinabunt. et cognoscetur manus Domini servis eius. ℣. Sit memoria illorum in benedictione, et ossa eorum pullulent de loco suo. * ossa. ℣. gloria. * ossa. Isa. 66. Euli. 46.

In II. Nocturno.

Lectio Ezech. 37.

Scietis, quia ego Dominus, cum aperuero sepulcra vestra, et eduxero vos de tumulis vestris populus meus, et dedero Spiritum meum in vobis, et vixeritis.

℣. Dominus non derelinquet sanctos suos:
℟. In aeternum conservabuntur. Ps. 36.

ad Laudes Matutinas.

℣. Non derelinques animam meam in inferno:
℟. Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Ps. 15.

ad Bened. ant. Potentia nemo vicit illum, nec superavit illum verbum aliquod: * et mortuum propter habuit corpus eius. Euli. 18.

Vesperis de sequenti, commemoratio praecedentis.

Die IV. Augusti.

S. Dominici Presbyteri Confessoris.

Duplex 3. lect.

Omnia de dicto communi.

Oratio Miss. Rom.

us, qui ecclesiam tuam beati Dominici
nfessoris tui illuminare dignatus es
eritis et doctrinis: concede nobis inter-
bione temporalibus non destituatur
xiliis; et spiritualibus semper proficiat
rementis. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita S. Antonino scripta.

minicus in Hispania nobili genere
tus, Valentie liberalibus studiis et
cologie operam dedit. Canonicus regu-
ris Oxomensis ecclesie factus, tum in
pietate Mahumetanorum expugnan-
; tum precipue in evertendis albigen-
ium hereticis, qui Tolosates pervertere
rabantur, per novem annos verbo, pre-
us, et miraculis incubuit. qui labor
ibus uberrimos protulit. Tunc adiunc-
sibi socios, qui se hereticis ad fidem
vocandis, et pravis hominum moribus
rigendis devovierunt, Romam profectus
ut propositi instituti confirmationem
ineret. Remissus, ut eum socius unam
probatis antea regulis eligeret, et
nam rediens ab Honorio tertio appro-
ionem ordinis sui sub Sancti Augustini
ula, et Predicatorum titulo impetra-
. Denique Bononie, post celebrata
nis comitia, febre correptus obdor-
vit in Domino anno Christi ducentesi-
o vigesimo primo supra millesimum
em meritis et miraculis insignem
gorius nonus in sanctorum canonem
tulit.

Predicatio mea non in persuasibilibus
mane sapientie verbis, sed in ostensio-
spiritus et virtutis: * ut fides vestra
n sit in sapientia hominum, sed in
tute Dei. V. Illuminavit Christus
am et incorruptionem per evange-
m, in quo positus sum ego predica-

2or. ℣ ut. ℣. gloria. ℣ ut. j. cor. 2. 2. Jun. j.

Die VI. Augusti.

Transfiguratio Domini.

Duplex maius. 12. lect.

ad I. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio IIa. 4.

In die illa erit germen Domini in magnificentia et gloria, et fructus terre sublimis: et exultatio his, qui salvati fuerint de Israel.

℟. br. Domine Deus meus ✱ magnificatus es vehementer:

℣. Amictus lumine sicut vestimento. Ps. 103.

Hymnus Clun. Sanct.

1. Hac ecce quondam cum primus
Festa die silentia: ✱
Celata dudum nos decet
Vulgare iam mysteria.

2. Montis sub alto vertice
Vidis vocatis testibus, ✱
O Christe, vultus hactenus
Terris homo, patres Deus.

3. Tuo calens cui cubar
Sacros in artus effluit: ✱
Vestis tuo te numine,
Totus tibi tu redderis.

4. Coelo tonante protinus
Audita vox summi Patris, ✱
Te nube rupto filium,
Quo gloriatur, asserit.

5. Hic est Magister omnium,
Quem pronus orbis audiat: ✱
Sileat fallaces sophi,
Qui nos docet, fatur Deus.

6. Jesu tibi sit gloria,
Qui te revelas hodie: ✱
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna secula. amen.

Hac Clausula dicitur hodie ad omnes hymnos.

℟. Apud te Domine est fons vitæ :
℣. Et in nomine tuo videbimus lumen. Ps. 25.

Do Magnif. ant. Confundetur sol, cum regaverit Dominus in monte: * Et in conspectu seniorum suorum fuerit glorificatus. Isa. 24.

Oratio Rom.

Deus qui fidei sacramenta in unigeniti tui gloriosa Transfiguratione patrum testimonio roborasti, et adoptionem filiorum perfectam, voce de lapsa in nube lucida mirabiliter præsignasti: concede propitius, ut eiusdem regis gloriæ nos cohæredes effícias; et eiusdem gloriæ tribuas esse consortes. Per eumdem Dominum.

Ad Vigilias Nocturnas.

Invit. Splendorem gloriæ Patris Filium: * venite adoremus. Hebr. 1.

Hymnus Clune sanct.

Fons lucis æterne Deus,
Qui nube nostri corporis *
Das temperari cœlitus
Tua frui præsentia.

Cessante tuum miraculo,
Quo te premebas hactenus: *
Mortale quidquid sumseras,
Splendore circumfundatur.

Regerendo consimus
Fidos amicos eligis: *
Ut qui tuos testes neris
Testes tuos sint gloriæ.

Ad astra curru flammeo
Qui raptus olim transiit, *
Solo relicto numine,
Vixte prophetam sustinet.

Et fronte, qui lucem emicat,
Cedit tuis fulgoribus: *
Vetusta lex se se timet
Legi novæ componere.

Jesu tibi sit gloria,
Qui te revelas hodie: *
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna sæcula. amen.

In I. Nocturno antiphonæ.

1. Assumsit Jesus Petrum, et Jacobum et Joannem, * Ascendit in montem, ut oraret. Luc. 9.
2. Dum ille in monte excelsum seorsum solos, * Transfiguratus est coram ipsis. Marc. 9.
3. Facta est, dum oraret, species vultus eius altera: * et vestitus eius albus et refulgens. Luc. 9.
4. Operuit cælos gloria eius, et laudis eius plena est terra: * splendor eius ut lux erit. Hab. 3.
5. Convertere Jacob, ambula per viam ad splendorem eius, * contra lumen eius. Bar. 4.
6. Resplenduit facies eius sicut sol: * vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Matth. 17.

℣. Speciosus forma præ filiis hominum:
℟. Diffusa est gratia in labiis tuis. Ps. 44.

Lectiones quatuor cum suis ℣℟. de die currente.

In II. Nocturno antiphonæ.

1. Erat species gloriæ Domini quasi ignis ardens * super verticem montis. Exod. 24.
2. Petrus et qui cum illo erant, gravati erant somno: * et vigilantes viderunt majestatem eius. Luc. 9.
3. Apparuit illis Elias cum Moyse: * et erant loquentes cum Jesu. Marc. 9.
4. Ait Petrus ad Jesum: * præceptor, bonum est nos hic esse. Luc. 9.
5. Hæc illo loquente facta est nubes, et obumbravit eos: * et timuerunt intrantibus illis in nubem. ibid.
6. Operuit nubes montem, * et habitavit gloria Domini tegens illum nube. Exod. 24.

℣. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ:
℟. Commota est, et contremuit terra. Ps. 76.

Lectio V.

Sermo sancti Leonis Papæ.
Serm. 94. de Transfig. Dom.

Aperiit Dominus coram electis testibus
gloriam suam, et communem illam cum
alteris corporis formam tanto splendore
clarificat, ut et facies eius solis fulgori
similis, et vestitus candori nivium æqet
æqualis. In qua transfiguratione illud
quidem principaliter agebatur, ut de
cordibus discipulorum crucis scandalum
tolleretur: nec conturbaret eorum fidem
voluntaria humilitas passionis, quibus
velata erat abscondita excellentia
dignitatis. Sed non minore providentia
ædificatio sancto ecclesiæ fundabatur, ut totum
corpus Christi agnosceret, quali esset
commutatione donandum: ut eius sibi
membris consortium membra promitterent,
quum in capite præfulsisset.

Date Domino gloriam nomini eius: *
venite in conspectu eius, et adorate Do-
minum in decore sancto. ℣. Deus patrum
nostrorum glorificavit Filium suum
Jesum. * venite. 1. Paral. 16. ab. 13.

Lectio VI.

Quis ergo sacramentorum revelationibus
instructus apostolus incitatus, mundana
omnia et terrena fastidiens, in æter-
na desiderium quodam mentis rapiebatur
excessu: et gaudio totius visionis
plenus, ibi cum Jesu optabat habi-
tare, ubi manifestata eius gloria lætaba-
tur: unde et ait: Domine, bonum est
nos hic esse; si vis, faciamus hic tria
tabernacula, tibi unum, Moysi unum,
Heliæ unum. Sed huic suggestioni Do-
minus non respondit; significans, non
idem mihi probum, sed inordinatum
esse, quod cuperet: cum salvari mundus,

nisi Christi morte non posset; et exemplo Domini in hoc vocaretur credentium fides, ut licet non oporteret de beatitudinis promissionibus dubitari; intelligeremus tamen, inter tentationes huius vitae prius nobis tolerantiam postulandam esse quam gloriam: quia tempora patiendi non potest felicitas provenire regnandi.

℟. Magnus Dominus, mundum illuminans in excelsis: valde speciosus in splendore suo: * pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. ℣. Vestimenta eius facta sunt splendentia, et candida nimis velut nix. * pulchritudinem. Euli. 43. Marc. 9.

Lectio VII.

Adhuc illaque eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos, et ecce vox de ~~caelo~~ nube dicens: hic est filius meus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Hunc, in quo mihi bene per omnia placeo, et cuius praedicatione manifestor, cuius humilitate clarificor, incunctanter audite: quia ipse est veritas et vita, ipse virtus mea atque sapientia. Ipsum audite, quem legis mysteria pronuntiaverunt, quem prophetarum ora cecinerunt. Ipsum audite, qui sanguine suo mundum redimit, qui diabolum ligat et vasa eius rapit, qui peccati chirographum et prevaricationis pacta dirumpit. Ipsum audite, qui viam aperit ad coelum, et per crucis supplicium gradus vobis ascensionis parat ad regnum. Quid trepidatis redimi? quid paveis famuli liberari? abiicite carnalem formidinem, et fideli vos armate constantia. Indignum est enim, ut in Salvatoris passione timeatis, quod ipsius munere nec in vestro fine metuetis.

℟. Deus qui glorificatur in consilio

mtorum: * magnus & terribilis super
mnes, qui in circuitu eius sunt. ℣. Ecce
ox de nube; & audientes discipuli ceci-
erunt in faciem suam, & timuerunt vol-
e. * magnus. Ps. 88. Matth. 17.

Lectio VIII.

oc, dilectissimi, non ad illorum tantum
ilitatem dicta sunt, qui ea propriis
ribus audierunt, sed in illis tribus
postolis universa ecclesia didicit, quid-
uid eorum & aspectus vidit, & auditus
cepit. Confirmetur ergo secundum
rodicationem sacratissimi Evangelii
mnium fides, & nemo de Christi cruce,
r quam mundus redemtus est, erubes-
at. Nec ideo quisquam aut gravi pro
ctibia metuat, aut de promissionum
tributione diffidat; quia per laborem
requiem, & per mortem transitur
vitam: cum omnem humilitatis nostre
firmitatem ille susceperit, in quo
n confessione & dilectione ipsius per-
ncamus, & quod vidit vincimus, et
od promisit anipimus. quia sive ad
ienda mandata, sive ad tolerandа ad-
rsa, promissa Patris vox debet semper
ibus nostris intonare, dicentis: hic est
ius meus dilectus, in quo mihi bene
mplacui, ipsum audite: qui vivit et
nat cum Patre & Spiritu Sancto in
la seculorum. amen.

Hic est Deus noster, et non estі-
abitur alius adversus eum: * in
rris visus est, et cum hominibus
nversatus est. ℣. Ecce duo viri
oquebantur cum illo: erant autem cum
s & Elias, visi in maiestate. * in
rris. ℣. Gloria. * in terris. Bar. 3.
uc. g.

In III. Nocturno.

Ant. Canticum erit, et lætitia cordis: * et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ. Isa. 30.

Canticum I. Isa. 25.

Domine Deus meus es tu: * exaltabo te, et confitebor nomini tuo:

Quoniam fecisti mirabilia, * cogitationes antiquas fideles.

Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: * spes a turbine, umbraculum ab æstu.

Et faciet Dominus omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, * convivium vindemiæ.

Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, * et telam, quam ordituS est super omnes nationes.

Ipse Dominus, sustinuimus eum: * exultabimus et lætabimur in salutari eius.

Canticum II. Baruch. 3.

Israel! quam magna est domus Dei, * et ingens locus possessionis eius!

Magnus est, et non habet finem; * excelsus et immensus.

Qui emittit lucem, et vadit, * et vocavit illud, et obedit illi in tremore.

Stellæ autem dederunt lumen in custodiis suis, * et lætatæ sunt.

Vocatæ sunt, et dixerunt ei: adsumus: * et luxerunt ei cum in cunditate, qui fecit illas.

Hic est Deus noster, * et non æstimabitur alius ad versus eum.

Hic adinvénit omnem viam disciplinæ, * et tradidit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo.

Post hæc in terris visus est, * et cum hominibus conversatus est.

Canticum III. Baruch. 5.

Exue te Jerusalem stola luctus, & vexationis tuæ.
Indue te decore, & honore eius, quod Deo tibi est, sempiterno glorio.
Circumdabit te Deus diploide iustitiæ, & imponet mitram capiti honoris eterni.
Deus enim ostendet splendorem suum in te, omni qui sub cœlo est.
Nominabitur enim tibi nomen tuum a Deo in sempiternum: pax iustitiæ & honor pietatis.
Duget enim Deus Israel cum in cunditate in lumine maiestatis suæ: cum misericordia & iustitia, quæ est ex ipso.
Al. Canticum erit & lætitia cordis: & tanquam faciet Dominus gloriam vocis suæ. Isa. 30.
Intonuit de cœlo Dominus: & altissimus dedit vocem suam. Ps. 17.

Lectio IX.

De epistola prima beati Petri apostoli.

cap. 1.

Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, incontaminatam, & immarcescibilem, conservatam in cœlis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, parato revelari in tempore novissimo. In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus, ut probatio vestræ fidei multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, inveniatur in laudem & gloriam & honorem in revelatione Iesu Christi.

℟. Magnalia sapientiæ suæ declarat Dominus: quam desiderabilia sunt, & ut quis sanabitur videns gloriam eius? ℣. Respondens Petrus dixit ad Jesum: Domine bonum est nos hic esse. ✝ quis. Luli. 12. Matth. 17.

Lectio X.

De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetaverunt: scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: prænuntians eos, quæ in Christo sunt, passiones & posteriores glorias, quibus revelatum est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea, quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos, qui evangelizaverunt vobis, Spiritu sancto misso de cælo, in quem desiderant angeli prospicere. Propter quod succincti lumbos mentis vestræ sobrii perfecte sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam, in revelationem Jesu Christi: quasi filii obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis: sed secundum eum, qui vocavit vos, sanctum, & ipsi in omni conversatione sancti sitis; quoniam scriptum est: sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.

℟. Hæc vox de nube dicens: hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ✝ ipsum audite. ℣. Hæc lectio populis dedicum, ducem ac præceptorem gentibus. ✝ ipsum. Matth. 17. Isa. 55.

Lectio XI.

De epistola secunda eiusdem beati Petri apostoli. cap. 1.

Non doctas fabulas secuti, notam fecimus Domini nostri Jesu Christi virtutem & præsentiam; sed speculatores facti illius

agnitudinis. Accipiens enim a Deo Patre
norem et gloriam, voce delapsa ad eum
iuscemodi a magnifica gloria: hic est Fi-
lius meus dilectus, in quo mihi complacui,
ipsum audite. Et hanc vocem nos audivimus
de cœlo allatam, cum essemus cum ipso in
monte sancto.

℣. Dum fieret vox, invenitus est Jesus solus. ✠
Audientes discipuli ceciderunt in faciem
eam. ℟. Deus majestatis intonuit: vox
mini in virtute, vox Domini in magni-
centia. ✠ Et aud. Luc. 9. Ps. 28.

Lectio XII.

Et habemus firmiorem propheticum
rmonem: cui bene facitis attendentes,
asi lucerne lucenti in caliginoso loco,
nec dies elucescat, et lucifer oriatur in cor-
bus vestris: hoc primum intelligentes, quod
nis prophetia scripturæ propria interpre-
tione non fit. Non enim voluntate humana
i allata est aliquando prophetia, sed Spi-
tu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei
mines.

Descendentibus illis de monte, præcepit
s Jesus dicens: ✠ nemini dixeritis visio-
em, ✠ donec Filius hominis a mortuis
surgat. ℟. Ipsi tacuerunt, et nemini
cerunt in illis diebus quidquam ex his,
e viderant. ✠ Donec. ℟. Gloria. ✠ nemini.
Matth. 17. Luc. 9.

Sequentia sancti Evangelii secundum
Marcum. cap. 9.

illo tempore: Assumit Jesus Petrum
Jacobum, et Joannem: et duxit illos
montem excelsum seorsum solos, et
ns figuratus est coram ipsis. Et vesti-
nta eius facta sunt splendentia, et candi-
nimis velut nix, qualia fullo non po-
t super terram candida facere. Et apparuit
is Elias cum Moyse: et erant loquentes

cum Jesu. Et respondens Petrus ait Jesu: Rabbi, bonum est nos hic esse: et faciamus tria tabernacula, tibi unum, et Moysi unum, et Eliæ unum. Non enim sciebat quid diceret; erant enim timore exterriti. Et facta est nubes obumbrans eos, et venit vox de nube dicens: hic est Filius meus charissimus, audite illum. Et statim circumspicientes, neminem amplius viderunt, nisi Jesum tantum secum. Et descendentibus illis de monte, præcepit illis, ne cuiquam quæ vidissent narrarent, nisi cum Filius hominis a mortuis resurrexerit. Et verbum continuerunt apud se, conquirentes quid esset, cum a mortuis resurrexerit.

Ad Laudes Matutinas Horas.

Antiphonæ.

1. Surge, illuminare Jerusalem: quia venit lumen tuum: ✠ et gloria Domini super te orta est. Isa. 60.

2. Filii Sion, exultate, et lætamini in Domino Deo vestro: ✠ quia dedit vobis doctorem justitiæ. Joel. 2.

3. Venit vox de nube dicens: ✠ hic est Filius meus charissimus, audite illum. Marc. 9.

4. Jesum audietis juxta omnia, ✠ quæcumque locutus fuerit. act. 3.

5. ad Laudes. Filii Sion exultent in rege suo: ✠ laudent nomen ejus in choro. Ps. 149.

Lectio 2. Cor. 4.

Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Jesu.

℟. br. Benedictus qui venit ✠ in nomine Domini.

℣. Deus Dominus, et illuxit nobis. Ps. 117.

Hymnus Paris. in Ter opera S. Bern.

℣. Jesu dulcedo cordium,
Fons vivus, lumen mentium: ℟
Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.

℣. Mane nobiscum Domine,
Et nos illustra lumine: ℟
Pulsa mentis caligine
Mundum replens dulcedine.

℣. Quando cor nostrum visitas,
Tunc lucet ei veritas: ℟
Mundi vilescit vanitas,
Et intus fervet charitas.

℣. Jesu mi bone, sentiam
Amoris tui copiam: ℟
Da mihi per presentiam
Tuam videre gloriam.

Quem tuus amor inebriat,
Novit quid Jesus sapiat: ℟
Quam felix est, quem satiat!
Nec est ultra, quod cupiat.

Tu fons misericordiæ,
Tum vere lumen patriæ: ℟
Pelle nubem tristitiæ,
Dans nobis lucem gloriæ. amen.

Exortum est in tenebris lumen rectis
misericors, et miserator iustus. Ps. iii.

Benedict. ant. Per viscera misericordiæ
nostri ℟ visitavit nos oriens ex alto.
Luc. i.

Ad Terham. Lectio IIa. 118.

Audite ad me, et audite hoc: non a principio in abscondito locutus sum: ex tempore antequam fieret, ibi eram: et nunc Dominus Deus misit me, et Spiritus eius: ego Dominus Deus tuus, docens te utilia.

℣. Constitutus sum rex ab eo super montem sanctum eius:
℟. Prædicans præceptum eius. Ps. 2.

Ad Sextam. Lectio Isa. 42.

Ecce servus meus, suscipiam eum; electus meus, complacuit sibi in illo anima mea; dedi Spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet.
℣. Accedite ad eum, et illuminamini:
℟. Et facies vestræ non confundentur. Ps. 33.

Ad Nonam. Lectio Hebr. 12.

Videte, ne recusetis loquentem: si enim illi non effugerunt, recusantes eum, qui super terram loquebatur; multo magis nos, qui de cœlis loquentem nobis avertimus.
℣. Hodie si vocem eius audieritis:
℟. Nolite obdurare corda vestra. Ps. 94.

Ad II. Vesperas.

Antiphonæ ex Matutinis.

Lectio Philip. 3.

Salvatorem exspectamus Dominum nostrum Jesum Christum: qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.
℟. br. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te:
℣. Perfecisti eis, qui sperant in te. Ps. 30.

Hymnus Clun. Sanct.

1. Quam nos potenter alliis!
Te Christe, quando delegis, ✠
Te quando celas, providus
Nostræ saluti consulis.
2. Hi nos adoptat filios,
Qui te vocavit Filium: ✠

Sponsor futuræ gloriæ
Dat certa nobis pignora.

Enube quid Pater probas?
De monte, Fili, quid doces? ✱
Umbris procul cedentibus
Solus manes tu veritas.

Ut supra Patris impleas,
Mactande mundo victima, ✱
Formæ priori redditus
Mortalis apparens Deus.

Fac, Christe, qui nobis lates,
Terris adhuc dum degimus, ✱
Vinclis solutos corporis,
Videre te, te perfrui. amen.

℣. In iustitia apparebo conspectui tuo
Domine;
℟. Satiabor, cum apparuerit gloria tua.

℣. 16.

℣. Magnif. ant. Candor lucis æternæ, speculum sine macula Dei maiestatis, et imago bonitatis illius, in quem desiderant angeli prospicere: ✱ ostende nobis viam, et salvi erimus. Sap. 7. ℣. 1. Petr. 1. ℣. 12.

Fiunt commemorationes, ut supra.

℣. Festum hoc in Dominica ibi celebrabitur, utpote festum Domini, cum commemoratione Dominicæ, ad utrasque vesperas et Matutinas.

Die VII. Augusti.

S. Caietani Presbyteri et Confessoris.

Duplex ℣. lect.

Ad utrisque vesperis ad Magnif. ant.

Quæritis sollicite ecce, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus? ✱ scit enim Pater, quia his omnibus indigetis. Matth. 6.

℣. Dixi: Domine tu es spes mea:
℟. Portio mea in terra viventium. Ps. 141.

Oratio Brev. Rom.

Deus, qui beato Caietano confessori tuo apostolicam vivendi formam imitari tribuisti: da nobis eius intercessione et exemplo mundi te semper confidere, et sola coelestia desiderare. Per Dominum.

Pro commemoratione S. Donati Episcopi et Martyris, ad I. vesperas et Matutinas ant. et V. de communi.

Oratio Sac. Gelas.

Deus horum gloria Sacerdotum: propitius, quaesumus, ut sancti Martyris tui et Episcopi Donati, cuius festa gerimus, sentiamus auxilium. Per Dominum.

Lectio III.

Ex bulla canoni zationis Innocentii XII. a. 1691.

Caietanus Vincentio nobilibus parentibus ortus, et a matre Deipara virgini commendatus, oratione, eleemosynis, aliisque piis operibus animum a primis annis instruebat, ac continuis charitatis erga proximum exercitiis se devovebat. Sacris initiatus ministeriis unice intendit, ut lapsos fidelium mores, qua verbo qua exemplo corrigeret, atque animos ad Dei amorem inflammaret. Pro coeteris vero id exequendus est, ut Sacramentorum frequentem usum in sodales primum de Divino amore municipatos, deinde aliosque quoque ferventiore spiritu propagaret. Tunc de restituendo ad pristinam formam clero cogitare coepit: unde auctore Petro Caraffa Episcopo Theatino, postea Paulo quarto summo Pontifice, clericorum regularium ordinem ad ecclesiae primitivae normam instituit: qui videlicet ad eorum

orem, quibus cor unum et anima una
ise legitur, abdicata rerum omnium
mporalium cura, ipsaque emendicandi
llicitudine, ex solis eleemosynis sponte
blatis viverent, Deique omnipotentis
isericordiam exspectarent. Obedientia,
aupertate, moderatione animi inadver-
is, caterisque virtutibus ita eluxit, ut con-
ans fuerit multorum opinio, illum
blimioris sanctitatis gradum attigisse,
l consuetas metas praevolasse. Demum
apoli virtutibus cumulatus, ac labo-
ibus, vigiliis, nigique sui corporis exer-
ione fractus, in Crucifixi Redemptoris
mplexu piissime obiit Septima Augusti,
no millesimo, quingentesimo quadra
simo septimo.

. Quis per manusit ni mandatis Domini,
derelictus est! ℣. Scitote, ℟. quia nullus
eravit ni Domino, et confusus est. ℣.
onus est Dominus speruntibus ni eum;
mum est proflotari ni silentio salu-
e Dei. ℟. quia. ℣. Gloria. ℟. quia. Euli. 2.
ren. 3.

In Matutinis

- Jacta super Dominum curam tuam ipse te
enutriet:
℣. Non dabit in aternum fluctuationem
iusto. Ps. 54.
℟. Bened. ant. Quaerite primum regnum
et iustitiam eius: ℟. Haec omnia adi-
ntur vobis. Matth. 6.
mmemoratio S. Donati E. M. Ad vesperis
sequenti.

Die VIII. Augusti.

S. Cyriaci et Sociorum Martyrum.
Semidupl. de Cert.
Oratio Sur. Greg.
s, qui nos annua Sanctorum Martyrum

norum Cyriaci, Largi et Smaragdi solemni-
tate lætificas: concede propitius; ut quorum
natalitia colimus, virtutem quoque passio-
nis imitemur. Per Dominum.

Lectio III.

Ex antiquis Martyrol. et monumentis.

Cyriacus Romanæ Ecclesiæ Diaconus sub Mar-
cellino et Marcello, in immani Diocletiani
persecutione pro christiani nominis con-
fessione martyrii coronam gloriosæ mortis
consecutus est, unacum Largo et Smaragdo
aliisque pluribus Christi confessoribus.
Eorum corpora via Salaria sepulta sunt.
Sancti Cyriaci memoria Romæ illustris
semper fuit habita, eiusque festum Sacra-
mentario suo Gregorius Magnus inseruit,
qui etiam tituli eiusdem in Thermis dicti
in epistolis suis meminit. Posteris tempo-
ribus cultus eiusdem extra Italiam quoque
propagatus est, adeo, ut Sanctus Cyriacus
inter quatuordecim, quos vulgus vocat,
auxiliatores, seu communes Patronos
honoretur.

℟. Multæ tribulationes iustorum, et de
omnibus his liberabit eos Dominus: ✠
custodit omnia ossa eorum, unum ex his
non conteretur. ℣. Non derelinquet Sanctos
suos; in æternum conservabuntur. ✠ custodit.
℣. gloria. ✠ custodit. ℣. ss. ss.
Vespere de sequenti, commemoratio præcedentis.

Die IX. Augusti.

SS. Xysti et Sociorum Martyrum.
Duplex 3. lect.

Oratio Sacr. Leon.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Sanctis
tuis non solum credere in Filium tuum,
sed etiam pro eodem pati prospe donasti:
nostræque quoque fragilitati divinum præstande

ubsidium; ut misericordiam sempiternam,
ro qua illi felices animos exhalarunt,
os facient sincera confessione mereamur.
er eumdem Dominum.

Lectio III.

Ex S. Cypriani epistola 32. et Eusebio hist. l. 7. cap. 5.

Xistus secundus Stephano in sede Roma-
a successit. Ad eum Dionysius alexandri-
us scripsit epistolam de baptismate, qua
liam cum commonefacit de exorta apud
Hole maidem Pentapoleos urbem Sabellia-
orum haresi. Sed et in alia epistola sen-
ntiam eius expetit de impio quodam
ereticorum baptismo, quem se dudum
suscepisse quidam fidelis asserebat. Cum
Nero auriori adversus Christianos persecu-
one decreta, Valerianus inter alia, re-
ipto ad Senatum dato, edixisset, ut
iscopi, Presbyteri et Diaconi in conti-
nti animadverterentur; Xistus simul
m Quarto, sexta die augusti in coeme-
rio adversus est. Gloriosam Xisti mor-
m sanctus Cyprianus episcopis afri-
per Successum illorum collegam sig-
ificari voluit, quo suos quisque corro-
oraret, ut gauderent magis quam
imerent in hac confessione, ni qua
irent Christi milites non perimi,
coronari. Post eum in eadem perse-
tione similem martyrii coronam
epti sunt Felicissimus et Agapitus
iaconi cum aliis, quorum omnium
emoria in antiquis Sacramentariis,
unctis Xisti vero etiam in Canone sacro,
abentur.

℣. In nullo terreamini ab adversa-
iis: quia vobis donatum est pro Christo,
on solum ut in eum credatis, sed ut

diam pro illo patiamini. ℣. Fidelis Deus est, qui confirmabit vos, et custodiet a malo. ℟. quia. ℣. Gloriâ. ℟. quia. Philip. 1. 2. Thess. 3.

Ad Matutinas fit commemoratio vigiliæ S. Laurentii, ant. et V. de psalterio.

Oratio Sac. Greg.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris: et intercessione beati Laurentii Martyris tui, cujus provenimus festivitatem, perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per Dominum.

Vespere de sequenti commemoratio præcedentis.

Die X. Augusti.

S. Laurentii Levitæ et Martyris.

Festivitas II. classis. 12. lect.

Cum octava minore.

Omnia de communi unius Martyris, exceptis sequentibus.

Ad I. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio 1. Cor. 13.

Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

℟. br. Diligam te Domine fortitudo mea: ℣. Dominus firmamentum meum, et liberator meus. Ps. 17.

Hymnus Cum. Sanct.

℣. Beate quo pater tuus?

Quo sancte per[illegible] Pontifex

Offerre tenet victimam? ✠
ubi minister, dic tuus?

Levita, qui in sanctuario
Christi propinat sanguinem, ✠
Libare promptus assuum.
Hoc docet comes Laurentius.

Hunc audit e coelo Deus,
Maiora spondet praemia: ✠
Brevi patrem nec degener
Ducem sequetur filius.

Oblata Christo munera,
Opes sibi concreditas, ✠
Quas rex avarus exigit,
Custos fidelis denegat.

Monstrans egentum squalidos,
Quos ipse pascebat, greges: ✠
Hoc turba, dixit, aurea
Hoc dona coelo transtulit.

Deo Patri sit gloria,
Eiusque soli Filio ✠
Sancto simul cum Spiritu,
In sempiterna saecula. amen.

Beatus, qui intelligit super egenum et
pauperem:
In die mala liberabit eum Dominus. Ps. 40.

Magnif. ant. Ignem ardentem extinguit aqua, et eleemosyna resistit peccatis: ✠
Deus protector noster, qui venerandi gratiam.
li. B.

Oratio Sac. Greg. ad vesp.

quesumus, omnipotens Deus: ut natalitium
beati Laurentii Martyris tui, quem
pretiosis ignibus consummavit in terris, per-
petua coelorum lucе conspicuum dignos fe-
ore fidei veneremur. Per Dominum.

Ad Vigilias Nocturnas.

nbit. Deum patientiae et solatii ✠ venite
adoremus. Rom. 15.

Hymnus dum Sanct.

1. Frustra parantur compedes,
Armata plumbo ~~cerbera~~ verbera, *
Crates rubentes ignibus,
Nox martyris ca bilia.

2. Christi pugil totus mori,
Penisque magnis debitus; *
Hanc virtutis lumine
Pompam dolorum deficit.

3. Scipio flagris carnes volant,
Saxis et os contunditur: *
Tortoris ad libidinem
Totus patebat ictibus.

4. Informis et corpus lacer
Membrum tuetur integrum: *
Suo cruore tingitur
Lustranda flammis victima.

5. Tuos, Deus, fit milites
Et fortes et roboras: *
Atque vocas ad praelia,
Ductore te des vincere.

6. Deo Patri sit gloria,
Eiusque soli Filio: *
Sancto simul cum Spiritu,
In sempiterna saecula. amen.

Antiphona et versus diorum nocturnorum de communi unius martyris.

In I. Nocturno lectiones quatuor cum suis R^is. R^is. de die currente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex libro sancti Ambrosii Episcopi de officiis. l. j. cap. iii.

Sanctus Laurentius, cum videret Xistum Episcopum suum ad martyrium duci, flere cepit non passionem illius, sed suam remansionem, flagne his verbis appellare cepit: quo prograderis fine filio pater? quo sacerdos sancte

ne Diacono properas? Numquam sacrificium
ne ministro offerre consueveras. Quid ergo
a me displicuit, pater? numquid degenerem
robasti? Experire certe, utrum idoneum mi-
istrum elegeris, ai commissi corporis et
anguinis Dominici consecrationem. Abra-
am filium obtulit, Petrus Stephanum pre-
usit; et tu pater ostende in filio virtutem
iam: offer quem eruditi, ut seenus indivi
in comitatu nobili perveniat ad coronam.
ne Xistus: non ego te relinquo fili ac degeri;
d maiora tibi debentur certamina. Vos,
asiseues, leviori pugno cursum reipi-
us, te quasi iuvenem manet gloriosior de
ranno triumphus. Nox veniet, flere desiste;
estridunum me sequeris. Infirmi discipuli
agistrum precedant, fortes sequantur: vin-
ut me magistro, qui iam non indigeat mu-
llerio. Sic et Elias Elisaeum reliquit. Tibi
go commendo nostre viatutis successionem.
lis erat contentio, dignasne de qua certa-
t Sacerdos et Levita, quis prior pateretur
o Christi nomine.

. Vivit Dominus, quoniam in quocumque
o fueris, sive in morte sive in vita, ibi
t servus tuus. et dixit ei: ℟. revertere, pre-
e te cum fratres tuos. ℣. quomodo me
ui modo sequeris autem prosteas. ℟. re-
tere. 2. reg. 15. Joan. 13.

Lectio VI.

Sermo sancti Leonis Papae.

Ser. 82.

um furor gentilium potestatum in
ctissima quoque Christi membra saeviret,
proipsue eos, qui ordinis erant Sacerdota-
s impeteret, ut Levitam Laurentium,
i non solum in ministerio Sacramento-
m, sed etiam dispensatione ecclesiastico

substantiæ præeminebat, impius persecutor
efferbuit, duplicem sibi prædam de uniùs
viri comprehensione promittens, quem si pe-
cuniæ sacro pecuniæ traditorem, sacere etiam
vero religionis exsortem. Armatur itaque
gemina face homo pecuniæ cupidus, et
veritatis inimicus: avaritia, ut rapiat
aurum: impietate, ut auferat Christum.
Postulat sibi abimmaculato sacrarii præsule
opes ecclesiasticas, quibus avidissimus inhiabat inferri. Cui levita castissimus, ubi eas
repositas haberet ostendens, numerosissimos
sanctorum pauperum obtulit greges, in
quorum victu atque vestitu inamissibiles
conciderat facultates: quo tanto integrius
crant salva, quanto sanctius probabantur
expensa.

℟. Propter mandatum assume pauperem;
propter inopiam eius ne dimittas eum
vacuum: * conclude eleemosynam in corde
pauperis, et hæc pro te exorabit ab omni malo.
℣. Vende quæ habes, et da pauperibus, et
habebis thesaurum in cœlo. * conclude.
Eccli. 29. Matth. 19.

Lectio VII.

Fremit ergo proda frustratus, et in odium
religionis, quo talem divitiarum usum in-
sibi nupsit, ardescens, direptionem thesauri potio-
ris aggreditur, apud quem nullam denariorum
substantiam reperiret, ut illud depositum, quo
sacratius erat dives, auferret. Renuntiare Christo
Laurentium iubet, et solidissimam illam levitæ
animi fortitudinem diris paratur urgere supplicijs:
quorum ut prima nihil obtinent, vehementiora
inuenerunt. Lacerosartus a nuda verberum sectio-
ne consessos, subiecto præcipit igne torreri, ut
per craticulam ferream, quibus de ferreo continuo
vim in se haberet urendi, conversorum alterna
mutatione membrorum fieret cruciatus, ve-
hementior, et pœna productior.

℣. Noli timere: cum ambulaveris in igne, non combureris, ℟. et flamma non ardebit in te. ℣. Invoca me in die tribulationis, eruam te et honorificabis me. ℟. ℣. Isa. 43. Ps. 49.

Lectio VIII.

Nihil obtines, nihil proficis sæva crudelitas. Subtrahitur in ventis tuis materia mortalis, et Laurentio in cælum abeunte, tu deficis. Flammis tuis superari charitatis Christi flamma non potuit; et segnior fuit ignis qui foris urebat, igne qui intus accendit. Sævisti persecutor in Martyrem; sævisti, et auxisti palmam, dum aggeras pœnam. Nam quid non ad victoriæ gloriam ingenium tuum reperit, quando in honorem transierunt triumphi etiam instrumenta supplicii? Gaudeamus igitur, dilectissimi, gaudio spirituali, et de felicissimo inclyti viri fine gloriemur in Domino, qui est mirabilis in sanctis suis, in quibus sibi et præsidium constituit et exemplum, atque ex per universum mundum clarificavit gloriam suam, nec a solis ortu usque ad occasum, ubi cumque luminum coruscante fulgore, jam clarificata est Jerosolyma Stephano, tam illustris fieret Roma Laurentio.

℣. Deus salvator meus, fiducialiter agam, et non timebo: ℟. quia fortitudo mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem. Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo. ℟. quia. ℣. gloria. ℟. quia. Isa. 12. Ps. 117.

In III. Nocturno.

℣. Confitebor nomini tuo, quoniam liberasti me de manibus quærentium animam meam, ℟. et de portis tribulationum, quas circumdederunt me. Euli. 51.

Cantica de uno Martyre.

Adhæsit anima mea post te:
me suscepit dextera tua Domine. Ps. 62.

Lectio IX.

De epistola secunda beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 8.

Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis. Et consilium in hoc do: hoc enim vobis utile est, qui non solum facere, sed et velle cepistis ab anno priore: nunc vero et facto perficite, ut quemadmodum promtus est animus volentatis, ita sit et perficiendi ex eo, quod habetis.

℟. Propter Christum omnia detrimentum feci, ad cognoscendum illum, et societatem passionum illius: * configuratus mortis eius. ℣. Ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis in Christo Jesu.

* config. Philip. 3.

Lectio X.

Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. Non enim ut alüs sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate. In præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam supplead, ut illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est: qui multum, non abundavit: et qui modicum, non minoravit.

℟. Domine, manifeste tu scis, quia duros corporis sustineo dolores: secundum animam vero * propter timorem tuum libenter hoc patior. ℣. Sustine sustentationes Dei, quoniam in igne probatur aurum. * propter. 2. Mach. 6. Euli. ij.

Lectio XI. cap. 9.

Hoc autem dico: qui parce seminat, parce et metet: et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet. unusquisque prout destinavit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus. Potens est autem Deus

mnem gratiam abundare facere in vobis,
t in omnibus semper omnem sufficientiam
habentes, abundetis in omne opus bonum,
icut scriptum est: Dispersit dedit pauperi-
bus: iustitia eius manet in seculum se-
culi.

℣. Cubis mea denigrata est super me: * Et
ora mea arserunt pro eâ malè. ℟. Proba-
vit me Dominus, quasi aurum, quod per
ignem probatur. * Et ora. Job 30. et 23.

Lectio XII.

ui autem administrat semen seminanti,
t panem ad manducandum præstabit, et
ultiplicabit semen vestrum, et augebit
incrementa frugum iustitiæ vestræ, ut
mnibus locupletati abundetis in omnem
implicitatem, quæ operatur per nos gra-
arum actionem Deo, quoniam minis-
erium huius officii non solum supplet ea,
uæ desunt sanctis, sed etiam abundat per
ultas gratiarum actiones in Domino.

℣. Levitæ, qui custodierunt cæremonias sanc-
uarii mei, * ipsi ingrediantur sanctuarium
eum, et accedent ad mensam meam, ut
ministrent mihi. ℟. Ubi fuero ego, illic et
minister meus erit: si quis mihi ministra-
erit, honorificabit eum Pater meus.
ipsi. ℟. Gloria. * ipsi. Ezech. 44. Joan. 12.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. cap. 12.

n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis:
men, amen dico vobis, nisi granum
umenti cadens in terram, mortuum fue-
it, ipsum solum manet. Si autem mor-
uum fuerit, multum fructum affert.
ui amat animam suam, perdet eam: et
ui odit animam suam in hoc mundo, in vi-
am æternam custodit eam. Si quis mihi

ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.

Oratio ut infra.

Ad Laudes Matutinas et horas.

Antiphonæ.

1. Fortis est, ut mors, dilectio: * lampades eius lampades ignis atque flammarum. Cant. 8.

2. Fortitudo simplicis via Domini, * iustus in æternum non commovebitur. Prov. 13.

3. Subtus gloriam eius succensa ardebit quasi combustio ignis: * Erit lumen Israel in igne, et sanctus eius in flamma. Isa. 10.

4. Protegetur subtegmine illius a fervore, * et in gloria eius requiescet. Prov. 14.

5. ad Laudes. Glorificatus sum in oculis Domini, * et Deus meus factus est fortitudo mea. Isa. 49.

Lectio Job 23.

Probavit me Dominus quasi aurum, quod per ignem probatur: vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodivi, et non declinavi ex ea: a mandatis labiorum eius non recessi, et in sinu meo abscondi verba oris eius.

℟. br. Proba me Deus, * et scito cor meum: ℣. Et cognosce semitas meas. Ps. 138.

Hymnus Cum. Sanct.

1. Imposita membra crastibus,
Ardente prunæ fervidis, *
Desperat ad vultum sui
Obitus ipse corporis.

2. Actis medullis intimus
Tostos per artus it dolor: *

Mentis magis sed intimus
Deus dolorem temperat.

3. Dum corpus in flammas abit,
Mens ardet intus fortior: *
Sacris profanos comprimens
Retundit ignes ignibus.

4. Corpus perustum Martyris
Horret vel ipse carnifex: *
Hic thuris instar fumidi
Gaudet elatare se Deo.

5. O pura, quo Deo places,
Igni probata victima: *
Fac nos sacris urat Deus,
Quibus calebas, ignibus.

℣. Deo Patri sit gloria,
℟. Eiusque soli Filio: *
Sancto simul cum Spiritu,
In sempiterna secula. amen.

℣. Proba me Domine et tenta me:
℟. Ure renes meos, et cor meum. Ps. 25.

℣. Bened. ant. Probasti cor meum, et visitasti
nocte: * igne me examinasti, et non est in-
venta in me iniquitas. Ps. 16.

Oratio Sac. Greg.

Da nobis, quæsumus, Omnipotens Deus, vitio-
rum nostrorum flammas extinguere:
qui beato Laurentio tribuisti, tormentorum
eorum incendia superare. Per Dominum.

Ad Tertiam. Lectio Jer. 17.

Benedictus vir, qui confidit in Domino, et erit
Dominus fiducia eius: et erit quasi lignum, quod
transplantatur super aquas, quod ad humorem
mittit radices suas, et non timebit, cum venerit
æstus.

℣. Dedisti mihi protectionem salutis tuæ,
℟. Et dextera tua suscepit me. Ps. 17.

Ad Sextam. Lectio Eccli. 31.

Stabilita sunt bona illius in Domino, & eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia Sanctorum.

℣. Dispersit dedit pauperibus:

℟. Justitia ejus manet in seculum seculi. Ps. 111.

Ad Nonam. Lectio Sirac. 31.

Oculi Domini super timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & umbraculum meridiani.

℣. Sub umbra alarum tuarum protege me:

℟. a facie impiorum, qui me afflixerunt. Ps. 16.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Job. 5.

Hoc pro certo habet omnis qui te colit, quod vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur.

℟br. Hymnus ex matutinis.

℣. Igne me examinasti Domine:

℟. Et non est inventa in me iniquitas. Ps. 16.

Ad Magnif. ant. Liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui a pressura flammæ, quæ circumdedit me. Sirac. 51.

Commemorationes ut infra.

Die XI. augusti.

S. Abræ Martyris.

Duplex 3. lect.

De commu ni unius Martyris non Virginis.

Oratio Sacr. Greg. 1.

Omnipotens sempiterne Deus, beatæ Abræ Martyris tuæ supplicatione tribue nos foveri: ut cujus venerandam solemnitatem celebramus obsequio, ejus intercessionibus com-

nendemur A meritis. Per Dominum.

Pro commemoratione S. Tiburtii et Susanne Martyrum ant. A V. de communi.

Oratio Sacr. Greg.

Beatorum Martyrum tuorum Tiburtii et Susanne nos Domine foveant continuata præsidia: quia nos desiris propitius intueri, quos talibus auxiliis conspexeris adiuvare. Per Dominum.

Lectio II.

Passio Sancte Afre Martyris.

Apud Ruinart.

Apud provinciam Rhetiam in civitate Augusta, cum Christianorum foveretur persecutio, et omnes pro Christi nomine variis supplicüs afflicti ad sacrificia traherentur, contigit Aftam, quam notam habebat fama publica, quod esset lupanaria, a persecutoribus comprehendi. quo cum fuisset iudici Glaba, dum interrogaret iudex, et cognovisset, quis esset, dixit ei: Sacrifica dius, quia expedit tibi magis vivere, quam inter tormenta mori. Afra respondit: Sufficiunt mihi peccata mea, quæ ignorans Deum gessi, hoc autem quod me iubes facere, numquam feci. Sum. Iudex Gaius dixit: ut audio, meretrix es, sacrifica, quia aliena es a Deo Christianorum. Afra respondit: Dominus meus Jesus Christus dixit, se pro peccatoribus descendisse de cælo. Nam et evangelia eius testantur, quod meretrix rigaverit lacrymis pedes eius, et indulgentiam meruerit; et meretrices et publicanos numquam despexerit, sed eos etiam secum manducare permiserit. Iudex Gaius dixit: iam te Christus dignam non habet. Sine causa vis eum Deum humanum, qui te suam esse non cognoscit: meretrix enim quæ est, Dei Christiana non potest. Afra respondit: Christiana ego quidem

dici non mereor, nec vocari; sed misericordia Dei, qui non de merito, sed de sua pietate iudicat, ipse me adhoc nomen admisit.

℟. Polluta et contaminata (es, et) fornicata es cum amatoribus multis: * tamen revertere ad me, dicit Dominus, et ego suscipiam te. ℣. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. * revertere. Jer. 3. Luc. 5.

Lectio III.

Iudex Gaius dixit: sacrifica, nam torqueri te faciam, et postea vivam incendi praecipiam. Afra respondit: corpus, in quo peccavi, accipiat diversa tormenta: nam animam meam sacrificiis daemonum non coinquinabo. Tunc iudex nequissimus dictavit sententiam dicens: Afram publicam meretricem, quae se Christianam professa est, et noluit sacrificiis participare, vivam incendi praecipimus. Statim igitur rapta est a ministris, et ducta in insulam Lyci fluminis: ibique eam expoliantes adstipitem ligaverunt: atque illa levans ad coelos oculos suos, oravit cum lacrymis dicens: Domine Deus omnipotens Jesu Christe, qui non iustos venisti vocare, sed peccatores ad poenitentiam, cuius promissio vera et manifesta est, quia dignatus es dicere: qua hora conversus fuerit peccator a suis iniquitatibus, eadem hora te non rememoraturum peccatorum eius: accipe in hac hora passionis meae poenitentiam, et per hunc ignem temporalem, qui corpori meo paratus est, ab illo igne aeternorum me libera,

qui animam & corpus simul exuit. Et
iis dictis expletis, circumdata sarmentis,
igne suppositio vox eius audiebatur (cru-
tis), & emisit spiritum. Hilaria autem
mater eius venit nocte cum Sacerdoti-
bus Dei, & tulit corpus eius, & posuit
secundo milliario a civitate Augusta,
ri monumentum, quod sibi suisque
construxerat.

℣. Propter iniquitatem eius iratus
um, et abiit vaga in via cordis sui: *
vias eius vidi, et sanavi eam, et reduxi
am, et reddidi consolationem ipsi. ℣.
veam magna misericordia Domini,
propitiatio illius convertentibus
se. * vias. ℣. Gloria. * vias. Isa. 57.
cli. 17.

d Matutinas commemoratio octa-
e ut in festo, et SS. Tiburtii et Susan-
e Martyrum.

Vesperis commemoratio sequentis,
octavo ex II. Vesperis festi.

Die XII. augusti.

SS. Stephani et Sociorum Martyrum.

Duplex cl. lect.

Oratio Sac. Leon.

nobis, Domine, fidei tuae miseratus
gmentum: ut quos sanctos Martyres
os Stephanum abbatem et Socios eius
onachos usque ad sanguinem retentia
orificat, nos etiam iustificet peraidos
ue sequentes. Per Dominum.

Lectio III.

Ex bulla Urbani VIII. Papae.

mpore, quo Arabum sava tyrannis in

Hispania christianos affligebat, feliciores illi fuere, qui apud Burgos in monasterio Sancti Petri de Charadigna, ordinis beati Benedicti, egregia vitae sanctitate florentes digni inventi sunt, qui omnes simul ducenti numero ad martyrii coronam promoverentur a Domino Jesu Christo. Hi enim sub Stephano abbate ab ipso viro sanctissimo ad spiritualem palaestram jugiter exercitati, et carnem vincere mundumque contemnere edocti, audientes eosdem adesse Arabes ministros Satanae ipsorum sanguinem sitientes, nullam suscipere voluere redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem: sed unanimes, Dei armatura potentes, spiritu ferventes, ad quoque mala subeunda persistere constantes, mutuisque se exhortationibus ad subeundum martyrium roborarunt, et assiduis precibus munierunt. Sic igitur divina gratia confirmati, in monasterii claustro fortes animo consistentes, summa patientia irruentes excepere carnifices, a quibus singuli crudeliter jugulati optatam coronam martyrii percepserunt, octavo idus augusti, anno salutis octingentesimo vigesimo quarto. Sepulti sunt ibidem sancti Martyres a christi fidelibus, qui illuc convenere, postquam funesta Arabum cohors inde recessit.

℟. Confortamini in Domino, et in potentia virtutis ejus: ✝ induite vos armatura Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare. ℣. Confortamini, et non dissolvantur manus vestrae: erit enim merces operi vestro. ✝ induite. ℣. Gloria. ✝ induite. Eph. 6. 2. Baral. 15.

Ad I. commemoratio octavae ex festo, cui in vesperis additur alia S. Hippolyti et Caponi Martyrum, de communi.

Oratio Laur. Leon.

Deus, qui nos in Sanctorum Martyrum
uorum multiplicatione custodis: da, ut
uorum solemnia frequentamus, incorrabi-
li inveniur auxilio. Per Dominum.

Die XIII. Augusti.

De octava S. Laurentii.

Semiduplex. S. Lect.

Officium ut in festo præter sequentia.

Antiphonæ nocturnorum de psalterio.

In I. nocturno.

1. Fortitudinem meam ad te custodiam:
5. Quia Deus susceptor meus es. Ps. 58.

Lectio III.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.

Serm. 303.

um persecutio Roma, sicut in cæteris lo-
, vehementer arderet, ad Laurentium tam-
ram ab urbi diacono postulate spem
s tulerit, ille respondisse fertur: mittan-
r mecum vehicula, in quibus apportem
ses ecclesiæ. Aperuit fauces avaritia:
d sciebat quid faceret sapientia. continuo
sum est: quot vehicula proposuit, tulerunt.
posuit autem multa: et quanto plura e-
nt vehicula, tanto erat maior spes prædæ
de conceptæ. Implevit vehicula pauperi-
s, et reversus est cum eis: et dictum est
: quid est hoc? Respondit: hæ sunt divitiæ
clesiæ. Illusus persecutor flammas propo-
i, sed non erat ille frigidus, ut flammas
meret: ardebat pœne furore, sed plus
rima charitate. Quid pluribus? crati-
la admota est, et assus est: cum ex
no latere arderet, dicitur tanta tran-
illitate illa tormenta tolerasse, ut imple-
tur in eo, quod in Evangelio audivimus:

in patientia vestra possidebitis animas vestras. Denique flamma ustus, sed patientia tranquillus: iam, in quit, coctum est, quod superest, versate me, et manducate. Tale duxit martyrium, ista gloria coronatus est. Ille est, de quo dixit Christus: qui perdiderit animam suam propter me, salvabit eam. Salvavit eam per fidem, salvavit per contemtum mundi, salvavit per martyrium. quanta est gloria eius apud Deum, dum tanta est laus apud homines? Sequamur vestigia eius sive sequamur et contemtu mundi. Non solum Martyribus premia proponuntur coelestia, sed etiam integra fide et perfecta charitate Christum sequentibus.

℟. Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: * qui perdiderit animam suam propter me et Evangelium salvam faciet eam. ℣. Erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus. * qui. ℣. Gloria. * qui. Marc. 8. Jer. 39.

In II. Nocturno.

Lectio IIa. 41.

Erunt quasi non sint, et velut consumtio, homines bellantes adversum te: quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicensque tibi: ne timeas, ego adjuvi te.

℣. Cantabo Domine fortitudinem tuam:

℟. Et exultabo mane misericordiam tuam. Ps. 58.

Oratio Sac. Leon.

Deus Auge, quo sumus Domine, fidem populi tui, de sancti Laurentii Martyris tui festivitate conceptam: ut ad confessionem tui nominis nullis properare terreamur adversis, sed tanto virtutis instructa potius

ineitemur. Per Dominum.
Hac oratio hodie sequenti die dicitur.
Ad Matutinas commemoratio SS. Martyrum,
ut supra: ni vesperis vero S. Eusebii Presbyteri
et confessoris, de communi.

Oratio Laur. Greg.

Deus, qui nos beati Eusebii confessoris tui
annua solemnitate letificas, concede propitius;
ut cujus natalitia colimus, per ejus ad te exem-
pla gradiamur. Per Dominum.

Die XIV. Augusti.

Vigilia assumtionis B. M. V.
Simpl. 2. cl.
Officium sit de feria, preter sequentia.

Ad Vigilias nocturnas.

Ant. Jesum de Maria natum 7 venite
adoremus. Matth. 1.

Hymnus Paris. Coff.

Quo longa tandem, Virgo, post suspiria
Te donat astris, redditi et Solio, dies: *
Hanc provenire cantibus festis decet:
Nostras benigna Mater ausculta preces.

Te nempe nobis, ut Joanni, Filius
Matrem reliquit, e crucis pendens trabe: *
Agnosce natos Virgo, quos fratres sibi
Deoque Christus comparavit filios.

Tu Christiani flos decusque nominis,
Adflas petenti Spiritum cenaculo: *
Apostolis nox verba seminantibus,
Tu charitate parturis ecclesiam.

Quo nos amore tam pio complecteris,
Nos gratulari da tuis honoribus: *
Jam nos relinques Mater: at nostri memor
Te comprobabis sedula Matrem prece.

Sit sempiterno sempiterna laus Patri,
Sit sempiternum Filio Patris decus: *
Qui nectis ambos, aequus ambobus, tibi

Divine sit Claus sempiterna spiritus. amen.

Antiphona nocturnorum de psalterio.

℣. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas!

℟. Et conversus consolatus es me. Ps. 70.

Lectio III.

Sermo sancti Cyrilli Alexandrini. hom. contra Nest.

Sanctorum coetum, qui a sancta Deipara semper virgine Maria invitati pronto animo huc confluxerunt, laetum erectumque confficio. Salve itaque a nobis, sancta Mystica Trinitas, qui nos omnes convocasti in hanc caelestem Deiparae Mariae. Salve a nobis Maria Deipara, venerabile cimelium totius orbis terrarum, lampas inextinguibilis, sceptrum rectae doctrinae, templum indissolubile, locus eius qui loco capi non potest, mater et virgo; per quam nominatur in sanctis Evangeliis Benedictus qui venit in nomine Domini. Salve, qui immensum incomprehensumque in sancto virgineo utero comprehendisti; per quam coelum exultat; per quam angeli et archangeli laetantur; per quam daemones fugantur; per quam prolapsus homo coelum recuperavit; per quam omnis creatura idolorum vesania debeata ad agnitionem veritatis pervenit; per quam sanctum baptisma obtinigit credentibus; per quam oleum exultationis; per quam toto orbe terrarum fundatae sunt ecclesiae; per quam gentes adducuntur ad poenitentiam: et quid plura dicam? per quam unigenitus Dei Filius iis, qui in tenebris et umbra mortis sedebant, lux effulsit.

℟. Concupiscit Rex decorem tuum, * quoniam ipse est Dominus Deus tuus adorabunt eum, vultum tuum deprae-

abuntur omnes divites plebis. ℣. Bene
dicta tu in mulieribus; invenisti enim
gratiam apud Deum. ✱ quoniam. ℣. Gloria.
✱ quoniam. Ps. 44. Luc. j.

In II. Nocturno.

Lectio Baruch. 4.

Ego speravi in æternum salutem vestram:
& venit mihi gaudium a sancto super mi-
sericordia, quæ venit vobis ab æterno sal-
vatori nostro.
℣. Tibi dixit cor meum, exquisivit te fa-
cies mea:
℟. Faciem tuam Domine requiram. Ps. 26.

Oratio ut infra.

Ad Laudes Matutinas et horas.

Antiphonæ.

Quis mihi det, ut inveniam te foris, ✱
etiam me nemo despiciat? cant. 8.
Nomen tuum Domine, et memoriale
tuum ✱ in desiderio animæ. Isa. 26.
Attenuati sunt oculi mei ✱ suspicientes
in excelsum. Is. 38.
Cunctis diebus, quibus nunc militio, ✱
exspecto donec veniat immutatio mea.
Job. 14.
Ad Laud. Sufficit mihi Domine; ✱ tolle
animam meam. 3. Reg. 19.

Lectio Isa. 26.

Anima mea desideravit te in nocte: sed
& spiritu meo in præcordiis meis de ma-
ne vigilabo ad te.
℣. Ad te Deus de luce vigilo: ✱ sitivit in
te anima mea:
℟. Quoniam multipliciter tibi caro mea. Ps. 62.

Hymnus Paris. Cap.

Quod carne Christum virgo paris, vocant
Hinc te beatam: ✱ rectius occupas
Nomen beato, quæ fideli
Credideris pia virgo corde.

2. Orbato Nato non mulièbriter
Gloras ademptum. * Scilicet altior
Tellure cœlestes, triumphans
quò rediit, meditaris arces.

3. Amoris illuc te rapit impetus;
Tardi sed obstant vincula corporis. *
Dolesque durum longioris
Exilii tolerare pondus.

4. Hoc vota tandem qui cumulas, Pater,
Succurre nostris auspice Filio: *
Infunde sacrum, quo vigemus,
Pectoribus Deus alme Flamen. Amen.

℣. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ?
℟. Et volabo, et requiescam. Ps. 54.

ad Bened. ant. Dilectus meus mihi et ego illi: * donec aspiret dies, et inclinentur umbræ. cant. 2.

Oratio Clun. ex Greg.

Deus, qui virginalem aulam beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es: da nobis assumptionis eius solemnia proficientibus, dignum in cordibus nostris habitaculum tuo præparare Mariæ Nati. Qui vivis.

Deinde fit commemoratio octavæ, oratio ut heri; de S. Eusebio confessore.

Clausula hymnorum hodie per octavam

Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de virgine: *
Cum Patre cumque Spiritu
In sempiterna sæcula. amen.

Ad Tertiam. Lectio Prov. 13.

Spes quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ desiderium veniens.

℣. Heu mihi Domine, quia incolatus meus prolongatus est.
℟. Multum incola fuit anima mea. Ps. 119.

Ad Sextam. Lectio Thren. 2.

Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eo
quod non esset requies: donec respiceret et
videret Dominus de cœlis.
℣. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum:
℟. Dicentes, quando consolaberis me? Ps. 118.

Ad Nonam. Lectio Job. 9.

Nunc Domine, secundum voluntatem
tuam fac mecum, et præcipe in pace recipi
spiritum meum: expedit enim mihi magis
mori quam vivere.
℣. Educ de custodia animam meam:
℟. Ad confitendum nomini tuo. Ps. 141.

Die XV. Augusti.

Assumptio B. Mariæ Virginis.

Festivitas I. classis.

Cum octava maiore.

Ad I. Vesperas.

antiphona.

Exue te stola luctus, et induere decore et
honore eius, * quæ a Deo tibi est sempiterna
gloria. Baruch. 5.

Circumspice ad orientem, * et vide incun-
ditatem a Deo tibi venientem. ibid. 4.

Circumdabit te Deus diploide iustitiæ, *
et imponet mitram capiti honoris æterni.
ibid. 6.

Assume arma tua, et regnabis super omnia: *
quæ desiderat anima tua. 3. Reg. 11.

Lectio Cant. 2.

Dilectus meus loquitur mihi: surge,
propera amica mea, columba mea, formosa
mea, et veni.
℣. Transibo in locum tabernaculi admira-
bilis * usque ad domum Dei:
℟. In voce exultationis, et confessionis. Ps. 41.

Hymnus Clun. Sanct.

1. Iam Regina poli civibus additur
Conscenfura thronum; regia panditur: *
Se iam Virgo parat libera seculo
Matter ingere Filio.

2. Quam parvo latuit vira tugurio,
Iam latis moriens sedibus assidet: *
Lunam sub pedibus iam tenet, aureum
Sertum sidera preparant.

3. O quæ nunc habitas summa palatia,
Illas inde Dei lumina gratio: *
Nunus terra polo te dedit, impetra
Huic cœli pia munera.

4. Sis divina licet, non eris immemor
Cognati generis, respice filios: *
Nobis iam miseram tu veniam impetra
Et cœlestia gaudia.

5. Divino Soboli qui dare Virginem
In Matrem voluit, gloria sit Patri: *
Cuius virgo parens, gloria Filio,
quo fœcunda fuit, sit tibi, Spiritus
Cunctis gloria temporis. amen.

℣. Apparebo conspectui tuo Domine:
℟. Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Ps. 16.

ad Magnif. ant. In conspectu virtutis altissimi glorificabitur, et in medio populi sui exaltabitur, et in plenitudine sanctis admirabitur: * et in multitudine electorum laudabitur. Eccli. 24.

Oratio San. Greg.

Veneranda nobis, Domine, summi diei festivitas opem conferat salutarem, in qua sancta Dei genitrix mortem subiit temporalem: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit; quæ Filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum de se genuit incarnatum: qui tecum vivit.

Ad Vigilias Nocturnas.

vit. Regem, cui adstitit Regina a dextris
in vestitu deaurato, * venite adoremus.
Ps. 44.

Hymnus Brig. Conf.

1. Parata cum te poscerent,
O Virgo, coeli premia, *
Purum sacratis artubus
Amor resolvit spiritum.

2. Sed victa parte mortuo
Te labis expertem nequit, *
Suis nec audet stringere
Vitio parentem nexibus.

O qualis inter obvios
Regina scandit coelites! *
Quam pulcra, celso proxima
Sedi Tonantis adsidet!

Amicta sole femina,
Lunamque subjectam premens, *
Bissena cui gemmis caput
Fulgore miro cingitur.

O tu! clientum cui preces,
Cui vota cordi, * judicem
Precare nobis, quod potes,
Patrona placatum velis.

Sit nostra per te laus Patri,
Tuoque grata Filio, *
Alitrinsque Flamini,
In seculorum secula. amen.

In I. Nocturno antiphona.

Fortis est, ut mors dilectio: * aquæ multæ
non potuerunt extinguere charitatem.
Cant. 8.

Adjuro vos, filiæ Jerusalem, ut nuntietis
dilecto meo: * quia amore langueo. Cant. 5.
Ego dormio, et cor meum vigilat: * vox di-
lecti mei pulsantis. ibid.
Veni in hortum meum, soror mea sponsa: *

c Messui myrrham meam cum aromatibus meis. ibid.

5. Anima mea liquefacta est, ℣ ut locutus est dilectus meus. cant. 5.

6. Surgam, et circuibo civitatem, ℣ quaeram quem diligit anima mea. cant. 3.

℣. Unam petii a Domino, hanc requiram:

℟. Ut inhabitem in domo Domini. Ps. 26.

Lectio I.

De Canticis Canticorum. cap. 2.

Ego flos campi, et lilium convallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus inter filios. Subumbra illius, quam desideraveram, sedi: et fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Leva eius sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filiæ Jerusalem per capreas cervosque camporum, ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.

℟. Consurge, induere fortitudine tua, ℣ induere vestimentis gloriæ tuæ civitas Sancti. ℣. Surge amica mea, speciosa mea, et veni. ℣ induere. Isa. 52. cant. 2.

Lectio II.

Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. En dilectus meus loquitur mihi: surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, et veni. Jam enim hyems transiit, imber abiit et recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit: vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit

rosos suos, vinco florentes dederunt odo-
em suum. Surge amica mea, speciosa mea,
veni, columba mea in foraminibus petræ,
in caverna macerie: ostende mihi faciem
tuam, sonet vox tua in auribus meis, vox
enim tua dulcis, et facies tua decora.
℣. Quid mihi est in cœlo, et a te quid volui
super terram: defecit caro mea et cor meum: ℟
Deus cordis mei, et pars mea Deus in æternum.
℣. Pars mea Dominus, dixit anima mea:
propterea exspectabo eum. ℟ Deus. Ps. 72.
Ter. d.

Lectio III. cap. 3. 4.

ue est ista, quæ ascendit per desertum, sicut
virgula fumi ex aromatibus myrrhæ et
thuris, et universi pulveris pigmentarii?
Ecce pulchra es amica mea, et macula non
est in te. Veni de Libano sponsa mea, veni
de Libano, veni: coronaberis de capite Ama-
na, de vertice Sanir et Hermon, de cubilibus
leonum, de montibus pardorum. Favus di-
stillans labia tua, sponsa, mel et lac sub
lingua tua, et odor vestimentorum tuorum
sicut odor thuris. Hortus conclusus es soror
mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.
℣. Concupiscit et deficit anima mea in
atria Domini: cor meum et caro mea ex-
sultaverunt in Deum vivum. ℟ Videbitur Deus
deorum in Sion. ℣. Ostende mihi gloriam
tuam: ego ostendam omne bonum tibi.
℟ videbitur. Psal. 83. Exod. 33.

Lectio IV. cap. 5. 6. 8.

Adjuro vos, filiæ Jerusalem, si inveneritis
dilectum meum, ut nuntietis ei quia amore
langueo. Una est columba mea, perfecta
mea, una est matris suæ, electa genitrici suæ.

viderunt eam filiæ, et beatissimam prædicaverunt: reginæ, et laudaverunt eam. quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis, ut castrorum acies ordinata? quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum?

℟. Desiderat anima mea ad te Deus: sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: ✠ quando veniam, et apparebo ante faciem Dei? ℣. Ego exaudivi te, dicit Dominus: iam enim colligam te, et inferéris in sepulcrum tuum in pace ✠ quando. ℣. Gloria. ✠ quando. Ps. 41. 2. Paralip. 34.

In II. Nocturno antiphonæ.

1. Erat procedens cum magna gloria et defuncta est ac sepulta: ✠ luxitque illam omnis populus. Judith. 16.

2. Magna facta est, ✠ et proclarior erat universo terræ Israel. ibid.

3. Exuisse vestimento viduitatis, ✠ et induisse vestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israel. ibid.

4. Vivo ego, dicit Dominus, quia his omnibus velut ornamento vestieris: ✠ et circumdabis tibi quasi sponsa. Isa. 49.

5. Ornaberis tympanis virgo, ✠ et egredieris in choro ludentium. Jer. 31.

6. En dilectus meus loquitur mihi: ✠ surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, et veni. Cant. 2.

℣. Audi filia, et inclina aurem tuam:
℟. Concupiscet Rex decorem tuum. Ps. 44.

j. Adducetur Regi virgo post eam proximæ ejus afferentur tibi in lætitia et exultatione adducentur in templum Regis. Ps. 44.

j. Adducet faciem tuam in justitia tua: et gloriâ Domini colliget te. Isa. 58.

Lectio V.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

Serm. 1. in Assumt. B. M. V.

Virgo gloriosa hodie cælos ascendens; superorum gaudia cœlorum copiosis sine dubio cumulavit augmentis. Nobis vero, charissimi! quæ in eius assumptione solemnitatis ovasio, quæ causa lætitiæ, quæ materia gaudiorum? Mariæ præsentia totus illustratur orbis; adeo ut ipso iam cœlestis patria clarior nubi lucet virgineo lampadis irradiata fulgore. Merito proinde resonat in excelsis gratiarum actio, et laudis. Sed plangendum nobis quam plangendum magis esse videtur: quandoquidem eius præsentia gaudet cœlum exultat, numquid non consequens est, ut tantum lugeat hic, et ester inferior mundus eius absentiam?

℣. Tota pulchra es amica mea, et macula non est in te: ℟ veni de Libano sponsa mea, veni, coronaberis. ℣. Beata, quæ credidisti: quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi a Domino. ℟ veni. Cant. 4. Luc. 1.

Lectio VI.

Licet tamen querela nostra, quia nec nobis est manens civitas; sedem inquirimus, quam hodie Maria benedicta pervenit. Iam si conscripti cives sumus, dignum profecto etiam in exilio, etiam super flumina Babylonis, eius nos recordari, et communicare gaudio, eius participare lætitiam, maximeque eum, qui tam copioso impetu cœlifica devitem Dei: ut sentiamus et ipsi stillicidia clementiæ super terram. Præcepit nos Regina nostra: præcepit, et tam gloriose suscepta est, confidenter sequantur Dominam servuli amantes: trahe nos, post te in odore unguentorum tuorum curremus.

℣. Dedi coronam decoris in capite tuo, et ora fortes vehementer inimis: ℟ et protexisti in regnum. ℣. Gloriosa dicta sunt de te,

civitas Dei: sicut letantium omnium habitatio est in te. ℣. et prof. Ezech. 36. 8ss. 86.

Lectio VII.

Advocatam premisit peregrinatio nostra, que tam quam Judicis mater, et mater misericordie, supplicider & efficaciter salutis nostre negotia pertractabit. Precio sum sodie munus terra nostra direxit, in celum, ut dando & accipiendo felici amicitiarum fœdere copulentur humana divinis, terrena celestibus, ima summis. Illò enim ascendit fructus terre sublimis, unde data optima, et dona perfecta descendunt. ascendas ergo in altum Virgo beata, dabis ipsa quoque dona hominibus. quid ni daret? siquidem nec facultas ei deesse poterit nec voluntas. Regina celorum est, misericors est.

℟. In Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi: ℣. et in Jerusalem potestas mea. ℟. Beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna, qui potens est. ℣. et n. Lib. 24. Luc. j.

Lectio VIII.

Denique mater est unigeniti Filii Dei, nihil enim si potest potestatis eius seu pietatis magnitudinem commendare: nisi forte aut non credetur Dei Filius honorare matrem, aut dubitare quis potest omnino affectum charitatis transisse Marie viscera, in quibus ipsa, que ex Deo est, charitas novem mensibus corporaliter requievit. Et hoc quidem propter nos dixerim, fratres, sciens difficile esse, ut in tanta inopia charitas illa perfecta, non quereas, que sua sunt, valeat inveniri. Attamen interim

leam beneficia, quæ pro illius glorifi-
tione consequimur; si eam diligimus,
udebimus ubique, quia vadit ad Filium.
lane, niquam, congratulabimur ei: nisi
rde, quod absit, inventrici gratiæ omni-
dis inecniâmur ingrati.

. Intulerunt arcam fœderis Domini in
cum suum in oraculum templi, ℣. in
ctum sanctorum ℣ subter alas Cherubim.

. Deducebant arcam testamenti Domini
in jubilo, et clangore bucinæ. ℣ in sæculum.
: gloria. ℣ subter. 3. Reg. 8. 2. Reg. 6.

In III. Nocturno.

ud. Apertum est templum Dei in cœlo: ℣
visa est arca testamenti ejus in templo
ejus. apoc. ij.

Canticum David.

Cum arca constituta est in tabernaculo.

Paral. 16.

onfitemini Domino, et invocate nomen
ejus: ✱ notas facite in populis adinven-
tiones ejus.
ntate ei et psallite ei: ✱ narrate omnia
mirabilia ejus.
udate nomen sanctum ejus: ✱ lætetur cor
quærentium Dominum.
uærite Dominum et virtutem ejus: ✱ que-
rite faciem ejus semper.
ordamini mirabilium ejus, quæ fecit, ✱
signorum illius et judiciorum oris ejus.
e Dominus Deus noster: ✱ in universa
terra judicia ejus.

Canticum II. ibid.

ntate Domino omnis terra; ✱ annuntiate
ex die in diem salutare ejus.
rrate in gentibus gloriam ejus, ✱ in cunctis
populis mirabilia ejus.

Quia magnus Dominus & laudabilis nimis: *
& horribilis super omnes deos.
Confessio & magnificentia coram eo: * fortitudo & gaudium in loco eius.
Afferte Domino familiæ populorum, * afferte Domino gloriam & imperium.
Date Domino gloriam nomini eius, levate sacrificium, & venite in conspectu eius: *
& adorate Dominum in decore sancto.

Canticum III. ibid.

Lætentur cœli, & exultet terra: * & dicant in nationibus, Dominus regnavit.
Tonet mare & plenitudo eius, * exultent agri, & omnia quæ in eis sunt.
Tunc laudabunt ligna saltus coram Domino: * quia venit iudicare terram.
Confitemini Domino, quoniam bonus, * quoniam in æternum misericordia eius.
Et dicite: salva nos Deus salvator noster, * & congrega nos, & erue de gentibus:
Ut confiteamur nomini sancto tuo, * & exultemus in carminibus tuis.
Benedictus Dominus Deus Israel ab æterno usque in æternum: * & dicat omnis populus: amen, & hymnum Domino.

Ant. Apertum est templum Dei in cœlo: * & visa est arca testamenti eius in templo eius. apoc. ii.

℣. Surge Domine in requiem tuam;
℟. Tu & arca sanctificationis tuæ. Ps. 131.

Lectio IX.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli. cap. 12.

Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim: & in utero habens clamabat parturiens,

ernicábatur ut pariat. Et ecce factum est aliud
gnum in coelo: et ecce draco magnus rufus,
abens capita septem et cornua decem, et
i capitibus eius diademata septem, et
uda eius trahebat tertiam partem stella-
um coeli, et misit eas in terram.
. Praecepit rex, ut introducerent reginam
oram se, et posito super caput eius diademate.
: Regina ingressa multo cum comitatu, et
ritus venit ad regem. et posito. Esth. 3. Reg. 10.

Lectio X.

Draco stetit ante mulierem, quae erat pari-
ra, ut cum peperisset, filium eius devora-
t. Et peperit filium masculum, qui recto-
s erat omnes gentes in virga ferrea: et
ctus est filius eius ad Deum, et ad thro-
m eius; et mulier fugit in solitudinem,
i habebat locum paratum a Deo, ut ibi
cant eam diebus mille ducentis sexaginta.
Surrexit rex in occursum matris, et sedit
er thronum suum: et positus est thronus
tris regis, qui sedit ad dexteram eius. V.
Stetit regina a dextris tuis in vestitu de-
rato, circumdata varietate. et positus.
Reg. 2. Psl. 44.

Lectio XI.

terra et mari, quia descendit diabolus
vos, habens iram magnam, sciens quod
odicum tempus habet. Et postquam
it draco, quod proiectus esset in terram,
secutus est mulierem, quae peperit
sculum: et datae sunt mulieri alae duae
quilae magnae, ut volaret in desertum
um, ubi alitur per tempus et tempora,
dimidium temporis, a facie serpentis.
Amavit eam rex, et habuitque

3. In te qui latuit, splendida civitas!
Pleno te fatiat flumine gloriæ: *
Et quem virgineis pascis uberibus,
Esaiam fueris Deo.

4. O concepta tibi quanta potentia!
Per te quanta fluit gratia mentibus! *
Cunctis cœlitibus celsior una es,
Solo facta minor Deo.

5. Tuo Regina sedes proxima Numini,
Acto de solio vota clientium
Audi: * namque potes flectere Filium:
Mater respice filios.

6. Divino Soboli qui dare virginem
In Matrem voluit, gloria sit Patri: *
Cujus Virgo parens, gloria Filio:
Quo fœcunda fuit, sit tibi Spiritus
Cunctis gloria temporis. Amen.

℣. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei:
℟. Sanctificavit Tabernaculum suum Altissimus. Ps. 45.

Ad Benedictus ant. Gaudeamus, et exultemus, et demus gloriam Deo: * quia venerunt nuptiæ Agni, et uxor ejus præparavit se. Apoc. 19.

Oratio Alia.

Deus, qui beatam Virginem Mariam, ejus humilitatem respiciens, ad hanc gratiam evexisti, ut Unigenitus tuus ex ipsa secundum carnem nasceretur, et hodierna die superexcellenti, quo talem decet Matrem, gloria et honore coronasti: concede propitius; ut ejus precibus et imitatione nos metipsos in omnibus humiliantes, a te exaltari mereamur. Per eumdem.

Ad Tertiam. Lectio Isa. 61.

Exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, et indumento justitiæ circumdedit me: quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatam

nonilibus suis.

℣. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus:
℟. In fimbris aureis, circumdata varietatibus. Ps. 44.

Ad Sextam. Lectio Euli. 24.

Ego in altissimis habitavi, et thronus meus
in columna nubis: in omni populo et in
omni gente primatum habui: et in hereditate Domini morabor.

℣. Propter innocentiam suscepisti me Domine;
℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum. Ps. 40.

Ad Nonam. Lectio Euli. 24.

In civitate sanctificata requievi, et in Jerusalem potestas mea: et radicavi in populo
honorificato, et in parte Dei mei hereditas
mea, et in plenitudine Sanctorum detentio mea.

℣. Hæc requies mea in sæculum sæculi:
℟. Hic habitabo, quoniam elegi eam. Ps. 131.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex I. Vesperis.

Lectio Judith 13.

Benedixerunt eam omnes una voce dicentes gloria Jerusalem, tu lætitia Israel: tu
honorificentia populi nostri, eo quod castitatem amaveris: ideo et manus Domini confortavit
te, ideo eris benedicta in æternum.

℣. Vultum tuum deprecabuntur * omnes divites plebis:
℟. Populi confitebuntur tibi in sæculum
sæculi. Ps. 44.

Hymnus Rom.

Ave Maris Stella
Dei Mater alma: *
Atque semper virgo,
Felix cœli porta.

Sumens illud ave
Gabrielis ore, *

3. In te qui latuit, splendida civitas!
Pleno te fatiat flumine gloriæ: *
Et quem virgineis pascis uberibus,
Esa iam fueris Deo.

4. O concepta tibi quanta potentia!
Per te quanta fluit gratia mentibus! *
Cunctis coelitibus celsior una es,
Solo facta minor Deo.

5. Huc Regina sedes proxima Numini,
Alto de solio vota clientium
Audi: * namque potes flectere Filium:
Mater respice filios.

6. Divino Soboli qui dare virginem
In Matrem voluit, gloria sit Patri: *
Cuius Virgo parens, gloria Filio:
Huic fœcunda fuit, sit tibi Spiritus
Cunctis gloria temporis. Amen.

℣. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei:
℟. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. Ps. 45.

Ad Bened. Ant. Gaudeamus, et exultemus, et demus gloriam Deo: * quia venerunt nuptiæ Agni, et uxor eius præparavit se. apoc. 19.

Oratio Alia.

Deus, qui beatam Virginem Mariam, eius humilitatem respiciens, ad hanc gratiam evexisti, ut Unigenitus tuus ex ipsa secundum carnem nasceretur, et hodierna die super excellenti, qua talem decet Matrem, gloria et honore coronasti: concede propitius; ut eius precibus et imitatione nos metipsos in omnibus humiliantes, ad te exaltari mereamur. Per eumdem.

Ad Tertiam. Lectio Isa. 61.

Exultabit anima mea in Deo meo, quia indutt me vestimentis salutis, et indumento iustitiæ circumdedit me: quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatam

ronibus suis.

℣. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus:
in fimbriis aureis, circumdata varietatibus. Ps. 114.

Ad Sextam. Lectio Euli. 24.

e in altissimis habitavi, et thronus meus
in columna nubis: in omni populo et in
omni gente primatum habui: et in hereditate Domini morabor.

℣. Propter innocentiam suscepisti me Domine;
℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum. Ps. 40.

Ad Nonam. Lectio Euli. 24.

civitate sanctificata requievi, et in Jerusalem potestas mea: et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hereditas eius, et in plenitudine Sanctorum detentio mea.

℣. Hoc requies mea in sæculum sæculi:
℟. Hic habitabo, quoniam elegi eam. Ps. 131.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex I. Vesperis.

Lectio Judith 15.

benedixerunt eam omnes una voce dicentes: tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel: tu honorificentia populi nostri, eo quod castitatem amaveris: ideo et manus Domini confortavit te, ideo eris benedicta in æternum.

℣. Vultum tuum deprecabuntur † omnes divites plebis:
℟. Populi confitebuntur tibi in sæculum sæculi. Ps. 44.

Hymnus Rom.

℣. Ave Maris Stella
Dei Mater alma: †
Atque semper virgo,
Felix cœli porta.
℣. Sumens illud ave
Gabrielis ore, †

Funda nos in pace,
Mutans hoc nomen.

3. Solve vincla reis,
Profer lumen cecis: *
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

4. Monstra te esse Matrem,
Sumat per te preces, *
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

5. Virgo singularis
Inter omnes mitis: *
Nos culpis solutos
Mites fac et castos.

6. Vitam presta puram,
Iter para tutum: *
Ut videntes Jesum
Semper collætemur.

7. Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus: *
Spiritui sancto,
Tribus honor unus. amen.

℣. Domine in voluntate tua deduxisti me:
℟. Et cum gloria suscepisti me. Ps. 72.

Ad Magnif. ant. Respexit Deus humilitatem ancillæ suæ: ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes: * quia fecit mihi magna, qui potens est. Luc. 1.

Oratio ex Matutinis.

Infra hanc octavam, utpote maiorem, non fit nisi de festo 12. lectionum, excepta octava S. Laurentii. Officium autem per octavam dicitur ut in festo; ad nocturnos vero antiphona de psalterio.

Die XVI. Augusti.

De octava assumptionis.

Duplex 3. cl.

In I. Nocturno.

℣. Unam petii a Domino, hanc requiram:
℟. Ut habitem in domo Domini. Ps. 26.

Lectio III.

De sermone Sancti Bernardi abbatis.

Serm. est.

Quem in castellum mundi huius intrantem
Virgo Maria susceperat, a Deo suscipitur ho-
die sanctam ingrediens civitatem: sed cum
quanto putas honore, cum quanta putas
exultatione, cum quanta gloria? Nec in teni-
culo dignior uteri virginalis templo, in quo
Filium Dei Maria suscepit, nec in coelis regali
solio, in quo Mariam hodie Mario Filius subli-
mavit. Felix nimirum utraque susceptio,
ineffabilis utraque, quia utraque inexcogi-
tabilis est. Felicia prorsus oscula labiis im-
ressa lactentis, cui virgineo mater applaudebat
gremio. Verum, numquid feliciora ceciderimus,
e ab ore sedentis in dextera Patris hodie in
ta salutatione suscepit: cum ascenderet ad
onum gloriae, epithalamium canens et
ens: osculetur me osculo oris sui? Christi
nerationem et Mariae assumptionem quis
arrabit? quantum enim gratiae in terris
pta est pro ceteris, tantum et in coelis obti-
t gloriae singularis. quod si oculus non vidit,
e auris audivit, nec in cor hominis ascendit,
e praeparavit Deus diligentibus se: quod
e paravit gignenti se, et quod omnibus est
ctum, diligenti pro omnibus, quis cogna-
t? Felix plane Maria et multipliciter
lix, sive cum excepit Salvatorem, sive
m a Salvatore suscipitur. utrobique mi-
dignitas Virginis Matris: utrobique
splendet dignatio maiestatis.

℣. Dedi coronam decoris in capite tuo, et
ora facta es vehementer nimis, * et as-
scendisti in regnum. ℟. Gloriosa dicta sunt
de te civitas Dei, sicut laetantium omnium

habitatio est in te. ℣. Et gloria. ℣. profectus. Deus. 16. Ps. 86.

In II. Nocturno.

Lectio Sua. 24.

Ego mater pulcræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ spei: in me omnis gratia viæ et veritatis, in me omnis spes vitæ et virtutis. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, et a generationibus meis implemini.

℣. Venite filii, audite me:

℟. Timorem Domini docebo vos. Ps. 32.

Oratio Sanct. Greg.

Famulorum tuorum, quæsumus, Domine, delictis ignosce: ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filii tui Domini nostri intercessione salvemur. Per eundem Dominum.

Hæc oratio per octavam dicitur quotidie. Ad Matutinas fit commemoratio octavæ S. Laurentii ex festo, et in vesperis ex I. Vesperis festi, cum oratione ut infra.

Die XVII. Augusti.

Octava S. Laurentii Martyris.

Duplex 3. lect.

Omnia ut in festo, præter sequentia.

Oratio Sanct. Gelas.

Deus, cujus charitatis ardore beatus Laurentius edaces incendii flammas, contempto persecutore, devicit: concede propitius, ut omnes, qui Martyrii ejus merita veneramur, protectionis tuæ auxilio muniamur. Per Dominum.

Ad Vigilias nocturnas.

Omnia ut in festo. In I. Nocturno.

℣. Adhæsit anima mea post te.

℟. Me suscepit dextera tua. Ps. 62.

Lectio III.

Sermo Sancti Petri Chrysologi.

Serm. 135.

Oblata est horrenda, et ut verius dicam, aperta
martyris nobilis illa Laurentii craticula,
ferreus est ferro: sed ille craticulam supplicii
eorum quietis putabat: supplicium dixi secun-
dum animum puniendis, non secundum
conscientiam patientis; nullum est enim sup-
plicium damnati, ubi non est poena peccati.
Celsissimus igitur Martyr Laurentius osten-
dit, quam quiete iaceret in ille ignito ferro,
circumstantibus: iam me versate, iam
a pars cocta est, vorate. Miramur patien-
am, deorum dei miremur. Ubi fides non
ium non arsit, sed et consolabatur ardentem.
are fides consolabatur ardentem? quia
elem tenebat promittentem. Ut fides non
icere, ut spes non averteretur, aut charitas
er poenas igneas corporales plus accende-
ur, dei dona erant. Fratres mei, nemo
oget potentiae suo, quod non dat nisi deus.
ide apostolus alloquens martyres: vobis,
uit, donatum est pro christo, non solum
credatis in eum, sed etiam ut patiamini
eo. Ergo Martyrum merita velut dei
a laudemus, amemus, premus, subni-
amus voluntatem nostram: voluntas
in sequitur, non proveniet. Sed tamen
deest charitas, si non desit voluntas:
enim ardens voluntas dicitur chari-
. quis est, qui timeat volens? quis est,
i amat nolens? Ferveat oratio, et festum
ertyris celebretur: sed ut non sit manis
i celebrat, imitetur.

Ne paveas irruentes tibi potentias mi-
rum: * Dominus erit in latere tuo, et

custodiet pedem tuum, ne capiaris. ℣. In die tribulationis exultabo in Deo Jesu meo; super excelsa deducet me victor. ℟. Dominus. ℣. Gloria. ℟. Dominus. Prov. 3. Habac. 3.

In II. Nocturno Lectio 4 ℣. ut supra pag. 266. Oratio ex I. Vesperis. ad Matutinas fit commemoratio octavæ Assumptionis ex festo, oratio ut heri. Vespere de sequenti, commemoratio precedentis, octavæ Assumptionis, et S. Agapiti Martyris, de communi, oratio ut infra.

Die XVIII. Augusti.

S. Joachim Patris B. M. V.

Duplex maius. 12. lect.

Ad I. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio gen. 22.

Benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. ℟. br. Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam: ℣. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Ps. 131.

Hymnus Cun.

1. Clare dici gaudiis
Gestit parens ecclesia: ℟
Deusque Judæ Joachim
Patrem Mariæ canit.

2. Regum piorum sanguine
Ex stirpe David nascitur: ℟

Illustre Patrum splendidis
Vincit genus virtutibus.

3. Cœlo favente contrahit
Thori fidelis vinculum: *
Cœloque munus suscipit
Perenne fidus virginum.

4. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine: *
Cum Patre cumque Sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. amen.

Juravi in sancto meo, si David mentiar:
Usque in æternum præparabo semen tuum. Ps. 88.

Ad Magnif. ant. Effundam Spiritum meum
super semen tuum, * et benedictionem
meam super stirpem tuam. Isa. 44.

Oratio brev. Rom.

Deus, qui pro omnibus Sanctis tuis bea-
tum Joachim genitricis Filii tui patrem
esse voluisti; concede, quæsumus, ut cujus
festa veneramur, ejusque perpetuo
suffragia sentiamus. Per eumdem.
Hodie fit commemoratio præcedentis, postea
octavæ assumptionis, et demum S. Agapiti Martyris.

Oratio Sar. Greg.

Deus, qui ecclesiastica, Deus, beati Agapiti
martyris tui confessi suffragiis: atque ejus
meritis gloriosis et devota permaneat, et
pura consistat. Per Dominum.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Christum factum ex semine David se-
cundum carnem: * venite adoremus. Rom. 1.

Hymnus Paris.

1. Promissa mundi gaudia
Jam sperat humanum genus: *

Adsunt beati coniuges,
Orbique Christum preparant.

2. Votis parentes advocant
Summi parentem numinis: *
Thori fidelis premium
Coeli merentur munere.

3. Fœcunda radix pullulans
Florem tenellum proferet: *
qui lectus optato dabit
Fructum salutis germine.

4. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine: *
Cum Patre amnique Spiritu
In sempiterna sæcula. amen.

Antiphona, Cantica et Versus Nocturnorum de communi Confessorum. In I. Nocturno lectiones quatuor. cum suis RR. de feria occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo Sancti Joannis Damasceni.

Serm. 1. in Dormit. B. M. V.

Joachim et Anna parentes Beatæ Virginis fuerunt. ac Joachim quidem velut quispiam ovium pastor cogitationes non minus, quam pecora pascebat, ad arbitrium illas ducens. Cum enim sub Domino Deo ovis instar pasceretur, nullis eorum, quæ optima sunt, carebat. Optima autem nemo me putet dicere, quæ plerisque augusta sunt, Aquibus avidiorum hominum semper animus inhiat, quæ neque durabilia sua de natura sunt, nec meliorem eum, a quo habentur, præstare norunt; huius nimirum sæculi voluptates, quæ vim firmam et stabilem habere nequeunt; sed mox efflumunt, et eadem fere hora dilabuntur. Absit hoc: non nostrum est, his percelli, neque pars ista est timentium Dominum.

℣. Dominus testificatus est inter te, et
xorem: ℟. et hæc particeps tua, et uxor fœ-
deris tui. ℣. Uxor tua sicut vitis abundans,
in lateribus domus tuæ. ℟. Ecce. Mal. 2. Cf. 127.

Lectio VI.

Verum ea demum bona sunt, quæ vere ab
hominibus sana mente præditis expetuntur,
et adamantur, quæ in æternum manent: qui-
bus tum Deus oblectetur, tum naturus ip-
sorum posseporibus fructus producatur:
irtutes, inquam, quo fructum in tempore
uo, id est, in futuro ævo vitam æternam
s daturo sunt, qui digne eas excontulerint.
abor quippe præcedit, atque æterna feli-
tas insequitur. Joachim suas intus cogi-
tiones pascebat, in loco pascuæ, hoc est,
sacrorum eloquiorum contemplatione
mmorans, et super aquam refectionis
ivinæ gratiæ semet oblectans; si nimirum,
la malis rebus eas avocaret, et per insidio
mitas deduceret.

℣. Tulit uxorem, et dedit illi Dominus, ut
niperet et pareret; dixerunt mulieres: ℟
enedictus Dominus, qui non est passus,
t deficeret familiæ tuæ nomen in Israel.
℣. Plantati in domo Domini in atriis do-
mus Dei nostri florebunt, adhuc multipli-
abuntur in senecta uberi. ℟ benedictus.
uth. 4. Cf. 91.

Lectio VII.

nna vero, cuius nomen gratiam sonat,
on minus morum, quam matrimonii in-
e copulata cum illo erat: quæ tamen cum
mni virtutum genere floreret, mystica
uadam ratione sterilitatis morbo teneba-
ur. Nimirum sterilis vere gratia erat,

quo in hominum animis fructum edere non posset. Siquidem omnes declinaverant, simul inutiles facti erant, non erat intelligens aut requirens Deum. Tunc bonus Deus manus suo figmentum respiciens et miseratus, cum illud tandem salvum facere vellet, gratia, hoc est, anno sterilitatem solvit, quo filium pariit, qualis nec ante fuit, nec postea futura est.

℟. Misericordia et veritas præcedent faciem: * justitia et judicium præparatio sedis tuæ Domine. ℣. Parentes illius, cum apertæ essent justi, erudierunt filium juxta Jeundum legem Moysi. * justitia. Ps. 88. Dan. 13.

Lectio VIII.

Agni sterilitatis depulsio hoc apertissime indicabat, fore, ut bonorum sterilitas, qua mundus laborabat, submoveretur, et humanus aridus, copioso arcano beatitudinis fructu donaretur. Eam ob rem Dei genitrix ex promissione prodit; angelus enim nascituro conceptionem parentibus eius nuntiat. quippe conveniebat, ut hac etiam re nulli cederet, nec posteriores partes ferret, quo solum vereque perfectum Deum secundum carnem erat paritura.

℟. Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice eius ascendet: * et requiescet super eum Spiritus Domini. ℣. benedicam ei, et ex illa dabo filium, cui benedicturus sum. * et. ℣. Gloria. * et. Isaiæ. Gen. 14.

In III. Nocturno lectiones quatuor cum suis ℟℟. ut supra die 26. Julii in festo S. Annæ. pag. 195. Evangelium ex festo Nativitatis B. V. infra die 8. Septembris.

Ad Laudes Matutinas et horas.

mnia dicuntur, ut in citato festo S.
nno; oratio ex I. Vesperis. ad Matuti-
as fit commemoratio octavæ ascum-
ionis, et S. Agapiti Martyris. ad II. ves-
eras omnia ex II. Vesperis illius festi:
ymnus ut in I. Vesperis supra. cum com-
memoratione octavæ.

B. Si hodie sit Dominica, festum S. Joachim
elebratur die sequente, cum commemo-
ratione tantum eius in vesperis Dominicæ.

Die XIX. Augusti.

De octava ascensionis.

Duplex 3. cl.

In I. Nocturno.

Audi filia, et inclina aurem tuam.
Et concupiscet rex decorem tuum. Ps. 44.

Lectio III.

Sermo sancti Joannis Damasceni.
Serm. 1. de Dormit. B. M. V.

omodo vitæ fons ad vitam media morte
ibitur? quo modo, qui pariendo leges naturæ
speraat, nunc eius legibus cedit, et corpus
maculatum mortis subiicitur? oportet
mpe? hoc mortali posito induere immor-
alitatem, quando quidem naturæ Dominus
rtis periculum facere non recusavit. quo-
do sacrosanctam illam animam et taber-
culo, quod Deum susceperat, emigrantem
um omnium Conditor excipsit, legitime
n honorans, quam, etsi natura erat immista,
o investigabili suæ benignitatis abysso aqua
sensatione Matrem suam effecit? O pre-
iosissimum excessum! qui tibi virgo hoc
ostat, ut ad Deum migres. Nam etsi omni-
s Deo afflatis hominibus hoc Dei munere
n cessum ~~est~~ fit: at infinitum Dei favorum

ac Matris discrimen est. Equo igitur nomine, quod in te peractum est, mysterium appellabimus? an mortem? Atquamvis sanctissima anima tua, ut fert natura sors, a beatissimo et immaculato corpore tuo disiungatur, ac corpus legitimo sepulturo mandetur: non tamen in morte perseverat, nec corruptione dissolvitur. Nam cuius in partu virginitas incolumis mansit, eadem e vita migrante corpus ita conservatum est, ut non dissolutum, sed in melius divinumque tabernaculum mutatum sit, quod non iam morte interrumpatur, sed in infinita seculorum secula perduret.

℣. Qui verbum meum audit, et credit ei, qui misit me: * habet vitam aeternam, et in iudicium non venit, sed transit a morte in vitam. ℣. Beatus venter qui te portavit, et beata ubera quæ suxisti. * habet ℣. Gloria. * habet. Joan. 5. Luc. 11.

In II. Nocturno Lectio. V. et oratio ut supra die 15.

Vesperæ de sequente, commemoratio octavæ.

Die XX. Augusti.

S. Bernardi abbatis et Doctoris.

Duplex maius 12. lect.

Omnia de communi abbatum, præter antiphonas ad Magnif. et Bened. cum ℣. de Doctoribus.

Oratio Alia.

Deus, qui beatum Bernardum abbatem et Doctorem egregium velut lucernam ardentem et lucentem in Ecclesia tua posuisti: fac nos eius charitatis participes; ut veritatem, quam ipse docuit, puris mentis intelligentia sapiamus. Per Dominum.

Ad vigilias nocturnas.

Lectiones quatuor I. Nocturni cum suis RR. de feria currente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex vita per Guillel. abbat. Scripta, Asperibus Sancti.

Bernardus Fontánis in Burgundia nobilibus & piis parentibus natus, anno ætatis vigesimo secundo Cisterciense monasterium, cui Stephanus tertius a Sancto Roberto præerat, ingressus est; eiusque exemplo triginta socii, inter quos ex propriis fratribus & cognatis plures, idem vitæ genus amplexi sunt. Ut autem se ad arctiorem observantiam excitaret, hoc sæpius in ore habebat: Bernarde, ad quid venisti? Eos in ætate progressus fecit, ut a Stephano ad instituendum Clarævallense monasterium, licet invitus, mitteretur: cuius loci abbas postea designatus est. Ibi provictu pulmentum sæpius ex fagi foliis confecta, panis ex fordeo. Ibi labor assiduus, humiles casæ, solido ingens in magna fratrum multitudine: silentiique tanta observantia, ut inter laborantium strepitus, & voces laudantium Deum nihil penitus audiretur.

Si revertamini & quiescatis, salvi eritis: in silentio & in spe erit fortitudo vestra. Erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas usque in sempiternum. X in. Isa. 30. & 32.

Lectio VI.

Ad asserenda catholicæ ecclesiæ doctrina, & pro pace ac pace labores prope infinitos sustinuit, variisque vocatus interfuit concilijs, Innocentio secundo pontificatum asserenti,

quem Petrus Leonis, usurpato Anacleti secundi nomine, Roma expulerat. Cum enim coacto apud Stampas concilio Rex et adstantes rem totam ad unius Bernardi arbitrium detulisset, is Innocentium legitimum esse beati Petri successorem declaravit. Henricum primum Angliæ regem, partes Anacleti cum episcopis anglicanis tuentem ita flexit, ut Innocentio carmelitas usque proscripserit. Tum Bernardus solida synodo Pisana, cui adfuerat, Mediolanenses, et aquitanos, qui Anacletum fovebant, ad unitatem Ecclesiæ revocavit.

℟. Probatorem dedite in populo meo robustum, * et scies, et probabis viam eorum. ℣. Insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina. * et scies. Jer. c. 2. Jun. 11.

Lectio VII.

Ducem aquitanis Guilelmum iam diu reluctantem, atque in schismate perseverantem, exposita oculos eius tremenda hostia iam non supplex, sed minax igneaque facie et flammeis oculis, hisce terribilibus verbis compellavit: rogavimus te, et spernisti nos. Ecce ad te procedit filius virginis, qui est caput et Dominus Ecclesiæ, quam tu persequeris: numquid et ipsum spernes? quibus ille verbis ita fractus est, ut abiecto schismate ad saniorem mentem subito redierit. Imperatorem Lotharium iis investiturarum sibi vindicantem solita loquendi libertate reprehendit, ita susceptis consiliis dimovit. Romam accitus Victori, qui Anacleto ei ipse pseudopontifex suffectus fuerat, persuasit, ut Innocentio obsequerentur.

℟. In conspectu potentium admirabilis ero, et facies principum mirabuntur me: * tacentem me sustinebunt, et loquentem me

spiciet. V. Loquebar de testimoniis tuis
conspectu Regum, et non confundebar. *
rentem. Sap. 8. Ps. 118.

Lectio VIII.

Claravallem reversus, Sancti Anastasii mo-
sterio, quod ad aquas Salvias prope Romam
struxerat, eum prefecit abbatem, qui po-
ea summus pontifex creatus, Eugenius ter-
ius appellatus est: adquem etiam scripsit
bros de consideratione. Inter alia Henri-
nam quoque heresin in Tolosatibus re-
pit. Graviora inter civitatem Metensem
rianos principes orta dissidia diremit. Ob-
tos quinque episcopatus recusavit. Ab
minibus omnium ordinum undique
fluebat, orationi vacare nunquam, sacrifi-
sacrificium celebrare vix aliquando intermi-
. Cum denique annum vitæ sexagesimum
tium ageret, miraculorum magnitudine
doctrinæ præstantia clarissimus clara-
ae obdormivit in Christo anno millesimo
tesimo quinquagesimo tertio, sepultusque
ante altare beatæ Virginis, quam reli-
ne singulari coluerat. Sanctorum vero
noni vix dum viginti post mortem anno,
Alexandro tertio adscriptus est.

Collaudabunt multi sapientiam ejus,
usque in sæculum non delebitur: *
ientiam ejus enarrabunt gentes, et
udem ejus enuntiabit ecclesia. V.
piens in populo hereditabit honorem, et
omen illius erit vivens in æternum.
Sapientiam. V. Gloriâ. * Sapientiam.
Juli. 39. et 59.

n III. Nocturno omnia de communi
nachorum. Evangelium: Euge nos reliqui-
us.

900.

Et fit commemoratio octavæ ad Matutinas Vesperas.

Festum hoc occurrens in Dominica celebratur die 23. seq.

Die XXI. Augusti.

De octava assumptionis.

Duplex 3. lect.

In 1. Nocturno.

℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.

℟. Adducentur regi virgines post eam. Ps. 44.

Lectio III.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

De 12. prærogat. B. M. V.

Amplectamur Mariæ vestigia, fratres mei, et devotissima supplicatione beatis illius pedibus provolvamur. Teneamus eam, nec dimittamus, donec benedixerit nobis, potens est enim. Nempe vellus est madidum inter rorem et aream, mulier inter solem et lunam, Maria inter Christum et Ecclesiam constituta. Sed forte miraris non tam vellus opertum rore, quam amictam sole mulierem. Mulier, inquit, amicta sole. Plane amicta lumine tamquam vestimento. Non percipit forte carnalis, nimirum spirituale est: stultitia illi videtur. Non sic videbatur apostolo, qui dicebat: induimini Dominum Jesum Christum. quam familiaris ei facta es, Domina! quam proxima, immo quam intima fieri meruisti! quam tam invenisti gratiam apud eum! Intus manet, et tu in eo; et vestis eum, et vestiris ab eo. Vestis eum substantia carnis, et vestit te gloria suæ majestatis. Vestis sole nube, et sole ipsa vestiris. Novum enim fecit

Dominus super terram, ut mulier circum-
daret virum, nec alium quam Christum, de
quo dicitur: ecce vir, Oriens nomen eius. Ho-
norem quoque fecit in coelo, ut mulier sole
appareret amicta. Denique A coronavit
eum, et vicissim ab eo meruit coronari.
℣. Pedi coronam decoris in capite tuo, et de-
cora facta es vehementer nimis, ✠ et ✝ pro-
cessisti in regnum. ℟. Gloriosa dicta sunt de
te, civitas Dei: sicut lætantium omnium
habitatio est in te. ✠ et. ℟. gloria. ✝ profe-
sti. Ezech. 16. Ps. 86.

In II. Nocturno ut die 16. huius.

Vespere duplici ritu, ex I. Vesperis festi.

Oratio Sac. Greg.

Subveniat, Domine, plebi tuæ Dei genitricis
oratio: quam etsi pro conditione carnis
migrasse cognoscimus, in cœlesti gloria apud
te pro nobis orare sentiamus. Per eumdem
Dominum.

Fit commemoratio SS. Timothei, Martyrum.

Oratio Sac. Greg.

Auxilium tuum nobis, Domine, quæsu-
mus, placatus impende: et interecedentibus
pro nobis Martyribus tuis Timotheo, Hippolyto
et Symphoriano, dexteram super nos tuo
propitiationis extende. Per Dominum.

Die XXII. Augusti.

Dies octava assumtionis B. M. V.

Duplex maius. 12. lect.

Omnia dicuntur ut in festo, præter sequentia.

Lectiones quatuor I. Nocturni cum suis
R R. ex die currente.

Lectio V.

Sermo Sancti Bernardi abbatis.

Serm. 4. de assumt.

Tempus loquendi est omni carni, cum asseritur incarnati Verbi Mater in coelum; nec cessare debet a laudibus humana mortalitas, cum hominis sola natura supra immortales spiritus exaltatur in virgine. Hinc est, quod et ipsi coelestis curiæ principes in consideratione tantæ novitatis clamant non sine admiratione: quæ est ista, quæ ascendit de deserto diliciis affluens? adsi manifestius dicant: grandia est hoc, aut unde ei, ascendenti utique de deserto, affluentia tanta deliciarum? Nec enim pares inveniuntur delicio vel in nobis, quos in civitate Domini lætificat fluminis impetus, qui a vultu gloriæ voluptate torrentis potamur. Quæ est ista, quæ de sub sole, ubi nihil est nisi labor et dolor et afflictio spiritus, ascendit deliciis spiritualibus affluens?

Lectio VI.

Quid ni delicias dixerim virginitatis decus cum munere fœcunditatis, humilitatis insigne, distillantem charitatis favum, misericordiæ viscera, plenitudinem gratiæ, prorogativam gloriæ singularis? Ascendens igitur de deserto Regina mundi, etiam angelicis sanctis, et cunctæ Ecclesiæ, speciosa facta est et suavis in deliciis suis. Desinant tamen deserti hujus mirari delicias, quia Dominus dedit benignitatem, et terra nostra dedit fructum suum. Quid miranda de terra deserta Mariam ascendere deliciis affluentem? Mirentur potius pauperem Christum de cœlestis regni plenitudine descendentem. Longe enim ampliori miraculo signum videbur, Dei Filium paulle minus ab angelis minorari, quam Dei Matrem super angelos exaltari.

Lectio VII.

Quanta vero est et quam pretiosa humilitatis virtus cum tanta puritate, cum innocentia tanta, cum conscientia prorsus absque delicto, immo cum tanta gratiæ plenitudine! Sileat misericordiam tuam, virgo beata, si quis est, qui invocatam te in necessitatibus suis sibi meminit defuisse. Nos quidem servuli tui cæteris in virtutibus congaudemus tibi, sed in hac potius nobis ipsis. Laudamus virginitatem, humilitatem miramur: at misericordia miseris sapit dulcius, misericordiam amplectimur charius, recordamur ipsius, crebrius invocamus. Hoc est enim, quo totius mundi reparationem obtinuit, eadem omnium impetravit. Constat enim, te universo genere humano fuisse sollicitam, ut dictum est: Ave timeas Maria, invenisti gratiam, undique quam quærebas.

Lectio VIII.

Per te enim cœlum repletum, infernus vacuatus est, instauratio ruinæ cœlestis Jerusalem, exspectantibus miseris vita perdita data. Sic potentissima et piissima caritas et affectu compatiendi, et subveniendi abundat effectu, atque locupletes in utroque. Ad hunc igitur fontem sitibunda aperiat anima nostra, ad hunc miseriarum cumulum tota sollicitudine miseria nostra recurrat. Nec iam quibus potuimus precibus ascendentem te ad Filium deduximus, prosecuti sumus saltem a longe, virgo benedicta. Sit denique pietatis tuæ ipsam, quam apud Deum gratiam invenisti, nobis facere mundo, reis veniam, medelam ægris, pusillis corde robur, afflictis consolationem, periclitantibus adiutorium et

liberationem sanctis huis precibus obtinendo. In hac quoque die solemnitatis et letitie dulcissimum Marie nomen cum laude invocantibus servulis, per te, Regina clemens, gratie tue munera largiatur Jesus Christus Filius tuus, Dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in secula. amen.

Cetera omnia, ut in festo, excepta oratione, que dicitur ex I. Vesperis. In matutinis fit commemoratio SS. Martyrum. Si occurrat in Dominica, de octava fit tantum commemoratio.

Die XXIII. Augusti.

Vigilia S. Bartholomei apostoli.

Simplex d. lect.

Lectio III.

Sermo sancti Bernardi abbatis.

Serm. in vig. S. Andreæ.

Non modo preparatio est ad proximam celebritatem observatio premissa ieiunii: est et admonitio quedam, eruditioque non parva. Discimus ex hoc ipso, quenam vera sit via festivitatis eterne. quid est enim, quod ieiuniis solemnia prevenimus, nisi quod per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei? Indignus quippe solemni letitia est, qui statutam vigilie abstinentiam non observat. Plane, inquam, si venis affligere animam tuam in vigilia, indignus iure censeris requie et exultatione festiva. Est autem universum presentis penitentie tempus, vigilia quedam solemnitatis magne et eterni sabbatismi, quem prestolamur. Nec causaberis vigiliam

ongiorem si eternitatem festivitatis at-
endas. Licet enim habere preparationem
leant solennia diurna diurnam: illa, cum
terna sit, non exigit tamen eternam.

℣. Beati servi illi, quos cum venerit Do-
minus, invenerit vigilantes: et vos estote
aratι: ℟ quia qua hora non putatis, Filius
ominis veniet. ℣. Vigilate et orate, ut
on intretis in tentationem. ℟ quia. ℣.
oria. ℟ quia. Luc. 12. Matth. 26.

Oratio Sacr. Gelas.

uere nos, misericors Deus: et beati Barthe-
mei apostoli tui, cuius natalitia prose-
imus, semper guberna profitus. Per Dominum.

Die XXIV. Augusti.

S. Bartholomei apostoli.

Festivitas II. classis. 12. Lect.

Omnia de communi apostolorum,
exceptis sequentibus.

Oratio Sacr. Greg.

mnipotens sempiterne Deus, qui nobis
ri venerandam sanctamque celebritatem
beati apostoli tui Bartholomei festivi-
le tribuisti: da Ecclesiæ tuæ, quæsumus, et
are quod credidit, et prædicare quod dixit.
r Dominum.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex Eusebio, et S. Hieronymo.

rtholomæus unus ex duodecim, quos ele-
Jesus, et apostolos nominavit, post eius
censionem accepto Spiritu sancto in Indiam
rofectus, Christi fidem, ut scribit Eusebius
historia ecclesiastica, fertur illis gentibus
dicasse, et Evangelium Matthæi hebraicis
scriptum litteris reliquisse; quod quidem ad

Ab hac die inclusive incipit Pars
Autumnalis de Sanctis, unde
sequentes duodecim diversiones etiam
in illa parte abinitio proponadi.

B. A. i.

Pantæni tempora servatum sæ memora-
tur. Idem refert in libro de scriptoribus
ecclesiasticis Hieronymus. Postquam enim Pan-
tænum in Indiam a Demetrio alexandri
Episcopo, rogantibus illius gentis legatis,
missum reliquit, subdit, eumdem inter gentes
illas comperisse, olim adventum Domini
Jesu juxta Matthæi Evangelium a Bartho-
lomæo, qui inter duodecim apostolos nu-
meratur, illi fuisse prædicatum. In cuius
rei fidem ipsum Matthæi exemplar hebrai-
cis litteris scriptum secum alexandriam
reversus detulerat. Fide gentibus præ-
dicata Bartholomæus vitam martyrio, ut
creditur, consummavit.

Lectio VI.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
Hom. 32. al 33. in Matth.

Vidên' ministerii magnitudinem? Vidên
Apostolorum dignitatem? Nihil sensile
jubetur dicere, nec sicut Moyses et prophe-
tæ priores, sed nova quædam et inexspectata.
Neque enim talia ipsi prædicabant, sed ter-
ram et terrena bona: hi autem regnum
cælorum, et quæ ibi sunt omnia. Neque
inde solum hi maiores sunt, sed etiam ex
obedientia. Neque enim recusant, neque
cunctantur, sicut veteres illi: sed etiamsi
pericula, bella, et intolerabilia mala an-
diant, cum obsequentia multa imperata
suscipiunt, utpote qui regni sunt præcones.

Lectio VII.

Et quid mirum, inquies, si nihil durum,
et asperum prædicaturi, subito parue-
runt? Quid dicis? Nihil durum prædi-
care ipsi sunt? Non audis carceres, abduc-
tiones ad mortem, bella civilia, universo-
rum odium? quæ omnia ipsis paulo post

veatura esse dicebat. Diabolo cum orbe
to et turba demorum innumera contra
odecim illos irruent; non brevi tempore,
per totum vitæ stadium vicerunt illi, et
peraverunt. quodque mirum est, non coelesti-
ibus, sed mutatis et conversis.

Lectio VIII.

Eadem maxime ubique observandum est,
os nec oculisse, nec delevisse infidiatores
os: sed cum illos dæmonibus pares cepisset,
ngelis æquales fecisse, humanam naturam
ue improba tyrannide liberandes: illos au-
n scelestos dæmones, qui omnia conturbabant,
nedio foro, et a domibus, immo etiam ade-
to expulerunt. Quodque mirabilius est,
n instituta aliæ hoc faciebant, sed male habiti
plebant omnia. Habebant enim in medio
ctos illos infimo conditionis viros, quos li-
ent, verberabant, circum agebant, nec pote-
t eorum ora claudere: sed licet radium solis
ere nemo potestatis non poterant ipsorum
quam adigere. Cujus rei causa erat, non illi
idem qui loquebantur, sed virtus Spiritus.

Lectiones III. Nocturni de communi.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 9. et 10.

illo tempore: circuibat Jesus omnes civi-
les et castella, docens in synagogis, et pre-
ans Evangelium regni, et curans omnem
gnorem et omnem infirmitatem. Videns
tem turbas, misertus est eis, quia erant
xati, et jacentes sicut oves non habentes
storem. Tunc dicit discipulis suis: messis
idem multa, operarii autem pauci. Ro-
te ergo dominum messis, ut mittat ope-
rios in messem suam. Et convocatis duo-
cim discipulis suis, dedit illis potestatem
irituum immundorum, ut ejicerent eos,

curarent omnem langvorem omnem
infirmitatem. Duodecim autem apostolorum
nomina sunt hæc: primus Simon, qui
dicitur Petrus, et Andreas frater eius;
Jacobus Zebedæi, et Joannes frater eius;
Philippus et Bartholomæus; Thomas et
Matthæus publicanus; Jacobus alphæi et
Thaddæus; Simon Chananæus et Judas Isca-
riotes, qui et tradidit eum. Hos duodecim
misit Jesus, præcipiens eis dicens: in viam
gentium ne abieritis, et in civitates Sama-
ritanorum ne intraveritis; sed potius ite
ad oves, quæ perierunt, domus Israel.
Euntes autem prædicate dicentes: quia
appropinquavit regnum cælorum. Infir-
mos curate, mortuos suscitate, leprosos
mundate, dæmones ejicite: gratis accepistis,
gratis date.

In vesperis commemoratio sequentis.

Die XXV. Augusti.

S. Ludovici Regis Confessoris.

Semiduplex s. lect.

De communi Confessorum.

Oratio Brev. Rom.

Deus, qui beatum Ludovicum confessorem
tuum de terreno regno ad cælestis regni
gloriam transtulisti: eius quæsumus, meri-
tis et intercessione, regis regum Jesu Christi
filii tui facias nos esse consortes, qui te-
cum vivit.

Lectio III.

Ex bulla canonizationis Bonifacii VIII. a. 1297.

Ludovicus huius nominis nonus Gallia-
rum rex ab ineunte ætate sub Blancha
matris custodia ad omnem pietatem in-
structus est; quippe quo dicere solebat: mal-
lem, fili, te vita et regno privatum, quam

thalis peccati reum agnoscere. Regni gubernacula adeptus expeditionem in Palæstinam suscepit, et non modo salutaribus monitis, sed et vitæ exemplo plurimos infideles ad Christi fidem convertit, multosque fideles ex hostium captivitate liberavit. In regnum suum morbus malus versus, illud sanctissime administrabat, fidei quoque puritatem et ecclesiasticam disciplinam omni studio conservare adlaborabat. Frequens visebat ægrotos, quibus etiam suis ipse manibus necessaria subministravit. Vestitu vulgari contentus, statis diebus cilicio ac ieiunio corpus affligebat. Cum ni Africam traiecisset, bellum Saracenis iterato illaturus, infirmitate correptus, sacramentis ecclesiæ summa cum devotione perceptis, feliciter migravit ad Dominum, anno millesimo, ducentesimo septuagesimo.

℣. Auris audiens beatificabat me, eo quod liberassem pauperem vociferantem, et pupillum, cui non erat adiutor: ✠ cum sederem rex, eram quasi lugentium consolator. ℟. Volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, sed clementia et benignitate gubernare subditos. Cum. ℣. Gloria. ✠ cum. Job. 29. Esth. 15.

Die XXVII. Augusti.

S. Gebhardi Episcopi.

Duplex 3. cl.

Omnia de communi Pontificum.

Oratio Pia.

Ecclesia, quæ sumus, omnipotens Deus: ut beati Gebhardi Pontificis natalitia venerantes fidei muniamur auxilio; et charitatis proficiamus exemplo. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per Hermannum Contractum scripta.

Gebhardus nobilissima Alamannorum stirpe, patre Ulone Rhetianorum Comite oriundus,

a beato Conrado Constantiensi Episcopo in litteris ac pietate mistructus est: cui etiam post Gaminolfum, puti futurum ei virsanctus prædixerat, obitoque morumque probitatem in Episcopatu successit. Factus episcopus ampissimam hereditatem in pauperes causasque pias impendit, atque inter alia Basiliam et monasterium sancti Gregorii in Rheni ripa exinde fundavit. Cum igitur Ecclesiam sibi commissam sex decim annis sanctissime omni cura administrasset, datis preclaris sanctitatis suæ testimoniis, meritis cumulatus pie obiit sexto Calendas Septembris, anno nongentesimo nonagesimo sexto: cui dicta basilica a se constructa miraculis clarus quievit.

℟. Sacerdos magnus in vita sua suffulsit domum, et in diebus suis corroboravit templum: * curavit gentem suam, et liberavit eam a perditione. ℣. In pace et in equitate ambulavit, et multos avertit ab iniquitate. * curavit. ℣. gloria. * curavit. Eccli 50. Mal. 2.

Vespere de sequenti, commemoratio precedentis, et S. Hermetis M.

Die XXVIII. Augusti.

S. Augustini Episcopi et Doctoris.
Duplex maius 12. lect.

Omnia de communi Doctorum, exceptis sequentibus.

Ad I. Vesperas.

℣. Dimisisti Domine vincula mea:
℟. Tibi sacrificabo hostiam laudis. Ps. 115.

Ad Magnif. Ant. Postquam convertisti me, egi pœnitentiam: * confusus sum, et erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Jer. 31.

Oratio Pauis.

Omnipotens, et misericors Deus, qui beatum Augustinum Evangelii gratiæ tuæ testem et propugnatorem in Ecclesia suscitasti: eiusdem gratiæ, quæsumus, in nobis ostende virtutem; ut et voluntatem tuam te docente cognoscere, et eam corde magno valeamus te operante perficere. Per Dominum.

De S. Hermete M.

Oratio Sac. Greg.

Deus, qui beatum Hermetem martyrum virtute constantiæ in passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere; et nulla eius adversa formidare. Per Dominum.

Ad vigilias nocturnas.

Lectiones quatuor I. Nocl. cum suis R. de feria currente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex S. Possidio et S. Augustini operibus.

Augustinus, Tagaste in africa natus, adolescens in amores illicitos et Manichæorum errores impegit. Carthagine primum rhetoricam docuit, deinde Romæ, ac Mediolani: ubi cum Ambrosii frequens esset auditor, paullatim in catholicos propensior factus, sacros codices, a quorum lectione propter styli simplicitatem prius abhorruerat, evolvere studiosius cepit, et vitæ instituendæ meditari. Verum cum diu

minetum que secum ipse luctatus, conversionem procrastinaret; tandem insolita voce admonitus, ut legeret ex verbis apostoli, in quo incidit, de repente mutatus, ab Ambrosio aliquanto post, annum agens trigesimum tertium, in Paschate baptizatus est.

℟. Non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et æmulatione: ✠ sed ✠ induimini Dominum Jesum Christum, et carnis curam ne feceritis in desideriis. ℣. Quid faciendo vitam æternam possidebo? Tu lege quid scriptum est, quomodo legis? ✠ induimini. Rom. 13. Luc. 10.

Lectio VI.

Cum patriam repeteret, matri ad ostia Tiberina defunctæ suprema christiano pietatis officia persolvit. Reversus in Africam, rus se recepit, ut uni Deo vacaret. Hipponem evocatus, ut virum ipsius audiendi cupidum Deo lucraretur, raptus a populo, invitus atque ubertim flens, presbyter civitatis ordinatus est a Valerio episcopo: quicum genere græcus esset, nec satis latine sciret, potestatem ei fecit in Ecclesia coram se Evangelium prædicandi: idque ex more Orientalium, sed præter africanæ Ecclesiæ consuetudinem. Tum augustinus monasterium intra ecclesiam instituit, et cum Dei servis vivere cœpit secundum regulam sub sanctis apostolis constitutam. Veritus autem Valerius iam senior, ne sibi Augustinus ab aliis ecclesiis præriperetur, obtinuit a Primate Carthaginensi, ut sibi adhuc viventi daretur cœpiscopus.

℟. Sapiens aperiet os suum in oratione, et pro delictis suis deprecabitur: ✠ et ipse

Proprium de SS. 40. 313,
B. D.

B. A. 2.

...nquam imbres mittet eloquia sapientiae ...o. X. Si quis emundaverit se ab istis, ...it vas in honorem sanctificatum et ...tile Domino. ℣ Dixit. Eccli. 29. 2. Jun. 2.

Lectio VII.

...n episcopatu communem vitae rationem, ...uam presbyter instituerat, cum clericis ...nuit. Acerrimus contra omnes haereses ...tholicae veritatis propugnator, Manichaeos tum scriptis tum publicis disputationibus confutavit. Arianorum haeresin singulari veritatis illustratione profligavit. Ecclesiae unitatis studio, quam adversus Donatistas validissime tutatus est, episcopos pene trecentos induxit, ut schismatici ad Ecclesiam redeuntibus non horrem modo sedium servarent, sed et si opus fuit, episcopatum cederent. Gratiam Christi, tempore a Pelagianis impugnatam, invictissime asseruit, eorumque in semipelagianis reliquias mortem proximus oppressit. Adversus paganorum calumnias errores, religionem christianam eruditissimo praesertim opere de civitate Dei vindicavit. In confessionum ac Retractationum libris a se gesta scriptaque magna cum humilitate severus index recensuit. Difficillimas quaestiones undequaque sibi propositas suis epistolis enodavit.

℣. Maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, quam gloriam accepisse est? ℟ invocavit altissimum potentem ni oppugnando inimicos undique et circumvenit illum magnus et sanctus Deus.

℣. De omni corde suo laudavit Dominum, dilexit Deum, qui fecit illum; et dedit contra inimicos potentiam. ℟ invocavit. Eccli. 46. et 47.

Lectio VIII.

Cum Theodosius iunior nominatim invitavit ad synodum Ephesinam in causa Nestorii, cuius errores iam ipse scriptis provocaverat: sed morte praeventus concilio interesse non potuit; Vandalis enim Hipponem iam mensem obsidentibus in extremum morbum incidit. Dicere autem inter familiaria colloquia solebat: post perceptum baptismum etiam laudatos christianos et sacerdotes absque digna et competenti poenitentia exire de corpore non debere. quod et ipse fecit in ultima, qua defunctus est, aegritudine. Nam ubi lecto decubuit, psalmos de poenitentia parieti infixit affigi, quos profusis lacrymis iugiter meditabatur, et per decem ultimos dies soli intentus oratióni, obdormivit in Domino, anno aetatis septuagesimo sexto, Christi quingentesimo. Pro commendanda corporis eius depositione sacrificium Deo oblatum est. Testamentum nullum fecit, quia unde faceret, pauper Dei non habuit.

℟. Ego ipsum insecutus sum iniquitatem, dicit Dominus, et omnes vias eius dirigam: * Confusi sunt et erubuerunt omnes fabricatores errorum. ℣. Vir eloquens, potens in scripturis, vehementer revincebat publice. * Confusi. ℣. Gloria. * Confusi. Isa. 45. Act. 18.

In III. Nocturno Lectiones et Evangelium de communi Doctorum.

Ad Laudes Matutinas.

℣. Beatus homo quem tu erudieris Domine.

℟. Et in lege tua docueris eum. Ps. 93.

ad Bened. ant. Gratia Dei sum id quod sum: *
Et gratia eius in me vacua non fuit. 1. Cor. 15.
Et fit commemoratio S. Hermetis Martyris.

ad II. Vesperas

℣. In Domine veritatem dilexisti:
℟. Incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Ps. 50.

ad Magnif. ant. Ministerium verbi accepi a Domino Jesu: * testificari Evangelium gratiæ Dei. Act. 20.

Vespere de sequenti, commemoratio precedentis, et S. Sabino Martyris de communi V. Mulierum.

Die XXIX. augusti.

Decollatio S. Joannis Baptistæ.
Duplex maius. 12. lect.

ad I. Vesperas.

Antiphonæ ex Matutinis.

Lectio. Jer. 1.

Cinge lumbos tuos, et surge, et loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi: ne formides a facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum.

℣. Loquebar de testimoniis tuis, * in conspectu regum:
℟. Et non confundebar. Ps. 118.

Hymnus Cum. Sanctor.

1. Cui saltantis pretium puellæ,
Petitur in disco caput amputatum: *
Hæc cruentalis nova proferuntur
Fercula mensis.

2. Cui rudes sylvis populos docebat,
Cui Deum tota resonabat aula, *
Illa vox crudo resecanda ferro,
Nulla silebit.

3. Audit valles, et adhuc timetur,
Vox silet verbi, amor ille clamat: ✱
Sancta fraterni temerata carpsit
Foedera lecti.

4. Nube sub densa tibur involutum,
Veneral coeis aperire fessis: ✱
Sole maturo velut umbra cessit
Lucifer orbe.

5. Nostra te summum celebrent Parentem
Ora, te summo genitum Parente: ✱
Per sit amborum tibi laus per omne
Spiritus aevum. amen.

℣. Principes persecuti sunt me gratis:
℟. Et a verbis tuis formidavit cor meum. Ps. 118.

Ad Magnif. ant. Dico vobis, quia Elias iam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quaecunque voluerunt: ✱ tunc intellexerunt discipuli, quia de Joanne Baptista dixit eis. Matth. 17.

Oratio cum.

Deus, cuius virtute beatus Joannes Baptista morientis eque ac nascentis Filii tui procursor pro iustitia et veritate certavit usque ad mortem: concede propitius; ut eius imitatione fidei adversus peccatum repugnantes, usque ad sanguinem resistere valeamus. Per eumdem Dominum.

De S. Sabina.

Oratio Sacr. Gelas.

Prosta, quaesumus Domine, mentibus nostris cum exultatione proventum: ut beato Sabino Martyre tuo, cuius diem passionis annua devotione recolimus; etiam fidei constantiam subsequamur. Per Dominum.

Ad Vigilias nocturnas.

Invit. Dominum, qui dat voci huic vocem virtutis: ✱ venite adoremus.

Ps. 67.

Hymnus Paris. Cof.

1. Quid non libido cogis adulsera?
Dantur catenis innocuæ manus: ✱
Ut alligari veritatis
Vesceia vox, sua iura ferual.

2. Christum vel atro carceris in foeu
Vocis fidelis nuntiat: ✱ et suos
Divina patranti Magistro
Discipulos iubet ire testes.

3. Victus triumphat; tu pavidans premis
Tyranne: cœcum mens male conscia
Quatit flagellum: ✱ sruida valem
Impavidum feriet securis.

4. Sit summa Patri summaque Filio,
Sanctoque compar gloria Flamini: ✱
Sancto Eidemus Trinitati
Perpetuo pia corda cultu. amen.

Antiphona Nocturnorum cum V.V. De uno Martyre. Lectiones quatuor I. Noct. cum suis R.R. de feria currente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo Sancti Ambrosii Episcopi.
l. 3. de Virgin. c. 8. ad 6.

Homes deliciarum est extrema saltatio. Abhac virgines Dei procul esse desidero. Vemo enim, vidit quidam secularium doctor saltat rebrius, nisi qui insanit. quod si iuxta sapientiam secularem, saltationis aut temulentia uctor est aut amentia; quid divinarum scripturarum cautum putamus exemplis, cum annes præmunitus Christi, saltatricis ctione ingulatus, exemplo sit, plus noxiæ saltationis illecebram, quam salutiferi roris amentiam. Et quoniam talis iri non strictim prætereunda est recordatio, interest, ut quis, quovis quomodo, quo tempore sit cuiusque, advertere ebeamus.

℟. Joannes dixit Pharisæis: progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? ✠ facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. ℣. Repletus sum fortitudine Spiritus Domini, judicio et virtute: ut annuntiem Israel peccatum suum. ✠ facite. Matth. 3. Mich. 3.

Lectio VI.

Ab adulteris justus videtur, sta reis in judicem capitalis sceleris pœna convertitur. Deinde præmium saltatricis mors est, prophetæ. Postremo: quod etiam omnes barbari horrere consueverunt: inter epulas atque convivia consummando crudelitatis profertur edictum: sta convivio advarierem, de carcere ad convivium feralis flagitii circumfertur obsequium. quanta in uno fœnore sunt crimina! Exstruitur regifico luxu feerale convivium: desperato, quando major solito turba convenerit, regino filia intimis mandata secretis in conspectu virorum saltatura producitur.

℟. Non sum ego Christus, sed missus sum ante illum: ✠ illum oportet crescere, me autem minui. ℣. qui de terra est, de terra loquitur: qui de cœlo venit, super omnes est. Joan. 3.

Lectio VII.

Tunc rex delectatus, dixit puellæ, ut peteret a rege quod vellet. Deinde juravit quod vel dimidium regni si petiisset, concederet. Vide quemadmodum seculares ipsi de secularibus suis judicant potestatibus, ut pro saltatione etiam regna donentur. Puella autem admonita a matre sua, postulavit afferri sibi in disco caput Joannis. quod dixit: rex contristatus est; non pœnitentia regis, sed confessio iniquitatis est, quam divinæ

bet consuetudo sententiæ, ut qui geserunt
in priâ, ipsi propriâ confessione se damnent.
ed propter dis cumbentes, ni quidve quid indig-
ius, quam ut homicidium fieri iuberet,
e dis cumbentibus displiceret? Et propter
is, ni quid, iurandum. O religionem novam!
olerabilius periurget. Unde non immerito
ominus in Evangelio iubet, non esse iuran-
um, ne sit causa periurii, ne sit necessitas
elinquendi. Itaque ne iusiurandum vio-
retur, peremitur innocens. Quid prius
urrescam nescio. Tolerabiliora periuria,
uam sacramenta sunt tyrannorum.

. Dicebat Joannes Herodi: * non licet tibi
ibere uxorem fratris tui. R. Dixi inique.
n consideres personam, nec honores vul-
m potentis. * non licet. ut Marc. 6. Leod. ig.

Lectio VIII.

is non, cum e convivio ad carcerem cur-
ri iuberet, putaret, prophetam ipsum
e dimitti? quis, nisi quem, cum audisset
talem esse Herodis, solemne convivium,
ello optionem eligendi quod vellet datam,
ipsum ad Joannis absolutionem non arbi-
retur? quid crudelitati cum delicijs?
id cum funeribus voluptati? Rapitur
poenam prophetæ convivali tempore,
nvivali præcepto, quo non cuperet vel ab-
ii: peremitur gladio, caput eius affertur
isco. Hoc crudelitati ferculum debeba-
r, quo infausta epulis festas vesceretur.
here rex acerbissime tuo spectaculo digna
nivio. Corrige dexteram, ne quid sævitio
e desit; ut inter digitos tuos rivi defluant
ni cruoris. Quoniam non exsaturari
ulis fames, non restingui poculis potuit
undita Saviæ filiæ: bibe sanguinem scatu-
ntibus adhuc venis ex secti capitis profluentem.
ne oculos ni ipsa morte sceleris tui testes.

Claudunt ur lumina non tam morbis ne-
cessitate, quam horrore luxuriæ. Cæsare-
um illud ex sanguine jamjam sentina tam ferre
non poteras, conticescit, et adhuc times.
Lingua tamen, quæ solet etiam post mortem
officium servare viventis, palpitante licet
motu, damnabat incestum. Portatur hoc
caput ad Herodiadem: lætatur, exsultat,
quasi crimen evaserit, quia judicem truci-
davit.

℟. Herodes metuebat Joannem sciens
eum virum justum et sanctum: * et ob-
custodiebat eum, et audito eo multa facie-
bat, et libenter eum audiebat. ℣. Facies
principum mirabuntur me, tacentem
me sustinebunt, et loquentem me respi-
cient. ℣ custod. ℣. gloria. ℣ custodiebat.
Marc. 6. Sap. 8.

In III. Nocturno.

ant. Liberasti me Domine a lingua coin-
quinata, et a verbo mendacii: * a rege
iniquo, et a lingua injusta. Euli. 5j.

Cantica de uno Martyre.

℣. Dominus mihi adjutor;
℟. Non timebo, quid faciat mihi homo. Ps. 117.

Lectio IX.

De epistola catholica beati Jacobi apostoli. cap. 4.

Nescitis, quia amicitia hujus mundi inimi-
ca est Dei? quicumque ergo voluerit amicus
esse sæculi hujus, inimicus Dei constituitur.
An putatis, quia inaniter scriptura dicat:
ad invidiam concupiscit spiritus, qui habi-
tat in vobis? Majorem autem dat gra-
tiam. Propter quod dicit: Deus superbis
resistit, humilibus autem dat gratiam.
Subditi ergo estote Deo: resistite autem dia-
bolo, et fugiet a vobis. Appropinquate Deo,

h appropinquabit vobis. Emundate manus, ecadores, et purificate corda, duplices animo. . Herodias insidiabatur Joanni ℣ et ℣ vole- bat occidere eum, nec poterat. ℣. Aequibia mulieris immutat faciem eius, et obscurat ultum suum tanquam ursus: et non est ira super iram mulieris. ℣ volebat. Marc. 6. Psali. 25.

Lectio X. cap. 5.

Agite nunc divites, plorate ululantes, in miserüs vestris, quae advenient vobis. Divitiae estro putrefactae sunt. Aurum et argentum strum eruginavit, et aerugo eorum in testi- monium vobis erit, et manducabit carnes estras sicut ignis. Thesauri fixistis vobis iram novissimis diebus. Ecce merces operario- um, qui messuerunt regiones vestras, quae fraudata est a vobis, clamat, et clamor eo- rum in aures Domini Sabaoth introivit. Epulati estis super terram, et in luxuriis nu- tris corda vestra, in die occisionis. Addixi- is et occidistis iustum, et non resistit vobis. . Herodes cum corriperetur a Joanne de rodiade uxore fratris sui, et de omnibus alis, quae fecit: ℣ adiecit et hoc super omnia, inclusit Joannem in carcere. ℣. Non re- git studens verba prudentiae, et cum in fundum venerit peccatorum, contem- t. ℣ adiecit. Luc. 3. Prov. 18.

Lectio XI.

Patientes igitur estote fratres, usque ad ventum Domini. Ecce agricola expec- at pretiosum fructum terrae, patiens rens, donec accipiat temporaneum et ótinum. Patientes igitur estote et vos, confirmate corda vestra: quoniam ad- ntus Domini appropinquavit. Nolite gemiscere fratres in alterutrum, ut non dicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit.

℟. Cum audisset Joannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis dixit illi: * Tu es, qui venturus es, an alium exspectamus. ℣. Ite ipsi dicunt ad me: ubi est verbum Domini? veniat: pes mea hæret in via afflictionis. ✝ Tu es. Matth. 11. Jer. 17.

Lectio XII.

Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris et patientiæ, prophetas: qui locuti sunt in nomine Domini: ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. ante omnia autem fratres mei, nolite jurare neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit autem sermo vester: est, est: non, non; ut non sub judicio decidatis.

℟. In diebus suis non pertimuit principem, * et ✝ potentia nemo vicit illum, nec superavit illum verbum aliquod. ℣. Herodes volens Joannem occidere, timuit populum; quia sicut prophetam eum habebant. ✝ et. ℣. Gloria. ✝. potentia. Eccli. 48. Matth. 14.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum cap. 14.

In illo tempore: Herodes tenuit Joannem et alligavit eum: et posuit in carcere propter Herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim illi Joannes: non licet tibi habere eam. Et volens illum occidere, timuit populum: quia sicut prophetam eum habebant. Die autem natalis Herodis saltavit filia Herodiadis in medio, et placuit Herodi. Unde cum juramento pollicitus est ei dare, quodcumque postulasset ab eo. at illa promonita a matre sua, Da mihi, inquit, hic in disco caput Joannis Baptistæ. Et contristatus est rex: propter juramentum autem et eos, qui pariter

cumbebant, insidiari. Misitque et decol-
avit Joannem in carcere. Et allatum est
aput eius in disco, et datum est puellæ, et
tulit matri suæ. Et audientes discipuli
ius, tulerunt corpus eius, et sepelierunt
illud: et venientes nuntiaverunt Jesu.
udam audivit Jesus, secessit inde in navi-
la in locum desertum seorsum.

Ad Laudes matutinas et horas.

antiphonæ.

Herodes tenuit Joannem, et vinxit eum
in carcere :* propter Herodiadem. Marc. 6.

: Ait rex puellæ: pete a me quodvis, et
dabo tibi :* et juravit illi. ibid.

: Volo, ut protinus des mihi in disco caput
Joannis Baptistæ :* et contristatus est
rex. ibid.

: Misso spiculatore præcepit afferri caput
eius in disco :* et decollavit eum in car-
cere. ibid.

ad Laudes. Discipuli eius venerunt, et tu-
lerunt corpus eius,* et posuerunt illud
in monumento. ibid.

Lectio. Ezech. 24.

die illa aperietur os tuum, et loquéris,
non silebis ultra: eris que eis in portentum;
scietis, quia ego Dominus.

br. Dixi iniquis:* nolite iniqua agere:
Et delinquentibus: nolite exaltare cornu. Ps. 74.

Hymnus Cun. Sanct.

: Omnibus mane timor esse veris:
Hinc sitim longam fatia, tyranne:*
Et cibos inter paterasque puro
Sanguine liba.

: Ut caput vidit dapibus paratis
Triste fumanti fluitare labo,*
Hostiis mi patris fremuitque mensis
Funeris auctor.

3. Horruit cælum, tremuere turbo;
Ipsa se damnat feritas tyranni: ✠
Sola sacratrix ovat, insolentis
Conscia facti.

4. Non tamen frontis gravitas serenæ
Cessit immitti violata ferro: ✠
Dura mitescit placido furore
Mortis imago.

5. Sic pio rursum Deus hunc proire
Nuntium Christo jubet, ✠ inferisque
Terræ proponem nova liberandi
Gaudia mundi.

6. Nostra te summum celebrent Parentem
Ora, te summo genitum parente: ✠
Par sit amborum tibi laus per omne
Spiritus ævum. amen.

℣. Tabescere me fecit zelus meus:
℟. Quia obliti sunt verba tua inimici mei. Ps. 118.

Ad Benedict. ant. Ego repletus sum fortitudine Spiritus Domini, judicio, et virtute: ✠ ut annuntiem Jacob scelus suum, et Israel peccatum suum. Mich. 3.

Et fit commemoratio S. Sabinæ M.

Ad Tertiam. Lectio Eccle. 5.

Ne temere quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo; Deus enim in cælo, et tu super terram.

℣. Tota die exprobrabant me inimici mei:
℟. Et qui laudabant me, adversum me jurabant. Ps. 101.

Ad Sextam. Lectio Eccli. 49.

Male tractaverunt illum, qui a ventre matris consecratus est Prophetæ, evertere, et eruere, et perdere, et iterum ædificare et renovare.

℣. Deus mihi insurrexerunt super me;
℟. Et synagoga potentium quæsierunt animam meam. Ps. 85.

Ad Vonam. Lectio Isa. 57.

ustus perit, et non est qui recogitet in corde
o: et viri misericordiæ colliguntur, quia
on est qui intelligat: a facie enim malitiæ
ctus est justus.
De viris sanguinum salva me Domine:
Quia ecce ceperunt animam meam. Ps. 58.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Isa. 59.

ndutus est justitia ut lorica, et galea
alutis in capite ejus: indutus est vestimen-
s ultionis, et opertus est quasi pallio zeli.
. br. Loquebar de testimoniis tuis * in
conspectu regum:
Et non confundebar. Ps. 118.

Hymnus brev. Rom.

O nimis felix, meritique celsi,
Vesciens labem nivei pudoris: *
Propatens Martyr, nemorumque cultor,
Maxime vatum.
Serta ter denis alios coronant
Aucta crementis, duplicata quosdam: *
Trina te fructu cumulata centum
Plexibus ornant.
℣. Nunc potens nostri meritis opimis,
Pectoris duros lapides revelle, *
Asperum planans iter, et reflexos
Dirige calles.
℣. Ut pius mundi Salus et Redemtor,
Mentibus culpæ sine labe puris: *
Rite dignetur veniens beatos
Bonere gressus.
℣. Laudibus cives celebrent superni
Te Deus simplex, pariterque Trine: *
Supplices et nos veniam precamur:
Parce redemtis. amen.
℣. De fletu tenuit me Domine:
℣. Propugnatoribus derelinquentibus legem tuam. Ps. 118.

ad Magnif. ant. Venit Joannes in via iu-
stitiæ, et non credidistis ei: * nec pœnitentiam
habuistis postea, ut crederetis ei. Matth. 21.
Deinde fit commemoratio sequentis, oratio
ut infra, cætera de communi.
Quodcunque duorum præcedentium festo-
rum in Dominica venerit, celebratur
die seq. 30. Aug. cum memoria SS. Marty-
rum. S. Joannes tamen semper habet in-
tegras vesperas, sed in vesperis Dominicæ
solam commemorationem.

Die XXX. Augusti.

SS. Felicis et Adaucti Martyrum.
Simplex sine lect. propria.
Oratio Sacr. Greg.

Majestatem tuam, Domine, supplices exo-
ramus: ut sicut nos indigni Sanctorum tuo-
rum commemoratione lætificas, ita semper
supplicatione defendas. Per Dominum.
Vespere de sequenti, sine memoria præcedentis.

Die XXXI. Augusti.

S. Pelagii Martyris.
Duplex 3. lect.
Oratio Sacr. Gelas.

Sancti Martyris tui Pelagii meritis nos, Do-
mine, pretiosa tueantur: in quibus tuæ
majestatis opera prædicantes, et profectus ca-
piamus auditorium, et futurum. Per Domi-
num.

Lectio III.
Sermo beati Petri Damiani.
Serm. de S. Christoph.

℣: Beatus Pelagius qui in persecutione
Numeriani Constantiæ passus fuisse tra-
ditur: ℟ Christiano militiæ tirocinium
petens, ac novæ fidei rudimenta suscipiens,
in medios certaminum æstus ferventis fe

ellator immersit. quem tyrannus, ad pre-
iosum Dei militem conspexit, infremuit,
umque diversis telorum modis, multis bel-
orum machinis oppugnare tentavit. Sed
ictoriosissimus Christi miles, et imperterritus
roliator, nec per blandimenta seduci, nec
er exquisita poenarum supplicia frangi,
ec per furentem carnificum rabiem a
ancto voluit proposito revocari. Itaque
ratres mei, iam egregii proliatoris imite-
ur exemplum, ejus formam, ejus tene-
us in nostra tentatione custodiam. Adversus
ne tyrannus omnium fere elementa com-
ovit, et superare non potuit. Nos saltem car-
is nostrae resistamus illecebris, reprimamus
am, studeamus edomare superbiam, om-
umque vitiorum monstra fidei virtute
ecemus. Et qui gloriosum hunc virum novi-
is tormentis non cepisse carnificum, nos sal-
e non adquiescamus titillantium illecebris
uptatum: licet nondum valeamus ad exem-
um beati hujus Martyris Deum perfecte
igere, studeamus cum interim amando timere,
uendo mandatis ejus insistere; sicque paullatim
amoris ejus valebimus culmen ascendere.
videlicet Creatorem suum meas humana ti-
ere prius incipiat, deinde in mandatis ejus se
erceat, ut postremo ad concipiendam divini
oris dulcedinem convalescat.

℣. Sta in justitia et timore, et prepara ani-
am tuam ad tentationem: ℟. quoniam in
ne probatur aurum, homines vero recepti-
les in camino humiliationis. ℣. Ne fati-
mini, animis vestris deficientes; nondum
im usque ad sanguinem restitistis, adversus
ccatum repugnantes. ℟. quoniam. ℣. gloria.
quoniam. Luc. 2. Hebr. 12.

a vesperis commemoratio sequentis, et alia,
ut infra.

Festa Septembris.

Die I.

S. Verene Virginis.

Duplex 3. lect.

Oratio Sac. Greg. ad.

Sancte Verene, Domine, confessio recensita, conferat nobis pie devotionis augmentum: qui in confessione tui nominis perseverans meruit inter choros virginum honorari. Per Dominum.

Pro commemoratione S. Egidii Abbatis.

Oratio Paris.

Sancti Egidii abbatis supplicationibus tribue nos, Deus, adjuvari: ut quo pie credidit appetamus; et quod iste speravit, consequamur. Per Dominum.

Lectio tertia cum suo R. dicitur de communi unius virginis. Et ad matutinas fit commemoratio S. Egidii abbatis. Vespere de sequenti, commemoratio precedentis.

Die II. Septembris.

S. Nonnosi Monachi.

Duplex 3. lect.

Omnia de communi Monachorum.

Oratio ex P. ad.

Da nobis, eterne consolationis Pater, per beati Nonnosi Confessoris tui preces, pacem et salutem mentis et corporis: ut huius tota dilectione in hoc reamus pro captis; et quod tibi placita sunt, tota virtute perficiamus. Per Dominum.

Lectio II.

Ex libro Dialogorum sancti Gregorii Pape.

Lib. j. cap. 4.

Nonnosus sub asperrimo monasterii sui degebat patre; sedentes mores mira semper equanimitate tolerabat: siquae fratribus

...erat in manſuetudine, ut crebro patris
...caundiam ex humilitate mitigaret. quia
...ero eius monaſterium in ſummo montis
...gratis cacumine ſitum eſt, ad quem libet
...arum hortum fratribus excolendum nul-
...a patebat planities; unus autem breviſſimus
...eus in latere montis excreverat, quem
...gentis ſaxi moles naturaliter egrediens
...cupabat. Cumque de humano labore facta
...et deſperatio, ad divinum ſe ſolatium contu-
...l, ſeque illic nocturno ſilentio in oratione
...dit. Cumque mane facto ad eundem locum
...ibres venirent, invenerunt molem tanto mag-
...ludinis ab eodem loco longius receſſiſſe, ſeque
...eſſu largum fratribus ſpatium ad excolen-
...m hortum dediſſe.

...: Habete fidem Dei; amen dico vobis: * qui-
...ia quicumque dixerit huic monti: tollere et
...mittere in mare, et crediderit, quia quod-
...mque dixerit fiat, fiet ei. ℣. Si poteſtis cre-
...e, omnia poſſibilia ſunt credenti. * quia.
...re. ij. elg.

Lectio III.

...m quadam die in monaſterio vetus oleum
...het, iamque colligendo olivo tempus in-
...mberet, ſed fructus in oleis nullus appareret,
...um patri monaſterii fuerat, ut circumquaque
...atres in colligendis olivis ad exhibenda
...traneis opera pergerent: quatenus ex mer-
...de ſui operis aliquantulum monaſterio
...um deportarent. quod vir Domini ubi no-
...tus fieri cum magna humilitate pro-
...buit, ne exeuntes fratres ex monaſterio,
...n lucra olei quererent, animarum dam-
...a paterentur. Sed quia in monaſterii ar-
...oribus olivo pauco meſſe videbantur,
...s colligi precepit, et in prelo mitti, et
...eam libet parum olei exire potuiſſet, ſibi-
...met deferri. Factumque eſt, et ſuſceptum
...parvo vaſculo oleum fratres a domoſo Dei
...mulo detulerunt. quod ipſe protinus ante

aetare posuit, cunctis que egredientibus
oravit, atque amerfilis postmodum fra-
tribus precepit, ut hoc, quod debuerunt,
oleum levarent, et per cuncta vasa monaste-
rii exigue fundendo dividerent: qualenus
benedictione eiusdem olei omnia infusa
viderentur. Que protinus, ut erant vacua,
claudi fecit: die vero altera aperta, omnia
plena reperta sunt.

℟. Ecce! quam bonum et quam iucundum,
habitare fratres in unum: * quoniam
illic mandavit Dominus benedictionem,
et vitam usque in seculum. ℣. qui confi-
dunt in Domino, intelligent veritatem:
et fideles in dilectione adquiescent illi.
* quoniam. ℣. gloriâ. quoniam. Ps. 32.
Sap. 3.

Vespere de sequenti, commemoratio precedatis.

Die III. Septembris.

S. Gregorii Magni Papæ Doctoris.

Duplex maius 12. lect.

Omnia de communi Doctorum,
exceptis sequentibus.

Ad I. Vesperas.

℣. Pavit eos in innocentia cordis sui:
℟. Et in intellectibus manuum suarum de-
duxit eos. Ps. 77.

Ad Magnif. ant. Suscitabo super oves meas
pastorem, qui pascat eas: * ego autem Dominus
ero eis in Deum, et servus meus princeps
in medio eorum. Ezech. 34.

Oratio Pavis.

Deus corona Pontificum, et lucerna Doc-
torum, qui beatum Gregorium ecclesiæ tuæ
Pontificem et Doctorem providisti: quæsumus;
ut eius nos semper et documentis erudias, et
exemplis informes. qui vivis.

Ad Vigilias nocturnas.

Lectiones quatuor 1. Nocturni cum
suis R.R. de feria currente.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex vita per Paulum Diaconum scripta.

Gregorius magnus Gordiani ex Senatorio
genere, et sancto Sylviæ filius, Urbana præ-
fectura functus, mortuo patre ex propriis
facultatibus sex in Sicilia monasteria, sep-
timum Romæ sancti Andreæ nomine in suis
ædibus ad clivum Scauri exstruxit; ubi sub
electione abbate monachi vitam professus,
postea abbas fuit. Evocatus inde a Pelagio
secundo, diaconus ordinatur: nec multo
post Constantinopolim apocrisiarius sedis
Apostolicæ responsa laturus mittitur: ubi
cum Eutyche consuetudine et curis secularibus
illas refrigescere et Scripturarum medita-
tioni, et conscribendis moralium libris ani-
mum adjecit.

℣. Ego quondam opulentus fanum confri
per eadem meam, et cinere operui carnem
meam: ℟. quæ testis mea in cœlo, et conscius
meus in excelsis. ℣. Elegi abjectus esse in
domo Dei mei magis, quam habitare in taber-
naculis peccatorum. ℟. quæ. Job. 16. Ps. 83.

Lectio VI.

in urbe Eutychium patriarcham, qui con-
vera et contrectabilem corporum re-
surrectionem scripserat, ita convicit, ut defun-
ctus eius librum in ignem conjecerit, et
se paullo post Eutychius inter morbi dolo-
res, instante morte, pellem manus suæ con-
clamans multis adstantibus dixerit: confi-
tor, quia omnes in hac carne resurgemus.
Romam reversus Gregorius, Pelagio pesti-
lentia sublato, omnium votis pontifex
creatur, anno Christi quingentesimo nona-
gesimo: totisque decem annis residens non

sine multis cereis consecratus est hac ipsa
terbia die Septembris, quo dies postea in multis
ecclesiis eius memoriæ dedicata est.

℟. Ante Dominum, qui elegit me, et præcipit
mihi, ut esem dux super populum Domini, vi-
lior fiam plus quam factus sum. ℣. Ero hu-
milis in oculis meis, et gloriosior apparebo. ℟.
quanto magnus es humiliate in omnibus;
et coram Deo invenies gratiam. ℣. ero. 2. Reg. 6.
Euli. 3.

Lectio VII.

In epistola synodica, quam pro more hunc
scripsit ad patriarchas, professus est, se sicut
Sancti Evangelii quatuor libros, sic suscipere
quatuor Concilia, Nicænum nempe, Constan-
tinopolitanum, Ephesinum, et Chalcedonense,
quintum quoque pariter venerari. Cum
Imperatore Mauritio graviter expostulavit
de lege quam tulerat, ne milites in monasteria
reciperentur, cum plerique sint, nisi quid, qui
nisi omnia reliquerint, salvari nullatenus
possunt. Joanni Constantinopolitano patriar-
chæ fortiter obstitit, qui sibi nomen univer-
salis episcopi arrogabat. quadere ad Con-
stantinam augustam ita scribit: Et si peccata
Gregorii tanta sunt, ut pati talia debeat:
Petri tamen peccata nulla sunt, ut vestris
temporibus pati ista mereatur. Ipse vero pro
modestia servum servorum Dei se, primus
Romanorum Pontificum, in suis epistolis
inscripsit.

℟. Cum liber esrem ex omnibus, omnium
me servum feci, ut plures lucrifacerem:
omnibus omnia factus sum, ut omnes fa-
cerem salvos: * omnia autem facio propter
Evangelium. ℣. Et non facio animam meam
pretiosiorem quam me, dummodo consum-
mem ministerium, quod accepi a Domino.
* omnia. 1. Cor. 9. ad. 20.

Lectio VIII.

Divini officii ordinem carthusiensis ecclesiasticis
methodum meliori forma restituit, ecclesia-
sticamque disciplinam acerrime propug-
navit. Donatistas repressit in africa. Ma-
nichæos in possessionibus suis in Sicilia degen-
tes ab errore revocari curavit. Confuit, ut
studio prædicationis potius, quam vi ac necessi-
tate ad baptismum compellerentur. Anglo-
rum gentem, missis in Britanniam Augusti-
no et aliis monachis, ad fidem adduxit; unde
Anglorum apostolus a Beda vocatus est. Admi-
rabilia sunt quæ dixit, fecit, scripsit, pertulit,
præsertim infirma semper valetudine. Denique
multis editis miraculis pontificatus anno
decimo tertio mense sexto, quarto idus Martias
ad cœlestem beatitudinem est evocatus.

℣. Quasi stella matutina in medio nebulæ,
℟. quasi luna plena in diebus suis lucet: *
Quasi sol refulgens sic ille effulsit in templo
Dei. ℣. Sedit super solium Domini, et præmi-
sit omnis populus: et Dominus dedit ei glo-
riam, qualem nullus habuit. * quasi ℣. Gloria.
℟. quasi. Euli, 50. j. Paral. 29.

In III. Nocturno lectiones, ℟℟. et Evange-
lium de Doctoribus.

Ad Matutinas.

℣. Cantate Domino canticum novum:
℟. Laus ejus in ecclesia Sanctorum. Ps. 149.

Ad Benedictus ant. Stare fecit cantores contra
altare, et in sono eorum dulces fecit modos, *
Ut laudarent nomen sanctum Domini, et
exaltificarent mane Dei sanctitatem. Euli. 47.

Ad II. Vesperas.

℣. Gloriam et magnum decorem imposuisti
super eum:
℟. Quoniam dabis eum in benedictionem.
Ps. 20.

Ad Magnif. ant. Profuit bona gentibus, et placuit cunctis potestas eius, et gloria eius omnibus diebus: * et nominatum est nomen gloriæ eius usque ad extremum terræ. j. Mach. iii.

Et fit commemoratio sequentis.

Die IV. Septembris.

S. Stephani Regis Confessoris.

Semidupl. s. test.

De communi Confessorum.

Oratio brev. Rom.

Concede, quæsumus, Ecclesiæ tuæ, omnipotens Deus: ut beatum Stephanum confessorem tuum, quem regnantem in terris propagatorem habuit, propugnatorem habere mereatur gloriosum in cœlis. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per Charthuitium episcopum Scripta apud Surium.

Stephanus Strigonii in Hungaria Geisa duce natus, et a sancto Adalberto Pragensi Episcopo fidem Christi ibidem tunc disseminante baptizatus est. Admodum adolescens mortuo patri subrogatus in unum meditari cepit, ut gentem suam adhuc paganam ad Evangelii veritatem perduceret: quod et actis undique verbi divini prædicatoribus perfecit, regnumque in decem episcopatus a se fundatos distribuit, atque ecclesias et monasteria plurima ædificavit. Unde etiam a Pontifice Romano regiam coronam, præferendoque crucis potestatem, ut verus gentis suæ apostolus, obtinuit. Inter cetera pietatis officia tanta misericordia, benignitate ac pietate Christi pauperes, immo in pauperibus Christum complectebatur, ut nullum unquam absque

liquo solatio a se discedere pateretur, chri-
unque in suis membris confoveret: quibus
propriis quoque manibus servire non dis-
dignatus. Tebii demum correptus, cum acer-
bis episcopis novellam ecclesiam commen-
daret, die assumtioni beatæ Virginis, quam
præcipue venerabatur, sacro animam in
manus Creatoris tradidit, anno Dominicæ
incarnationis millesimo trigesimo quarto.

℣. Percussit fœdus coram Domino, ut am-
pularet post eum, et custodiret præcepta
ius: ℟ et ✠ fecit omnes servire Domino deo
uo. ℣. Ipse est directus divinitus in pœni-
ntiam gentis, et tulit abominationes im-
ietatis. ℟ et ℣. Gloria. ✠ fecit. 2. Baral. 34.
Juli. 49.

Die VI. Septembris.

S. Magni abbatis.

Duplex 3. lect.

Oratio Sac. Leon.

upplices te rogamus, omnipotens Deus:
interventu beati Magni abbatis et tua
nobis dona multiplices; et tempora nostra
ffluonas. Per Dominum.

Lectio III.

Ex Walafrido Strabo in vita S. Galli
apud Mabillon. sec. II.

Magnus sive Magnoaldus diaconus erat
illi mári presbyteri apud arbónam, cum
unctus Gallus febri detentus illuc advenisset.
Quem presbyter cum omni charitatis obse-
quio suscipiens duobus clericis suis Magnoal-
o et Theodoro commendavit, ut omni cum
diligentia eius reparationi inservirent: in
eius quoque magisterium ambo se postea
addiderunt. Factus discipulus sancti Galli
Magnoaldus præter cæteras virtutes obedientia
maxime et fidei prædicatione excelluit.
Quando Columbano in monasterio Bobiensi

vita functo, beatus Gallus Magnum illuc misit, et quid de eo factum, diligentius inquireret: qui accepta a fratribus epistola et baculo Columbani, quem ille adhuc vivens Gallo transmittendum voluit, ad Magistrum suum reversus est. Post cujus obitum Magnoaldus Theodoro comite Campidonam profectus est, et relicto ibi Theodoro, ad Jaucas Juliarum alpium in via versus Augustana pervenit, ibique constructo monasterio, cum praedicatione sua plurimos ad fidem convertisset, sanctitate et miraculis clarus obiit circa annum Domini sexcentesimum sexagesimum quintum.

℟. Egredere de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram, quam monstrabo tibi: * faciamque te in gentem magnam, et benedicam tibi. ℣. Si vis perfectus esse, vade, vende, quae habes, et da pauperibus; et veni sequere me. * faciamque. ℣. Gloria. * faciamque. Gen. 12. Matth. 19.

Die VIII. Septembris.

Nativitas B. Mariae V.

Festivitas II. classis. 12. lect.

Cum octava minore.

ad I. Vesperas.

Antiphonae ex Matutinis.

Lectio Genes. 3.

Ait Dominus Deus ad serpentem: inimicitias ponam inter te et mulierem, inter semen tuum et semen illius: ipsa conteret caput tuum.

℟. br. Disposui testamentum electis meis: * juravi David servo meo:

℣. Usque in aeternum praeparabo semen tuum. Ps. 88.

Hymnus Clun. Sanct.

℣. Debitam morti sobolem crearat
Eva peccatrix: ℟ nova destinatur,
Quo sacro partu scelus atque mortem
Destruat, casta.

℣. Vipera serpentis fuit illa fraude,
Intimis viris recipit medullis: ℟
Vulnus hoc sanat, tumidique colla
Conterit anguis.

℣. Quo dolus cessit! Domita parente
Totius speral sobolis ruinam: ℟
Omnibus reddet soboles parentis
Una salutem.

℣. Sic tuo cedunt, Domino volente,
Dona: ℟ Dum grata vice per Mariam
Dolet antiquam nova vita mortem,
Gratia culpam.

℣. Diceris mater quoque nostra, virgo,
Te proba nostram pia virgo matrem: ℟
Efficax blandis precibus severum
Flectere Numen.

℣. Laus sit aterno tua Trinitati,
Quo laborantem miserata mundum ℟
Proximos Christi, pronube matre,
Nuntiat ortus. amen.

℣. Dominus dabit benignitatem:
℟. Terra nostra dabit fructum suum. Ps. 84.

De Magnif. ant. Egredietur virga de radice
ejus: ℟ et flos de radice ejus ascendet. Is. 11.

Oratio Sac. Gelas.

Divina nos, quæsumus Domine: sancta
Mariæ gloriosa intercessio; cujus etiam
ém, quo felix ejus est inchoata nativitas,
eminimus. Per Dominum.

Clausula hymnorum per octavam.

Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine: ℟
Cum Patre cumque Spiritu,
In sempiterna sæcula. amen.

Ad vigilias nocturnas.

Invit. Dominum, qui paravit sedem suam; * Venite adoremus. Ps. 102.

Hymnus Paris. Cos.

1. Laetis terra sonet plausibus, huic Dei
Mater virgo datur: * munere quo nova
Se rerum facies protinus exerit,
Pax mundo redit aurea.

2. Haec est illa domus, qua Deus advena
In terris habitat, digna Deo domus: *
Templum grande, quod propria manu
Summus condidit artifex.

3. Aureis aria vestus fulserit undique
Scintillans radiis: haec vacuas decent
Umbras: * interior Numinis ipsius
Aream nobilitas decet.

4. Non hic manna latet, legifer aut lapis,
Non virga sterilis: * Flos viget hic ferax
Virtutum, sacer hic panis Homo-Deus,
Hic legis residet dator.

5. Sit laus summa Patri summaque Filio,
Amborum sit idem Spiritui Deus: *
Arcanis habilem qui thalamum modis
Christo praeparat hospiti. amen.

In I. Nocturno antiphona.

1. In charitate perpetua dilexi te: * ideo
adificabo te, et adificaberis, virgo. Jer. 31.

2. Fundabo te in sapphiris: * et in justitia
fundaberis. Isa. 54.

3. Bonam te in superbiam seculorum, germen plantationis meae, * opus manuum
meae ad glorificandum. Isa. 60.

4. Sanctificabo tabernaculum testimonii; *
et habitabo in medio filiorum Israel. Exod. 29.

5. Civitas Dei, jam splendida fulgebis: *
et omnes fines terrae adorabunt in te
Dominum. Tob. 13.

. Si domo hai, quam elegi, * ponam nomen meum in sempiternum. 2. Paral. 33.
. Hoc requies mea,
. Hic habitabo, quoniam elegi eam. Ps. 131.
Lectiones quatuor cum suis R. R. de die currente.

In II. Nocturno antiphona.

. Venite, audite, et narrabo: * quanta fecit Deus animo meo. Ps. 65.
. Non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari: * sed ab omni pollutione peccati custodivit me. Judith 13.
. Direxit me in vulnera capitis * principis inimicorum nostrorum. ibid.
. Erit hoc memoriale nomini sui Domine: * cum manus femine dimicerit eum. ibid.
. Sicut lilium inter spinas, * sic amica mea inter filias. Cant. 2.
. Gloria eius ab utero electa concepta, * fundata in pulchritudine. Ecc. 9.
Fluminis impetus lætificat civitatem Dei:
. Sanctificavit tabernaculum suum altissimus. Ps. 45.

Lectio V.

Sermo sancti Petri Damiani Episcopi.

Serm. 46.

Nativitas beatissimæ et intemeratæ genitricis Dei, fratres charissimi, merito præcipuum singulare præbet hominibus gaudium, quæ ortus exhibuit humanæ salutis exordium. Cum enim omnipotens Deus ineffabili providentiæ suæ intuitu, antequam homo crearet, hominum periturum diabolica machinatione prævidit: si etiam redemptionis humanæ consilium ante sæcula in immensa deitatis suæ visceribus habuit. Et non solum qualiter redimeret, modum et ordinem in

profundissima sapientiæ suæ ratione constituit; verum etiam quando redimeret, certum temporis articulum præfinivit.

℟. Misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitia et pax osculatæ sunt: * etenim Dominus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum. ℣. Proposuit Deus in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia, quæ in cœlis, et quæ in terra sunt. * etenim. Ps. 84. 13. Ephes. 1.

Lectio VI.

Sicut ergo impossibile erat, ut humani generis redemtio fieret, nisi Dei Filius de virgine nasceretur: ita etiam necessarium fuerat, ut virgo, ex qua Verbum caro fieret, nasceretur. Oportebat quippe prius ædificari domum, in quam descendens cœlestis rex habere dignaretur hospitium. Quam videlicet, de qua per Salomonem dicitur: Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem. Septem namque virginalis hæc domus suffulta columnis exstitit, quia venerabilis mater Domini septem sancti Spiritus donis dotata fuit. quam utique æterna Sapientia, quæ attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter, talem construxit, quæ digna fieret illum suscipere, et de intemerato carnis suæ visceribus procreare.

℟. Cogitavi, ut ædificarem domum, in qua requiesceret arca fœderis Domini: * opus namque grande est, neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo. ℣. Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem. * opus. j. Paral. 28. 29. Prov. 9.

Lectio VII.

Mundo hodie profusis gaudiis totus ubique
terrarum orbis exultat; merito sancta
Ecclesia nascente Sponsi sui genitrice lau-
des alternat. Exultemus igitur in hac die,
dilectissimi; in qua dum beatissimæ vene-
ramur Virginis ortum, cunctarum etiam
novi Testamenti festivitatum celebra-
mus initium. Exultemus, inquam, in
hac die præcipua, et totis visceribus in
Domino delectemur: in quo dum Re-
demptoris nostri recolimus Matrem, reliqua-
rum festivitatum celebramus originem.
℣. Fundamentum ejus in montibus
sanctis: * gloriosa dicta sunt de te, civi-
tas Dei. ℟. Homo et homo natus
est in ea, et ipse fundavit eam Altissi-
mus. * gloriosa. ℣. 86.

Lectio VIII.

Quale, quantumque gaudium beate
Mariæ nativitas populo Christiano debet
afferre? in cujus uterum, velut rectis-
simum templum, Deus ipse descen-
dens et humanam naturam ex ea sus-
cipere, et cum hominibus dignatus est
visibiliter habitare. Licet enim et in
illud templum Salomonis Deus descendisse
credendus sit; in hoc tamen rationabili
sanctuario, hoc est, in beatissimæ Virgi-
nis utero, multo mirabilius, multoque
felicius dignatus est manere pro nobis, in
quo Verbum caro factum est, et habitavit
in nobis.
℣. Prope timentes Dominum salutare
ejus, ut inhabitet gloria in terra nostra.
℟. Veritas de terra orta est, et justitia
de cælo prospexit. ℟. Descendit sicut plu-
via in vellus, et sicut stillicidia stillantia

Super terram. * veritas. ℣. gloria. * veritas.
Ps. 84. et 71.

In III. Nocturno.

Ant. Viderunt eam filiæ, et beatissimam prædicaverunt eam: * regina, et laudaverunt eam. Cant. 6.

Canticum I. cant. 2.

Sicut lilium inter spinas, * sic amica mea inter filias.

Sicut malus inter ligna silvarum, * sic dilectus meus inter filios.

Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi: * et fructus eius dulcis gutturi meo.

Introduxit me in cellam vinariam: * ordinavit in me charitatem.

En dilectus meus loquitur mihi: * surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, et veni.

Dilectus meus mihi et ego illi: * qui pascitur inter lilia.

Canticum II. cant. 4: et 5.

Tota pulcra es amica mea, * et macula non est in te.

Veni de Libano sponsa mea, * veni de Libano, veni coronaberis.

Favus distillans labia tua sponsa, mel et lac sub lingua tua: * et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.

Hortus conclusus es soror mea sponsa, * hortus conclusus, fons signatus.

Veniat dilectus meus in hortum suum, * et comedat fructum pomorum suorum.

Veni in hortum meum soror mea sponsa: * messui myrrham cum aromatibus meis.

Ego dormio, et cor meum vigilat: * vox dilecti mei pulsantis:

peri mihi soror mea / amica mea: * co-
lumba mea / immaculata mea.

Canticum III. cant. 6.

Pulcra es amica mea / suavis et decora
sicut Jerusalem: * terribilis ut castro-
rum acies ordinata.

Una est columba mea / perfecta mea, *
una est matris suæ / electa genitrici
suæ.

Viderunt eam filiæ / et beatissimam
prædicaverunt: * regine / et laudave-
runt eam.

uæ est ista / quæ progreditur quasi aurora
confurgens: * pulcra ut luna, /
electa ut sol?

nt. Viderunt eam filiæ / et beatissi-
eam prædicaverunt: * regine / et laudave-
runt eam. cant. 6.

: Concupiscet rex decorem tuum:
: Quoniam ipse est Dominus Deus
tuus. Ps. 44.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli
ad Galatas. cap. 3.

Abraham credidit Deo / et reputatum est
i ad justitiam. Cognoscite ergo / quia qui
fide sunt / hi sunt filii Abrahæ. Præviden-
ens Scriptura / quia ex fide justificat gen-
es / prænunciavit Abrahæ: quia benedicen-
te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt /
nedicentur cum fideli Abraham. quicumque
im ex operibus legis sunt / sub maledicto
nt; Scriptum est enim: maledictus omnis /
i non permanserit in omnibus / quæ scripta
nt in libro legis / ut faciat ea. quoniam
Deum in lege nemo justificatur apud Deum /
nifestum est: quia justus ex fide vivit.

Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, vivet in illis.

℟. Dominus te elegit, * ut sis ei populus peculiaris, et faciat te excelsiorem in laudem et gloriam suam. ℣. Complacuit Domino in te, et terra tua inhabitabitur. * ut sis. Deut. 26. ff. 62.

Lectio X.

Abrahæ dictæ sunt promissiones et semini eius. non dicit: et seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno: et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico, testamentum confirmatum a Deo: quæ post quadringentos et triginta annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donavit Deus. quid igitur lex? propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris.

℟. Benedicam tibi, complens iuramentum, quod spopondi Abraham patri tuo: * ut benedicantur in semine tuo omnes gentes terræ. ℣. Ne timeas, invenisti enim gratiam apud Deum. * ut. Gen. 26. Luc. 1.

Lectio XI.

Conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus. Priusquam autem, quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quæ revelanda erat. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. Ubi autem venit fides, iam non sumus sub pædagogo: omnes enim filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Jesu. Si autem vos Christi: ergo semen

abraho essis, secundum promissionem
heredes.

℟. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus,
et habitabit cum eis: ipsi populus eius erunt,
* et ℣. ipse Deus cum eis erit eorum Deus.
℟. Ecce virgo in utero habebit, et pariet
filium: et vocabitur nomen eius Emanuel.
℣. ipse. apoc. 21. Matth. 1.

Lectio XII. cap. 4.

Dico autem: quanto tempore heres parvu-
lus est, nihil differt a servo, cum sit domi-
nus omnium; sed sub tutoribus et actu-
ribus est usque ad prefinitum tempus a
patre: ita et nos cum parvuli essemus, sub
elementis mundi eramus servientes. At
ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Fi-
lium suum, factum ex muliere, factum
sub lege, ut eos, qui sub lege erant redime-
ret, ut adoptionem filiorum reciperemus.
℟. Deus noster in me anilla sua adim-
plevit misericordiam suam, * quam pro-
misit domui Israel. ℣. Suscepit Is-
rael puerum suum, recordatus miseri-
cordiæ suæ. * quam. ℣. Gloria. * quam.
Judith. 13. Luc. 1.

Initium sancti Evangelii secundum
Matthæum. cap. 1.

Liber generationis Jesu Christi filii David,
filii Abraham. Abraham genuit Isaac,
Isaac autem genuit Jacob, Jacob autem genuit
Judam et fratres eius. Judas autem genuit
Phares et Zaram de Thamar, Phares autem
genuit Esron, Esron autem genuit Aram,
Aram autem genuit Aminadab. Aminadab

autem genuit Naasson, Naasson autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth, Obed autem genuit Jesse, Jesse autem genuit David regem. David autem rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Uriæ. Salomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit Abiam, Abias autem genuit Asa, Asa autem genuit Ezechiam Josaphat. Josaphat autem genuit Joram, Joram autem genuit Oziam, Ozias autem genuit Joatham, Joatham autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassen, Manasses autem genuit Amon, Amon autem genuit Josiam, Josias autem genuit Jechoniam et fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis Jechonias genuit Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud, Abiud autem genuit Eliacim, Eliacim autem genuit Azor, Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Matthan, Matthan autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Joseph, virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

Oratio ut infra.

Ad Laudes Matutinas et horas.

Antiphonæ.

1. Orietur stella ex Jacob, * et consurget virga de Israel. Num. 24.
2. Sicut lux aurora oriente sole, * mane absque nubibus rutilat. 2. Reg. 23.
3. Lux et sol ortus est, * et humiles exaltati sunt. Esth. 11.

℣. Quam pulcra es, et quam decora, carissima! ℟. in deliciis. Cant. 7.

℣. Alleluia. Ave gratia plena, Dominus tecum! ℟. benedicta tu in mulieribus. Luc. 1.

Lectio Baruch. 5.

Deus ostendet splendorem suum in te omni sub coelo est: nominabitur enim tibi nomen tuum a Deo: pax iustitiae et honor pietatis.

℣. Confessio et pulchritudo ℟. in conspectu eius:

℣. Sanctimonia et magnificentia in sanctificatione eius. Ps. 95.

Hymnus Dum. Sanct.

℣. Aurora, quae solem paris,
Et ipsa solis filia: ℟.
Quam splendidum, cum nascaris,
Affers diem mortalibus!

℣. Te luce sol vestit sua,
Tibique luna sternitur: ℟.
Aptata sauro vertici
Vestiunt coronam sidera.

℣. Te mille virtutum chori
Te turma cingit caelitum: ℟.
Ambit suo te numine
Qui te fecit matrem Deus.

℣. Ubi potens exercitus
Tu virgo terror hostium: ℟.
Te si obumbratam Deo
Pavent, tremuntque tartara.

℣. Cui labe nos infecerat,
Serpentis elidis caput: ℟.
Astrisque aeterno iacet,
Non iam timendus, vulnere.

℣. Hac virgo, quem genimus Deum
Venisse terris hospitem: ℟.
Per te manens nobis adhuc
Nostri fit hospes pectoris.

℣. Jesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine: ✠
Cum Patre atque Spiritu,
In sempiterna secula. amen.
℣. Omnis gloriæ eius filiæ regis ab intus:
℟. In fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Ps. 44.

Ad Benedict. ant. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, ✠ pulchra ut luna, electa ut sol? cant. 6.

Oratio Sac. Greg.

Supplicationem servorum tuorum Deus miserator exaudi: ut qui in nativitate Dei genitricis et virginis Mariæ congregamur, eius intercessionibus de instantibus periculis eruamur. Per eumdem Dominum.

Festum commemoratio S. Adriani Martyris.

Oratio Sac. Greg.

Gressa, quæsumus, omnipotens Deus: ut qui beati Adriani martyris tui natalitia colimus; a cunctis malis imminentibus eius intercessionibus liberemur. Per Dominum.

Ad Tertiam. Lectio cant. 6.

Una est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ, electa genitrici suæ: viderunt eam filiæ, et beatissimam prædicaverunt; reginæ, et laudaverunt eam.
℣. Vultum tuum deprecabuntur,
℟. Omnes divites plebis. Ps. 44.

Ad Sextam. Lectio Judi. 5.

Audite reges, auribus percipite principes: ego sum quæ Domino canam: cessaverunt fortes in Israel et quieverunt, donec surgeret mater in Israel. Salvata sunt reliquiæ populi, Dominus in fortibus dimicavit.
℣. Recordatus est misericordiæ suæ:

℣. Et veritatis suæ domui Israel. Ps. 97.

Ad Nonam. Lectio Isa. 60.

Lætans lætabor in Domino, et exultabit anima mea in Deo meo: quia indutit me vestimentis salutis, et indumento justitiæ circumdedit me.

℣. Deus præcinxit me virtute:

℣. Et posuit immaculatam viam meam. Ps. 17.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Tob. 13.

Civitas Dei luce splendida fulgebis; nationes ex longinquo ad te venient, et munera deferentes adorabunt in te Dominum, et in tua manu in sanctificationem habebunt, nomen enim magnum invocabunt in te.

℟br. Fundamenta ejus in montibus sanctis; ✱

Diligit Dominus portas Sion:

℣. Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei. Ps. 86.

Hymnus: Ave maris stella. ex II. Vesp. Assumptionis.

℣. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus:

℟. Deus in medio ejus, non commovebitur. Ps. 45.

Ad Magnif. ant. In me ancillam suam adimplevit Dominus Deus noster misericordiam suam, ✱ quam promisit domui Israel. Judith. 13.

Hodie commemoratio S. Gorgonii M.

Oratio Sac. Gelas.

Sanctus tuus, Domine, Gorgonius nos intercessione letificet: et pia facias solemnitate gaudere. Per Dominum.

Die IX. Septembris.

De octava Nativitatis.

Semiduplex 3. Lect.

Officium ut in festo, antiphona nocturnorum de psalterio.

In I. Nocturno.

℣. Hæc requies mea:
℟. Hic habitabo, quoniam elegi eam. Ps. 131.

Lectio III.

Sermo sancti Petri Chrysologi.

Serm. 143.

Videtis, quibus est virgo oppignorata muneribus. Ave gratia plena. Hoc est gratia, quæ dedit cœlis gloriam, terris Deum, fidem gentilibus, finem vitiis, vitæ ordinem, moribus disciplinam. Hanc gratiam detulit Angelus, accepit virgo, salutem sæculis reddidura. Ave gratia plena. Quia singulis gratia est large data per partes: Maria vero simul se totam dedit gratiæ plenitudo. Omnes, in quit Evangelista, de plenitudine eius accepimus. unde et David dixit: Descendit sicut pluvia in vellus. Vellus cum sit de corpore, nec sit corporis passiones: sic virginitas cum sit in carne, vitia carnis ignorat. Benedicta tu in mulieres. Vere benedicta virgo, quæ et virginitatis possidet Deum, matris et perdidit dignitatem. Vere benedicta, quæ et superni conceptus meruit gratiam, et sustulit integritatis coronam. Vere benedicta, quæ et divini germinis suscepit gloriam, et regina totius exstitit castitatis. Vere benedicta, quæ fuit maior cœlo, fortior terra, orbe latior; nam Deum, quem mundus non capit, sola capit: portavit eum, qui portat orbem, genuit genitorem suum, nutrivit omnium viventium nutritorem.

℟. Exultate in Lætitia Jacob, personate et canite, quia creavit Dominus novum super terram: ✠ femina circumdabit virum. ℣. Sacramentum, quod aliis generationibus

…on est agnitum; nunc revelatum est.
… semina. ℣. Gloria. ℟ semina. Cor. 3. Ephes. 5.

In II. Nocturno.

Lectio Euli. 24.

…ransite ad me omnes, qui concupiscitis me,
…a generationibus meis implemini: spiri-
…us enim meus super mel dulcis, et hereditas
…ea super mel et favum; memoria mea
…in generationes seculorum.
℣. Magnificate Dominum mecum:
℟. Et exaltemus nomen eius in idipsum. Ps. 33.

Oratio Clun.

…us, qui secundum propositum voluntatis
…tui mundum tibi reconciliare voluisti:
…rotege quesumus, ut qui nativitatem vir-
…ginis Marie, de qua natus est nobis Chri-
…stus Saluator, cum gaudio celebramus;
…ipsam quam Filius operatus est salutem,
…Matris intercessione consequamur. Per
…eundem Dominum.

Hec oratio dicitur semper infra octavam.
… matutinis fit commemoratio S. Gorgonii M.
…Vespere de sequenti, commemoratio octave.

Die X. Septembris.

S. Vincentii abbatis,
et Sociorum Martyrum.
Duplex 3. lect.

Oratio Sacr. Leon.

…e nobis Domine, fidei tue miseratus aug-
…mentum: ut quo sanctos martyres tuos
…Vincentium abbatem et socios eius mona-
…chos usque ad sanguinem retenta glorifi-
…cati, nos etiam instificet per eorum hanc
…sequentes. Per Dominum.

Lectio III.

Ex antiquo brev. Sacr. apud Mabillon.

Hispaniæ rex arianus Vincentium abbatem
cœnobii in suburbio Legionis urbis sub Sti
Benedicti regula, virum orthodoxæ fidei ob-
servantissimum, adse in concilium, quod congre-
gaverat, adductum gravissima obiurgatione
increpuit, quod in arianorum dogma non
consentiret. Cui cum Vincentius respon-
disset, præstare mori, quam catholicam fidem
deserere, quam Vicena synodus sua autori-
tate adprobasset: hujusmodi responso in
iram versus rex spoliatum Vincentium in
medio concilii flagris crudeliter cædi impe-
rat. Postridie productus in concilium
altissima voce coram omnibus symbolum,
quo arianorum hæresis damnata est, cum
recitasset, morti addictus. Jussit autem
rex, ut ante sui cœnobii fores occideretur.
Quem dum occidendum duxerunt, ipse
Christi in cruce pendentis verba repetit:
pater ignosce illis, quia nesciunt quid fa-
ciunt. Unde quidam ex circumstantibus
gladio ingenti vulnere caput illius perus-
sit, quo idem cornens spiritum Domino
tradidit. Abbatem suum postea secuti sunt
Ramirus prior et duodecim ejusdem cœnobii
monachi, ab eisdem arianis crudeliter tru-
cidati, circa annum Christi quingentesimum
octogesimum quartum.

℟. Omnis, quicunque confessus fuerit me
coram hominibus, ✠ et ✠ Filius hominis
confitebitur illum coram angelis Dei.
℣. Quisquis confessus fuerit, quoniam
Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, et
ipse in Deo. ✠ et. ℣. Gloria. ✠ Filius. Luc. 12.
1. Joan. 4.

In Matutinis fit commemoratio octavæ.
Vespere de sequenti, commemoratio proce-
dentis tantum.

Die XI. Septembris.

S. Felicis et Regulæ Martyrum.

Festivitas II. classis. 12. lect.

Cum octava minore.

ad I. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio Br. br. et hymnus de communi Martyrum.

℣. Viriliter agite, et confortetur cor vestrum.

℟. Omnes, qui speratis in Domino. Ps. 30.

ad Magnif. ant. Custodiunt Dominum, qui custodiunt mandata illius, ✠ et patientiam docebunt usque ad inspectionem illius. Eccli. 2.

Oratio Sacr. Leon.

Omnipotens sempiterne Deus, qui sanctis tuis Felici et Regulæ non solum credere in Filium tuum, sed etiam pro eodem patibulo donasti: nostro quoque fragilitati divinum præbende subsidium; ut misericordiam semiternam, pro qua illi felices animas exhauserunt, nos saltem sincera confessione mereamur. Per Dominum.

ad Vigilias nocturnas.

Omnia de communi Martyrum, præter sequentia. Lectiones quatuor I. nocturni cum suis RR. de die currente.

In II. et Nocturno.

Lectio V.

Ex martyrologio B. Notkeri.

Felix et soror eius Regula de consortio Mauritii et Sociorum eius, per vasta eremi, quæ Daröna (seu Glaröna) vocatur, tendentes, in partes Germaniæ devenerunt, et in quodam loco iuxta fluvium Lindimacum subsistentes, vigiliis precibusque cum omni pietatis studio operam dabant.

B. O.

B. a. 7.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Dum hæc a sanctissimis agerentur Germanis, adsunt nuntii ab impiissimo Maximiano directi, ut Sanctos Dei vel idolis sacrificare compellerent, vel tormentis eos variis punire non differrent.

℟. Æmulatores estote legis, et date animas vestras pro testamento patrum vestrorum: * et accipietis gloriam magnam et nomen æternum. ℣. Vigilate, state in fide, viriliter agite, et confortamini. * et. 1. Macch. 2. 1. Cor. 16.

Lectio VI.

Beati igitur Martyres sacrilegis petitionibus fiducialiter resistentes, Sociosque Sanctorum Mauritii, Exuperii, Candidi ac Victoris confitentes, in ferreas rotas igne candentes alligantur, et ineffabilibus insuper tormentis excruciantur. At beatissima Regula super ferventem picem imposita est, cui etiam bullientis plumbum adpotandum a carnifice dari est præceptum. Cumque nullis supplitiorum acerbitatibus a Christo divelli potuissent, jussa sunt eis capita amputari. quo facto truncati Martyres abscisa capita suis manibus baiulantes a loco, ubi decollati sunt, cubitis quinquaginta deportaverunt.

℟. Quid quæris, et quid vis discere a nobis! * paratissimus mori magis, quam patrias Dei leges prævaricari. ℣. Præcepit nobis Dominus, ut faciamus omnia legitima hæc, et timeamus Dominum Deum nostrum. * parati. 2. Mach. 7. Deut. 6.

Lectio VII.

Sermo sancti Petri Damiani Episcopi.

Hodierna festivitas in honore beatorum Martyrum Felicis et Regulo venerabiliter colitur, et quasi duobus amoenis sideribus eorum dies natalitius illustratur. Hoc plane geminum sidus si diligenter attendimus, per hujus vitae pelagus navigantes errare non possumus, sed post emensa fluctuum procellarumque discrimina ad finem quieti portus cum gaudio pervenimus. Pergunt uterque simul ad lauream; et praecedentes nos, si non consequi negligimus, provocant ad coronam. Omnes enim, quium que non segnes, sed ferventes, et agiles ad patriam properant, non in itinere resupini figunt, sed pergentes assidue de virtutibus in virtutes, de bonis ad meliora contendunt. Nec in hujus peregrinationis itinere cives se vel habitatores ostendunt, sed velut hospites semper et exules transeunt.

℣. Tantam habentes impositam nubem testium, ℟. per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. ℣. Non enim hic habemus manentem civitatem, sed futuram inquirimus. ℟. per patient.

Hebr. 12. et 13.

Lectio VIII.

Beata germanitas, quae non potuit in pretiosae mortis genere separari, pares in poena, coaequales in gloria. Nulla in istis diversitas, quos nimirum et non disparat vita confoederat, et individuae charitatis una unitas conflat. una ipsis est via, una concupiscentia, simul gradientes perveniunt ad coronam. Hi

profecto nunc micantes gemmæ, et rutilantes
sunt margaritæ, quæ in imperatoris æterni
diademate radiant, et inter ignitos superni
Jerusalem lapides inextinguibili splendore
coruscant. Tanto quippe nunc sunt eminen-
tioris gloriæ claritate conspicui, quanto
graviori fuerunt rabidi persecutoris imma-
nitate depressi. Igitur de pœnis ad gloriam,
de certamine translati sunt ad coronam. Ipse
nimirum eis factus est præmium, cum re-
cepit, quibus pro eis obtulerat pretium, cum
redemit.

℟. Ruent in gladio et in flamma, * ut
conflentur, et digantur, et dealbentur usque
ad tempus præfinitum. ℣. Uram eos, sicut
uritur argentum; et probabo eos, sicut pro-
batur aurum. * ut. ℣. gloriâ. * ut. Dan. ii.
Zach. 13.

In III. Nocturno.

ant. Cantica et ℣. de communi.

Lectio IX.

De epistola beati Pauli apostoli ad
Hebræos. cap. 10.

Rememoramini pristinos dies, in quibus
illuminati magnum certamen sustinuistis
passionum: et in altero quidem opprobriis
et tribulationibus spectaculum facti: in
altero autem socii taliter conversantium
effecti. Etenim et vinctis compassi estis, et
rapinam bonorum vestrorum cum gaudio
suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem
et manentem substantiam.

℟. A verbis viri peccatoris ne timueritis,
confortamini, et viriliter agite in lege: *
quia in ipsa gloriosi eritis. ℣. Donum bonum
tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis.
* quia. 1. Mach. 2. Prov. 4.

Lectio X.

Nolite itaque amittere confidentiam
vestram, quæ magnam habet remune-
rationem. Patientia enim vobis necessa-
ria est, ut voluntatem Dei facientes re-
portetis promissionem. Adhuc enim mo-
dicum aliquantulum, qui venturus
est, veniet, et non tardabit. Justus autem
meus ex fide vivit: quod si subtraxerit
se, non placebit animæ suæ. Nos autem
non sumus subtractionis filii in perditio-
nem, sed fidei in adquisitionem animæ.
℟. Dominus Deus aspiciet veritatem et
consolabitur in nobis: * rex mundi defunc-
tos nos pro suis legibus in æterno vitæ re-
surrectione suscitabit. ℣. Dominus gratiæ
modicum passos ipse perficiet, confirmabit,
solidabitque. * rex. 2. Mauk. 7. 1. Petr. 5.

Lectio XI. cap. 11.

Sancti per fidem vicerunt regna, ope-
rati sunt justitiam, adepti sunt repro-
missiones, obturaverunt ora leonum.
Extinxerunt impetum ignis, effugerunt
aciem gladii, convaluerunt de infirmi-
tate, fortes facti sunt in bello, castra
verterunt exterorum: acceperunt mulie-
res de resurrectione mortuos suos: alii
autem distenti sunt, non suscipientes re-
demptionem, ut meliorem invenirent
resurrectionem.
℟. Tradiderunt corpora sua, * ne servi-
rent, et ne adorarent omnem deum,
excepto Deo suo. ℣. Constantes effecti
sunt, et pro legibus mori parati. * ne.
Dan. 3. 2. Mach. 8.

Lectio XII.

Alii vero cudibria et verbera experti,
insuper et vincula, carceres: lapidati
sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione

gladiũ morbuì sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus et speluncis, et in cavernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati sunt.

℟. Vicerunt propter sanguinem agni et propter verbum testimonii sui, * Et non dilexerunt animas suas usque ad mortem.

℣. Modico dolore sustentati, sub testamento eterno vitæ effecti sunt. * Et non. ℣. gloria. Et non. apoc. 12. 2. Mach. 8.

Evangelium Descendens Jesus. de communi.

Ad Laudes Matutinas et horas.

Antiphonæ.

1. Justi in perpetuum vivent: * et apud Dominum est merces eorum. Sap. 5.
2. Etsi coram hominibus tormenta passi sunt: * spes illorum immortalitate plena est. Sap. 2.
3. In paucis vexati in multis bene disponentur: * quoniam Dominus tentavit eos, et invenit illos dignos se. ibid.
4. ad Cant. Cui fronte obtulistis animas vestras ad periculum: * benedicite Domino. Judic. 5.
5. Vicerunt propter sanguinem agni, * et propter verbum testimonii sui. apoc. 12.

Lectio apoc. 6.

Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, et propter testimonium quod habebant: et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ.

℟. br. In humilitate nostra * memor fuit nostri Dominus:

℣. Et redemit nos ab inimicis nostris. Ps. 135.

Hymnus de communi.

℣. Salvasti nos de affligentibus nos:
℟. Et in nomine tuo confitebimur in sæculum. Ps. 112.

Ad Bened. ant. Non inquinaverunt vestimenta sua: * ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Apoc. 3.

Et fit commemoratio SS. Proti et Hyacinthi Martyrum.

ant. Elegerunt magis mori quam coinquinari, et noluerunt infringere legem Dei sanctam: * et tumidati sunt. 1. Mach. 1.

℣. Beati immaculati in via:
℟. Qui ambulant in lege Domini. Ps. 118.

Oratio Sac. Greg.

Beatorum Martyrum tuorum Proti et Hyacinthi nos Domine foveat pretiosa confessio: et pia nigiter intercessio tueatur. Per Dominum.

Ad Tertiam. Lectio Rom. 5.

Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem: spes autem non confundit.
℣. Non derelinquet Dominus Sanctos suos:
℟. In æternum conservabuntur. Ps. 36.

Ad Sextam. Lectio 2. Cor. 4.

Quod in præsenti est momentaneum, et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.
℣. Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti:
℟. Annis, quibus vidimus mala. Ps. 89.

Ad Nonam. Lectio 2. Cor. 4.

pro omnibus tribulationem patimur sed non angustiamur: semper enim nos qui vivimus in mortem tradimur propter Jesum, ut et vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali.

℣. Propter te Domine mortificamur tota die:

℟. Estimati sumus sicut oves occisionis. Ps. 43.

Ad II. Vesperas.

Antiphona ex Matutinis.

Lectio apoc. 20.

Vidi sedes, et sederunt super eas, et judicium datum est illis: et animas decollatorum propter testimonium Jesu, et propter verbum Dei: et vixerunt, et regnaverunt cum Christo.

℟. br. Judicabunt nationes, * et dominabuntur populis:

℣. Et regnabit Dominus illorum in perpetuum. Sap. 3.

Hymnus de communi.

℣. Pretiosa in conspectu Domini,

℟. mors Sanctorum ejus. Ps. 115.

Ad Magnif. ant. Circuierunt in solitudinibus errantes, in montibus et speluncis, et in cavernis terræ: * et testimonio fidei probati sunt. Hebr. 11.

Et fit commemoratio octavæ nativitatis, sicut de ea fiat die sequente.

Die XII. Septembris.

De octava Nativitatis.

Semiduplex S. Cat.

In I. Nocturno.

℣. Fundamenta ejus in montibus sanctis:

℟. Diligit Dominus portas Sion. Ps. 86.

Propr. de S. 46.
B. O.

361. 3.

B. A. 8.

Lectio III.

Sermo sancti Joannis Damasceni.
In nativ. B. M.

Hodie gentes omnes, omne hominum genus, omnes cuiusvis linguæ, ætatis ac dignitatis orbis universi. Lætitiæ natalem lætis animis celebremus: Deiparæ natalem complectamur, per quam mortalium genus redintegratum est, per quam primigenia nativis suo more in lætitiam mutatus est. Etenim illa per divinam sententiam hoc audivit: in dolore paries liberos; hoc: ave gratia plena; illa: ad virum conversio tua; hoc: Dominus tecum. Hodie sterilis porta aperiuntur, virginea ac divina ianua prodit, ex qua per quam Deus, qui rebus omnibus superior est, in orbem terrarum corporaliter introivit. Hodie de radice Jesse virga orta est, ex qua mundo flos divinitus existens ascendit. Hodie ex terrena natura cœlum in terra ille condidit, qui olim firmamentum ex aquis finxerat, atque in altum extulerat: ac sane hoc illo longe divinius est. Etenim qui in illo condidit solem, ex hoc ipso iustitiæ Sol ortus est.

℣. In sole posuit tabernaculum suum: ℟. ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. ℣. Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere. et. ℣. Gloria. ℟. ipse. Ps. 18. Gal. 4.

Hodie commemoratio octavæ S. Felicis p.
ex festo.

Oratio Sacr. Greg.

Fraterna nos, Domine, Martyrum tuorum Felicis et Reguli corona lætificet: quod et fidei nostræ probet incrementa virtutum; et multiplici suffragio nos consoletur. Per Dominum.

Et dicitur per hanc octavam.

Vespere de sequenti, commemoratio solius octavæ SS. Martyrum.

Die XIII. Septembris.

Festum Dominis B. Mariæ V.

Duplex majus. 12. lect.

Sivero hodiè fit Dominica, celebratur pridie.

Omnia fiunt ex festo Nativitatis, præter sequentia.

In I. Vesp. ad Magnif. ant. Missus est Angelus a Deo ad virginem desponsatam viro: * Et nomen virginis Maria. Luc. 1.

Oratio brev. Rom.

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut fideles tui, qui sub sanctissimæ Virginis Mariæ nomine et protectione lætantur, ejus pia intercessione a cunctis malis eruantur liberentur in terris, ad gaudia æterna perveniri mereantur in cœlis. Per Dominum.

Et non fit commemoratio de nativitate in toto officio, sed de octava SS. Felicis &c. tantum.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Sermo Sancti Bernardi abbatis.

ex hom. 2. super missus.

Loquamur pauca super hoc nomine (Maria), quod interpretatum Maris stella dicitur, et matri virgini valde convenienter aptatur. Ipsa namque aptissime sideri comparatur. quia sicut sine sui corruptione sidus suum emittit radium, sic absque sui læsione virgo parturit filium. Nec sideri radius suam minuit claritatem, nec Virgini Filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Jacob orta, cujus radius universum orbem illuminat, cujus splendor et profulget in Supernis, et inferos penetrat, terras etiam

perlustrans, & caleficiens magis mentes, quam corpora, fouet virtutes, excoquit vitia. Ipsa est, inquam, illa præclara eximia stella, super hoc mare magnum & spatiosum necessario sublevata, micans meritis, illustrans exemplis.

Lectio VI.

Quisquis te intelligis in huius seculi procellis magis inter procellas & tempestates fluctuare, quam per terram ambulare, ne avertas oculos a fulgore huius sideris, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariam. Si iactaris superbiæ undis, si ambitionis, si detractionis, si æmulationis, respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut avaritia, aut carnis illecebra navicularn concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientiæ fœditate confusus, iudicii horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abysso, cogita Mariam.

Lectio VII.

In periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat a corde: & ut impetres eius orationis suffragium, non deseras conversationis exemplum. Ipsam sequens non devias, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans non erras, ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propitia pervenis: & sic in te ipse experiris, quam merito dictum sit: & nomen virginis Maria.

Lectio VIII.

Hoc quidem venerabile nomen, iam pridem in quibusdam Christiani orbis partibus speciali ritu cultum, Innocentius undecimus Romanus pontifex ob insignem victoriam sub eiusdem virginis Mariæ præsidio de immanissimo Turcarum tyranno, cervicibus populi christiani insultante, Viennæ in Austria partam, et in perenne tanti beneficii monumentum in ecclesia universali singulis annis Dominica infra octavam nativitatis eiusdem beatissimæ Virginis celebrari præcepit.

Sequentia sancti Evangelii
secundum Lucam. cap. j.

In illo tempore: Missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit: ave gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. quæ cum audisset, turbata est, et cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei: ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Jesum. Hic erit magnus, et Filius altissimi vocabitur: et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius: et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi

obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur
ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Et
ecce Elisabeth cognata tua, et ipsa concepit
filium in senectute sua: et hic mensis sex-
tus est illi, quae vocatur sterilis: quia non
erit impossibile apud Deum omne verbum.
Dixit autem Maria: ecce ancilla Domini,
fiat mihi secundum verbum tuum.

℣. Bened. ant. Benedictus Dominus,
quia nomen tuum ita magnificavit: ℟
ut non recedat laus tua de ore hominum.
Judith 13.

℣. Magnif. ant. Benedicta tu a Deo
tuo: ℟ quoniam in omni gente, quae
audierit nomen tuum, magnificabitur
super te Deus Israel. Judith 13.

Vesperae de sequenti, commemoratio
praecedentis tantum.

Die XIV. Septembris.

Exaltatio S. Crucis.

Solemnitas II. classis. 12. lect.

Ad I. Vesperas.

Antiphonae ex matutinis.

Lectio Galat. 3.

Christus nos redemit de maledicto legis,
factus pro nobis maledictum, quia scrip-
tum est: maledictus omnis in ligno, ut
in gentibus benedictio Abrahae fieret
in Christo Jesu.

℟. br. Dicite in gentibus: ℟ quia Do-
minus regnavit:
℣. Judicabit populos in aequitate. ℟. gs.

Hymnus Fortunati
ex correct. Rom.

Toni diurni de octava.

℣. Vexilla Regis prodeunt,
Fulget crucis mysterium: ✠
Qua vita mortem pertulit,
Et morte vitam protulit.

℣. Quæ vulnerata lanceæ
Mucrone diro, ✠ criminum
Ut nos lavaret sordibus,
Undam profluit cum sanguine.

℣. Impleta sunt, quæ concinit
David fideli carmine: ✠
Dicendo nationibus,
Regnavit a ligno Deus.

℣. Arbor decora et fulgida,
Ornata Regis purpura: ✠
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.

℣. Beata, cuius brachiis
Sæcli pependit victima: ✠
Statera facta corporis,
Tulitque prædam tartari.

Hic genuflectitur.

℣. O crux! ave spes unica
In hac triumphi gloria: ✠
Piis adauge gratiam,
Reisque pone veniam.

℣. Te fons salutis, Trinitas,
Collaudet omnis Spiritus: ✠
Quibus crucis victoriam
Largiris, adde præmium. amen.

℣. Notam fecisti in populis virtutem
tuam:
℟. Redemisti in brachio tuo populum
tuum. Ps. 76.

Ad Magnif. ant. Ecce levabo ad gentes manum meam: ✠ et ad populos exaltabo signum meum. Isa. 49.

Oratio Sacr. gelas.

Deus, qui nos hodierna die Exaltationis
Sanctæ crucis annua solemnitate lætificas:
præsta, quæsumus; ut cujus mysterium in
terra cognovimus, ejus redemtionis præmia
in cœlo mereamur. Per eumdem Dominum.
Absit commemoratio præcedentibus tantum.

Ad Vigilias Nocturnas.

Invit. Jesum, qui crucifixus est,* Venite
adoremus. Matth. 28.

Hymnus Cruc. Sanct.

1. Signum novi crux fœderis,
Crux orbis arca naufragi:*
Cum jam perimus, in ratis
In tuta transfers littora.

2. Punire promtus crimina
Reos sequens vultor Deus:*
Nil est, fatt affectu tuo,
Gras et oblivisceris.

3. Lethale si vulnus ferat
Infernus anguis morsibus:*
Tui modo te viderint,
Repente tu mederis.

4. Ara subdita par Deo
Sese libavit hostia:*
Hac sede Dei Filius
Placavit orator Patrem.

5. Crux sancta, crux amabilis,
Crux tincta Christi sanguine:*
Hauire da nos largius
Vitam Dei de funere.

6. Te fons salutis, Trinitas,
Collaudet omnis Spiritus:*
Quibus crucis victoriam
Largiris, adde præmium. amen.

In I. Nocturno antiphona.

1. Levabit Dominus signum in nationes:*

et congregabit profugos Israel. Isa. ii.

2. Radix Jesse, qui stat in signum populorum: * ipsum gentes deprecabuntur. ibid.

3. Ab initio, cum perirent qui super gigantes, * Spes orbis terrarum ad ratem confugit. Sap. xiv.

4. Cum aqua delere terram, sanavit iterum Sapientia, * per contemptibile lignum iustum gubernans. Sap. x.

5. Quoniam potens es Domine ex omnibus salvare, * exiguo signo homines liberati sunt. Sap. xiv.

6. A ligno indulcata est aqua amara, * Edidit hominibus scientiam altissimus, honorari in mirabilibus suis. Eccli. 38.

℣. Deus Rex noster ante secula:

℟. Operatus est salutem in medio terræ. Ps. 73.

Lectiones quatuor cum suis ℟℟. de die currente.

In II. Nocturno antiphona.

1. Morsibus colubrorum exterminabantur: * Sed ad correptionem in breve turbabantur, signum habentes salutis. Sap. 16.

2. Filios tuos draconum venenatorum non vicerunt dentes: * misericordia enim tua adveniens sanabat illos. Sap. 16.

3. Qui convertebatur, non per hoc, quod videbat, sanabatur: * Sed per te omnium Salvatorem. ibid.

4. In hoc ostendisti inimicis nostris, quia tu es, qui liberas ab omni malo. ibid.

5. Benedictum est lignum: * per quod fit justitia. Sap. xiv.

6. In medio sancto Jerusalem lignum vitæ: * Et folia eius ad sanitatem gentium. Apoc. 22.

℣. Misit Dominus verbum suum, et sanavit eos:

℟. Et cepit eos de interitionibus eorum. Ps. 106.

Lectio V.

Ex Paris. brev.

Chosroes Persarum rex, extremis Phocæ imperii temporibus, Ægypto et Africa occupatis ac Jerosolyma capta, multisque ibi Christianorum millibus partim cæsis, partim in captivitatem cum Zacharia Patriarcha abductis, crucem etiam Dominicam quam Helena in monte Calvario collocarat, post innumeras distributiones tribus tantum reliquis portionibus conflatam, in Persidem asportavit, anno Christi sexcentesimo decimo quarto.

℟. Pugnaverunt Philisthiim, et cæsus est Israel, et facta est plaga magna nimis: ✠ et aria Dei capta est. ℣. Pugnavit rex contra Israel, et victor existens duxit ex eo prædam. ✠ et aria. 1. Reg. 4. Num. 21.

Lectio VI.

Heraclius, qui iam ab annis quatuor Phocæ successerat, etiam persequentes annos multis belli incommodis et de calamitatibus affectus, pacem bis a Chosroa petiit: sed hanc ille pertinaciter utraque vice denegavit, nisi crucifixo abnegato sol adoraretur a Romanis. quam impietatem detestatus Heraclius, implorato Dei auxilio, bellum quasi sacrum suscepit, militesque ad martyrium hortatus, signa cum hoste contulit.

℟. Voluntua mutare promissa, et delere hereditatem tuam, atque extinguere gloriam templi et altaris tui: ✠ memento Domine, et ostende te nobis in tempore tribulationis nostræ. ℣. Civitas sanctificationis facta est deserta, et omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. ✠ memento. Esther 14. Vers. 6.

Propr. de SS. 47.
B. D.

B. A. g.

obg.

IIII.

Lectio VII.

Post diuturnum itaque bellum, anno demum sexcentesimo vigesimo septimo exacto, Persas ingenti prælio superavit. Victus Chosroes in fuga, qua traücere tigrim parabat, occidarsen filium socium regni designat. Quam contumeliam cum Siroes Chosroe natu maior filius egre ferret, patre simul et fratre interemtis, regno Persarum potitus est, pacemque cum Heraclio fecit quibusdam conditionibus, quarum ea prima fuit, ut Crucem Domini restitueret.

℟. Rex et omnes maiores natu ierunt ad deportandam arcam fœderis Dominicam Lætitia: ✠ et ✝ attulerunt arcam Dei et constituerunt eam in medio tabernaculi. ℣. Surge Domine in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuæ. ✝ attulerunt. j. Paral. 15. Ps. 132.

Lectio VIII.

Captivos itaque, imprimis Zachariam Patriarcham, dimisit, restitutis etiam Crucis sanctæ particulis, quarum theca argentea integra, illoque sigilla ipse Patriarcha agnovit. Igitur Crux sancta quatuordecim post annos, quam venerat in Persarum potestatem, recepta est: et delata primum Constantinopolim, et anno sequente Jerosolymam in locum pristinum restituta est, adeque deo de victoriis gratia. Exinde Exaltationis sanctæ Crucis festivitas, quæ hac die quotannis agebatur, celebrior haberi cœpit.

℟. Benedixit rex populo, in nomine Domini exercituum, dixitque: ✠ ante Dominum vilior fiam plus quam factus sum, et ero humilis in oculis meis, et gloriosior apparebo.

℣. Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi. * ante. ℟. gloria. * ante. 2. Reg. 6. Gal. 6.

In III. Nocturno.

Ant. Ego autem in Domino gaudebo: * et exultabo in Deo Jesu meo. Hab. 3.

Canticum I. 1. Paral. 16.

Cantate Domino omnis terra: * annuntiate ex die in diem salutare ejus:
Narrate in gentibus gloriam ejus: * in cunctis populis mirabilia ejus.
Quia magnus Dominus et laudabilis nimis: * et horribilis super omnes deos.
Omnes enim dii populorum idola; * Dominus autem cœlos fecit.
Confessio, et magnificentia coram eo: * fortitudo et gaudium in loco ejus.

Canticum II.

Afferte Domino familiæ populorum: * afferte Domino gloriam et imperium.
Date Domino gloriam nomini ejus, levate sacrificium, et venite in conspectu ejus: * et adorate Dominum in decore sancto.
Commovcatur a facie ejus omnis terra: * ipse enim fundavit orbem immobilem.
Lætentur cœli et exultet terra: * et dicant in nationibus, Dominus regnavit.
Tonet mare et plenitudo ejus: * exultabunt agri, et omnia quæ in eis sunt.
Tunc laudabunt ligna silvarum coram Domino: * quia venit judicare terram.

Canticum III.

Confitemini Domino, quoniam bonus: * quoniam in æternum misericordia ejus.
Dicite: salva nos Deus Salvator noster: * et congrega nos, et erue de gentibus.
Ut confiteamur nomini sancto tuo: * et exultemus in carminibus tuis.

Benedictus Dominus Deus Israel, * ab aeterno usque in aeternum.
Et dicat omnis populus, amen, * et hymnum Domino.
Ant. Ego autem in Domino gaudebo, * et exultabo in Deo Jesu meo. Hab. 3.
℣. Salvasti nos de affligentibus nos:
℟. Et odientes nos confudisti. Ps. 43.

Lectio IX.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. cap. 1.

Non misit me Christus baptizare, sed evangelizare, non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, iis autem qui salvi fiunt, id est, nobis Dei virtus est. Scriptum est enim: perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor huius seculi? nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?

℟. Vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi, qui fecit utraque unum: * ut reconciliet ambo in uno corpore per crucem. ℣. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. * ut. Eph. 2. Joan. 3.

Lectio X.

Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes. Quoniam et Judaei signa petunt, et Graeci sapientiam quaerunt: nos autem praedicamus Christum crucifixum, Judaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Judaeis atque Graecis Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus;

et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.
℟. Qui peccatum non fecit, peccata nostra
ipse pertulit in corpore suo super lignum: ✠
ut peccatis mortui iustitiæ vivamus. ℣.
Disciplina pacis nostræ super eum, et livore
ejus sanati sumus. ✠ ut. j. Pet. 2. ifa. 53.

Lectio XI.

Quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut con-
fundat sapientes: et infirma mundi elegit
Deus, ut confundat fortia: et ignobilia mundi,
et contemtibilia elegit Deus, et ea quæ non
sunt, ut ea, quæ sunt, destrueret: ut non glo-
rietur omnis caro in conspectu ejus. Ex ipso
autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est
nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctifi-
catio, et redemtio, ut quemadmodum scrip-
tum est, qui gloriatur, in Domino glorietur.
℟. Vetus homo noster simul crucifixus est, ✠
ut destruatur corpus peccati, et ultra non
serviamus peccato. ℣. Christo igitur passo
in carne, et vos eadem cogitatione armā-
mini. ✠ ut. Rom. 6. j. Pet. 4.

Lectio XII. cap. 2.

Et ego cum venissem ad vos, veni non in
sublimitate sermonis aut sapientiæ, an-
nuntians vobis testimonium Christi. Non
enim judicavi me scire aliquid inter vos,
nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum.
Sapientiam autem loquimur inter per-
fectos; sapientiam vero non hujus sæculi,
neque principum hujus sæculi, qui destru-
untur; sed loquimur Dei sapientiam in
mysterio, quæ abscondita est, quam nemo prin-
cipum hujus sæculi cognovit; si enim cog-
novissent, nunquam Dominum gloriæ
crucifixissent.
℟. Gratias Deo, qui eripuit nos de potestate

tenebrarum, & transtulit in regnum filii dilectionis sue: * in quo ℣. habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum. ℟. Complacuit per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem Crucis eius. * in quo. ℣. gloria. ℣. habemus. Col. j.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. cap. 12.

In illo tempore: dixit Jesus turbis Judeorum: nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat, significans, qua morte esset moriturus. Respondit ei turba: nos audivimus ex lege, quia Christus manet in aeternum: & quomodo tu dicis: oportet exaltari Filium hominis? quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Jesus: adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate, dum lucem habetis, ut non vos tenebre comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis.

Ad Laudes Matutinas & horas.

antiphone.

j. Posuit Moyses serpentem pro signo in quem cum per ictum aspicerent, sanabantur. Num. 21.

2. Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto: * ita exaltari oportet Filium hominis. Joan. 12.

3. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps mundi huius eiicietur foras: * & ego, si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. ibid.

4. ad cant. Factus est principatus eius super humerum eius: * & vocabitur nomen eius, Deus, fortis. Isa. 9.

5. Ecce vicit leo de tribu Juda: * radix David. apoc. 5.

Lectio. Rom. 5.

Gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum; per quem nunc reconciliationem accepimus.

R. br. Omnis terra adoret te, * et psallat tibi.
℣. Psalmum dicat nomini tuo Domine. Ps. 65.

Hymnus Sanct.

1. Unda crux Dei cruore,
Quam potens et efficax! *
Hujus attactu jacentes
Erigunt se mortui: *
Christus olim qua pependit,
Tanta vis fuit crucis.

2. Publici fontes salutis
Sacra Christi vulnera. *
Vulneratos illa sanant,
Anguis instar ænei: *
Quisquis ager frequet, et ipse
Non sua scandalicitur.

3. Crux tribunal, quo sedebit
Justus ultor criminum: *
Sponte sed nos judicemus,
Cedet ira judici.
Nosque primi puniamus,
Ne secundus puniat.

4. Totius fons sanctitatis,
Sancta quæ sunt omnia, *
Qui tuo quodcumque crimen
Expiasti sanguine: *
Labe puros, Christe, serves
Christianos moribus. Amen.

℣. Dicant, qui redempti sunt a Domino:
℟. Quos redemit de manu inimici. Ps. 106.

℣. Bened. ant. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, et Divinitatem, et sapientiam: * Et fortitudinem, et honorem et gloriam, et benedictionem. apoc. 5.

Ad Tertiam. Lectio Philip. 2.

Jesus humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

℣. De torrente in via bibet:

℟. Propterea exaltabit caput. Ps. 109.

Ad Sextam. Lectio Colos. 2.

Cum mortui essetis in delictis et praeputio carnis vestro, convivificavit Deus cum Christo donans vobis omnia delicta, delens, quod adversus nos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci.

℣. Copiosa est apud Deum redemptio:

℟. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Ps. 129.

Ad Nonam. Lectio Colos. 2.

Exspolians principatus et potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.

℣. In humilitate nostra memor fuit nostri:

℟. Et redemit nos ab inimicis nostris. Ps. 135.

ad II. Vesperas.

antiphona ex Matutinis.

Lectio Hebr. 9.

Quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: sic et Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata; secundo sine peccato apparebit exspectantibus se, in salutem.

℟. br. et hymnus ut in I. Vesperis.

℣. Domine accinctus es potentia:

℟. Turbabuntur gentes, et timebunt qui signa tua. Ps. 64.

Ad Magnif. ant. Parebit signum Filii hominis in coelo, et tunc plangent omnes tribus terrae: * et videbunt Filium hominis venientem in nubibus coeli cum virtute multa et maiestate. Matth. 24.

Et fit commemoratio sequentis ex I. Vesperis festi, et S. Vicomedis M. oratio ut infra.

Feria IV. VI. et Sabbato.

Post festum Exaltationis S. Crucis celebratur ieiunium quatuor temporum septimi mensis. Si tunc occurrat festum duplex, fit de eo, cum commemoratione feriæ ad matutinas tantum: et pro II. lectione feriæ curentis dicitur una ex sequentibus in ordine. De semiduplici vero vel simplici fit tantum commemoratio.

R. R.

R. aut. jo.

Feria IV.

Quatuor temporum.

Lectio III.

Sermo Sancti Gregorii Papæ.

Serm. 5. de ieiun. sept. mensis.

Sacratum, dilectissimi! in septimo mense ieiunium ad communis devotionis exercitia prædicamus, fidenter nos paternis cohortationibus incitantes, ut quod fuit ante Iudaicum, vestra fiat observantia Christianum. Est enim omni tempore aptum, et testamento utrique conveniens, ut per castigationem mentis et corporis, misericordia divina quæratur: quia nihil est efficacius ad exorandum Deum, quam ut homo ipse se iudicet, et numquam desinat a venia postulanda, qui se scit numquam esse sine culpa. Habet enim hoc in se generaliter humana natura, non a creatore in stirpem, sed a prævaricatore contracta, ut in posteros generandi lege transfusum, et de corruptibili corpore, etiam quod animam corrumpere possit, oriatur. Hinc in terra homo, etsi iam in Christo regeneratus, et a vinculis captivitatis est erutus, assiduos habet cum carne conflictus; et dum cohibet concupiscentem, calcatur repugnantem. In qua discordia non facile obtinetur tam perfecta victoria, ut etiam quæ sunt abrumpenda, non illigent, et quæ sunt interficienda non vulnerent. Quam nimirum sapienter et provide iudex animus suis exterioribus præsidet, inter ipsas tamen curas atque mensuras regendæ carnis

et alende, nimis ei semper vicina tentatio est. quis enim ita se aut a voluptate corporis aut a dolore seiungit, ut ipsam mentem non pertineat, quod extrinsecus aut blanditur aut cruciat?

℟. Spiritus quidem promptus est caro autem infirma: * vigilate et orate, ut non intretis in tentationem. ℣. Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem; hoc enim sibi invicem adversantur. * vigilate. Matth. 26. Gal. 5.

Ad Bened. ant. Dixit Jesus discipulis suis: * hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione et ieiunio. Marc. 9.

Oratio Sac. Greg.

Misericordiæ tuæ remediis, quæsumus Domine, fragilitas nostra subsistat: utque hac conditione afflictur, tua clementia reparetur. Per Dominum.

Feria VI.

Quatuor Temporum.

Lectio III.

De sermone sancti Leonis Papæ.

l. c.

Neusque ad interitum desidiam desperatione ducamur, quo impossibilia sunt homini ex imbecillitate propria, possibilia fiunt Deo Dominus ex virtute divina. Angusta enim et arcta est via, quæ ducit ad vitam, et nemo in eam gressum inferret, nemo vestigium promoveret, nisi difficiles aditus ipse sibi Christus viam faciendo referaret: ut autor itineris fiat possibilitas ambulantis, quia idem et introducit ad laborem, et perducit ad requiem. In quo ergo nobis spes est æternæ vitæ, in eodem est et forma patientiæ: si enim compatimur, et conregnabimus; quoniam, ut ait apostolus: qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille

ambulavit et ipse ambulare. aliquis fal-
so professionis imagine utimur, si eius
nomine gloriamur, eius instituta non se-
quimur: quæ ubique nobis onerosa non
essent, et ab omnibus nos periculis libera-
rent, si nihil aliud, quam quod amandum
iubetur, amaremus. Duo namque amores
sunt, ex quibus omnes prodeunt voluntates,
ita diverso qualitatibus, sicut dividuntur
auctoribus. Rationabilis enim animus,
qui sine dilectione esse non potest, aut Dei
amator est aut mundi. In dilectione Dei,
nulla nimia; in dilectione autem mundi
omnia sunt noxia. Quod oberni leonis
inseparabiliter inhærendum; temporalibus
vero transeuntes utendum est: ut peregri-
nantibus nobis, et ad patriam redire pro-
perantibus, quidquid de prosperitatibus
mundi huius occurrerit, viaticum sit ubi-
neris, non ille cara mansionis.

℟. Si quis diligit mundum, non est chari-
tas Patris in eo: et mundus transit, et con-
cupiscentia eius: * qui autem facit volun-
tatem Dei, manet in æternum. ℣. et non
spiritum huius mundi accepimus, sed Spi-
ritum qui ex Deo est. * qui. 1. Joan. 2. 1. Cor. 2.

Ad Bened. ant. Conversus Jesus ad mulie-
rem, dixit Simoni: * remittuntur ei pecca-
ta multa, quoniam dilexit multum. Luc. 7.

Oratio Sac. Greg.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut
observationes sacras assidua devotione re-
volentes, et corpore tibi placeamus et mente.
Per Dominum.

Sabbato

Quatuor Temporum.

Lectio III.

Sermo sancti Leonis Papæ.

Serm. 8. de ieiun. Sept. mens.

Omnis, dilectissimi! divinorum eruditio præceptorum hoc maxime agit, ut corda credentium, ut amor pravus recto amore superetur, et delectatione iustitiæ peccandi cupiditas destruatur. Quamvis enim per gratiam Domini nostri Iesu Christi in novam creaturam transierimus ex veteri, et imagine nos terreni hominis homo cœlestis exuerit: donec tamen corpus mortale gestamus, necesse est, ut contra cernis desideria dimicemus. Bonum est enim animæ Deo subdito, timere ne cadat, et habere quod vincat, quoniam virtus in infirmitate perficitur, et quod nos exercet ad continentiam, hoc perducit ad gloriam. Abstinendum est itaque, dilectissimi! ab his, quæ nobis noxia blandiuntur, et expiandi, quæ etiam membris nostris, Dei lege superanda sunt: ut licet per omnes sensus corporis multo infidientia illecebra, anima tamen, cui hunc unum bonum et verum gaudium Deus est, inter castas spiritales, que delicias insapientiæ caliginem, et in veritatis luce versetur.

℟. Abstinete vos mortuos quidem peccato, viventes autem Deo: * non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius. ℣. Si prosies anime tuo concupiscentias eius, facient te in gaudium inimicis tuis. * non. Rom. 6. Luc. 15.

Ad Bened. ant. Hic annus tres sunt, ex quo venio, quærens fructum in ficulnea hac, et non invenio: * succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat? Luc. 13.

Oratio Sac. Greg.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per continentiam salutarem corporibus mederis et mentibus: maiestatem tuam supplices exoramus; ut pia iejunantium deprecatione placatus et presentia nobis subsidia tribuas, et futura. Per Dominum.

Die XV. Septembris.

Octava Nativitatis B. M. V.

Duplex 3. lect.

Officium totum ut in festo, preter sequentia.

Oratio Sacr. Greg.

Famulis tuis, quesumus, Domine, celestis gratie munus impertire: ut quibus beate virginis partus exhibuit salutis exordium, Nativitatis eius votiva solemnitas pacis tribuat incrementum. Per Dominum.

In I. Nocturno.

℣. Concupiscet rex decorem tuum.
℟. Quoniam ipse est Dominus Deus tuus. Ps. 44.

Lectio III.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

Epist. 174.

Fuit procul dubio Mater Domini arte sancta, quam nata: nec facilius omnino sancta Ecclesia, sanctum reputans ipsum Nativitatis eius diem, et omni anno cum exultatione universe terre votiva celebritate suscipiens. Ego puto, quod et copiosior sanctificationis benedictio in eam descenderit, que ipsius non solum sanctificaret ortum, sed et vitam ab omni deinceps peccato custodiret immunem: quod nemini alteri nisi nato, quidem mulierum creditur esse donatum. Decuit nimirum Reginam virginum singularis privilegio sanctitatis, atque omni peccato carere vitam: que dum peccati mortisque pareret peremptorem, munus vite et iustitie omnibus obtineret. Sanctus igitur ortus, quoniam in utero sanctitas sanctum fecit illum.

℟. Hæc tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis: ipsi populus eius erunt; * et ✠ ipse Deus cum eis erit eorum Deus. ℣. Hæc virgo in utero habebit, et pariet Filium; et vocabitur nomen eius Emmanuel. ✠ ipse. ℣. Gloria. ✠ ipse. apoc. 21. et Matth. 1.

In II. Vesp. Lectio et ℣. ut supra die 9.

Oratio ut mox supra.

In matutinis fit commemoratio octavæ SS. Felicis et Regulæ, deinde S. Vicomadis Martyris.

Oratio Sac. Greg.

Adesto, Domine, populo tuo: ut beati Vicomedis Martyris tui merita præclara suscipiens, ad impetrandam misericordiam tuam semper eius patrociniis adiuvetur. Per Dominum.

In vesperis fit commemoratio sequentis, et octavæ SS. Felicis 9. postea SS. Euphemiæ 9. Martyrum.

Die XVI. Septembris.

SS. Cornelii et Cypriani Pontificum Martyrum.

Duplex 3. Cl.

Oratio Sac. Leon.

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos multiplici Sanctorum tuorum festivitate lætificas: præsta, ut quorum commemoratione gaudemus, præsidio muniamur. Per Dominum.

De SS. Euphemia et Sociis.

Oratio Sac. Greg.

Præsta, Domine, precibus nostris cum exultatione proventum: ut Sanctorum Martyrum tuorum Euphemiæ, Lucio et Geminiani, quorum memoriam annua

devotione recolimus, et iam fidei constantiam subsequamur. Per Dominum.

Lectio II.

Ex epistolis sancti Cypriani Episcopi et Martyris. ep. 52.

Factus est Cornelius Romae episcopus de Dei et Christi eius iudicio, de clericorum pene omnium testimonio, de plebis, quae tunc adfuit, suffragio, et de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio. Tum deinde post episcopatum non exactum nec extortum, sed de Dei, qui sacerdotes facit, voluntate susceptum, quanta in ipso, suscepto episcopatu, virtus! quantum robur animi! quanta firmitas fidei! quod nos simplici corde et perspicere penitus et laudare debemus, sedisse intrepidum Romae in sacerdotali cathedra eo tempore, cum tyrannus infestus sacerdotibus Dei, fanda atque infanda comminaretur: cum multo patientius et tolerabilius audiret tyranni adversus se aemulum principem, quam constitui Romae Dei sacerdotem. Nonne hic summae virtutis et fidei testimonio praedicandus est! nonne inter gloriosos confessores et martyres deputandus, qui tantum temporis sedit, exspectans corporis sui carnifices, et tyranni ferocientis ictores!

℟. In diebus suis non pertimuit principem, et potentia nemo vicit illum: * nec supergavit illum verbum aliquod. ℣. Propter nomen Christi usque ad mortem accessit, tradens animam suam. * nec. Vide 48. Philip. 2.

Lectio III.

Ex S. Hieronymo, et habis apud Ruinart.

Cyprianus Afer primum cum laude Rhetoricam docuit: exinde suadente Presbytero

Cæcilio, a quo et cognomentum sortitus est, Christianus factus, omnem substantiam suam pauperibus erogavit, ac post non multum temporis electus in presbyterium etiam Carthaginensis Episcopus constitutus est, qui cum ecclesiam Dei, verbis, factis et scriptis illustrasset, ac multa pro Christi fide toleravit, recrudescente Valeriani persecutione, a Galerio Maximo proconsule in iudicium vocatus est. quem productum coram se sic alloquutus est: Tu es Thascius Cyprianus? tu parum te sacrilego mentis hominibus prebuisti? Cyprianus episcopus respondit: Ego. Galerius Maximus proconsul dixit: iusserunt te sacratissimi imperatores ceremoniari. Cyprianus episcopus dixit: non facio. Galerius Maximus dixit: consule tibi. Cyprianus episcopus respondit: fac, quod tibi preceptum est: in re tam iusta nulla est consultatio. Galerius Maximus colloquutus cum consilio, sententiam vix egre dixit verbis huiusmodi: Diu sacrilega mente vixisti, homines aggregasti, et inimicum te Dis Romanis et sacris legibus constituisti: Sanguine tuo sanctur disciplina. Et his dictis decretum ex tabella recitavit: Thascium Cyprianum gladio animadverti placet. Cyprianus Episcopus dixit: Deo gratias. Atque gladio percussus martyrium complevit Valeriano et Gallieno Imperatoribus.

Nr. Erat vir eloquens, potens in scripturis, et doctus viam Domini, et et

B. d.

B. A. ii.

fervens Spiritu loquebatur et docebat diligenter ea, quae sunt Jesu. V. Erudibus est omni sapientia; et erat potens in verbis et in operibus suis. * et fervens. V. gloria. * fervens. ad. 18. etc.

In matutinis fit commemoratio octavae ex festo, et SS. Martyrum ex I. Vesp. de communi Martyrum. In vesperis commemoratio sequentis et octavae.

Die XVII. Septembris.

S. Lamberti Episcopi et Martyris.

Duplex 3. cl.

Oratio Baris.

Omnipotens sempiterne Deus, qui beato Lamberto Martyri tuo atque Pontifici usque ad mortem pro iustitia certare triumphi: fac nos eius meritis spiritae fragilis amorem abiicere; et ad te, qui solus vera vita es, pervenire. Per Dominum.

Lectio III.

Ex vita per Godescalcum Diacon. Leod. Sec. 8. Scripta.

Lambertus Traiecto ad Mosam oriundus, Theodardo Traiectensi episcopo et martyri suffectus, iustitiae et libertatis publico vindicem se probuit acerrimum. Eam ob causam ab Ebroino Palatii Maiore sub rege Theodorico episcopatu pulsus est. Cedendum tempori ratus, in monasterium Stabulense secessit, ubi per septem annos cum fratribus vitam sanctam et angelicam conversationem in laboribus, vigiliis, ieiuniis et orationibus exhibuit. Inde a Pipino Caroli

Martelli patre revocatus, sedique suæ restitutus, Joannis Evangelii lucem prædicavit, plurimosque infideles ad Christum convertit. Cum autem, ut refert sanctus Ado, regiam domum Zelo religionis incepisset, Dodo Pipini domesticus redeuntem e matutinis laudibus adgressus est, eumque in cubiculo orantem unus e Dodonis satellitibus telo confodit, anno Christi septingentesimo octavo. Corpus eius Traiecti sepultum, inde Leodium unacum episcopali sede translatum fuit. Eius demum caput, anno salutis millesimo centesimo nonagesimo Rudolphus e duce Zaringensi episcopus Leodiensis Friburgum Brisgoiæ honorifice translatum fuisse traditur.

℟. Pro iustitia agonizare pro anima tua, usque ad mortem certa pro iustitia. ✠ ℣. Deus expugnabit pro te inimicos tuos. ℣. Loquere, quæ decent sanam doctrinam, ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide. ✠ ℣. Deus. ℣. Gloria. ℣. Deus. Euli. 4. Tit. 2.

In matutinis fit commemoratio octavæ ex festo: in vesperis vero eiusdem ex I. Vesp. festi, oratio ut infra.

Die XVIII. Septembris.

Octava SS. Felicis et Regulæ Martyrum.

Duplex 3. cl.

Officium totum, ut in festo, præter sequentia.

benedic, quæsumus, Domine, plebem tuam: et Sanctorum Martyrum tuorum Felicis et Regulæ deprecationibus confidentem tribue consequi; quod sperare donasti. Per Dominum.

Lectio III.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi. De SS. Juvenal. et Max.

Sancti isti Martyres pariter confessi sunt, pariter carcerem inhabitarunt, pariter in barathrum abrepti sunt, pariter capite mulctati sunt, et una capsula utrumque corpora tenet: et unum quoque tabernaculum in cœlis eos excipiet, quando maioris sunt illa cum gloria resumpturi. Quid non indignum fuerit et columnas, et scopulos, et turres, et luminaria et tauros simul appellare. Nam ecclesiam sicut columnæ sustinent, sicut turres muniunt, et sicut scopuli omnes insidias repellunt, multum ii, qui intus sunt, afferentes tranquillitatem; sicut luminaria tenebras impietatis dissipant, et sicut tauri animæ et corpore, et promptitudine eadem, suave Christi jugum traxere. Sed circa hos pie eos imitemur, magnaque fide reliquias eorum complectamur, ut inde benedictionem aliquam consequamur. Etenim sicut milites, vulnera quæ in prœliis sibi inflicta sunt regi monstrantes, fidenter loquuntur, ita et isti in manibus abscisa capita gestantes, et in medium afferentes, quæcunque voluerint apud regem cœlorum impetrare possunt. Proinde magna fide et alacritate huc veniamus, quo et visis Sanctorum monumentis,

& consideratis eorum certaminibus, inde varios thesauros undequaque colligamus. R. Vicerunt propter sanguinem agni, & propter verbum testimonii sui & non dilexerunt animas suas usque ad mortem. ℣. Modio dolore sustentato sub testamento eterne vite effecti sunt. & non. ℣. Gloria. ℣. non. apoc. 12. 2. Mauch. 8.

In II. Nocturno lectio IV. ex Sexta in festo pag. oratio ut supra.

In vesperis fit commemoratio sequentis.

Die XIX. Septembris.

S. Januarii & Sociorum Martyrum.

Duplex 3. lect.

Oratio Sac. Leon.

Defende, quesumus, Domine, plebem tuam in sola misericordie tue venia confidentem: & intervenientibus sanctis Martyribus tuis Januario & Sociis, quidquid eidem debetur pro castigatione delicti, transeat ad consolationis effectum. Per Dominum.

Lectio III.

Sermo sancti Petri Damiani Episcopi.

Serm. 18.

Advos met ipsos, fratres charissimi! redite, actus vestros sollicita examinatione discutite, & qui laudes Martyrum libenter auditis, ipsi quoque laudabilem vitam habere curate. Sit nempe sanctos digne laudibus efferat, qui laudabiliter vivunt: & hi fortium virtutes utiliter audiunt, quos audita proconia ad amorem imitationis accendunt. Quisquis ergo gaudes fortiter egisse Martyres Christi, arripe & ipse arma inter milites Christi. Desunt exterius hostes; verte

manus in te, et multos seditiosos invenies
aives. Doma superbiam, ingula iracundiam,
extingue libidinem, reprime avaritiam,
oride invidiam, et ut breviter cum apostolo
omnia complectar, crucifige carnem tuam
cum vitiis et concupiscentiis: hoc est for-
titer agere, hoc est viriliter dimicare.
Nam quid iuvat, si circa vallum te non
obsideant acies persequentium, et intra
urbis moenia grassetur barbaries vitiorum?
Immo quid prodest, si membra diaboli
te cum exterius non confligant, et ipse dia-
bolus intrinsecus te quieto iure possideat?
In hoc itaque certamine, dilectissimi fra-
tres, noster animus se semper exerceat, ad
huius pugnae victoriam meas nostra tolis
visceribus ardescat: qualenus qui nunc
imitando beatos Martyres legitime de-
certare contendimus, percepta corona
victoriae in aeternum cum ipso rege Mar-
tyrum exultemus.

℟. Mortui estis, et vita vestra est abscon-
dita cum Christo in Deo: * cum Christus
apparuerit vita vestra, tunc et vos ap-
parebitis cum ipso in gloria. ℣. Omnipo-
tens creator et spiritum iterum vobis cum
misericordia reddet et vitam, sicut
nunc vos metipsos despicitis propter legem
eius. * cum. ℣. Gloria. * cum. Col. 3. 2. Mark. 7.

In vesperis commemoratio sequentis.

Die XX. Septembris.

S. Eustachii et Sociorum Martyrum.

Duplex 3. lect.

Oratio Sac. Leon.

Da nobis, quæsumus, Domine, Sanctorum
Martyrum tuorum Eustachii & Sociorum
passionibus gloriari: ut eorum semper
& patrociniis confidamus; & fidem
congrua devotione sectemur. Per Domi-
num.

Lectio III.

Ex antiquis monim. edit.

Eustachius, vero nomine Eustachius,
cum uxore & duobus filiis, Romæ sub
Adriano Imperatore martyrium, in
bove æneo candente inclusus, consum-
masse traditur. In cujus memoriam
extructa est postea ad domum ejus,
cum diaconiæ titulo, illustris ecclesia,
in qua agaparum solemnia frequentari
consuevérant: quarum mentio fit in
antiquis sacramentorum libris, ora-
tione peculiari in laudem beati Eu-
stachii, qui bonis omnibus ante mar-
tyrium in pauperes erogatis, hujus
institutioni initium dederat & ex-
emplum.

℟. Quis nos separabit a charitate
Christi? tribulatio? an angustia? an
persecutio? an gladius? * neque mors,
neque vita poterit nos separare a cha-
ritate Dei. ℣. Hæc omnia venerunt
super nos, nec obliti sumus te Domine.
* neque. ℣. gloria. * neque. Rom. 8.
℣. 19.

In matutinis fit commemoratio vi-
giliæ: nisi incidant quatuor tempora:
ant. etc. de psalterio.

Oratio Sac. Gelas.

Tuere nos misericors Deus: et beati Matthei apostoli tui atque Evangelistæ, cuius natalitia proquenimus, ~~fac~~ semper guberna prosidiis. Per Dominum.

Vespere de sequenti, commemoratio precedentis.

Die XXI. Septembris.

S. Matthei apostoli et Evangelistæ.

Festivitas II. class. ic. lect.

Omnia de communi apostolorum, preter sequentia.

Hymni de Evangelistis.

In I. Vesperis ad Magnif. ant. Vidit Jesus publicanum, nomine Levi, sedentem ad telonium: et ait illi: sequere me. Luc. 5.

Oratio Clun.

Deus, qui peccatores ad penitentiam ineffabili misericordia vocare dignaris: da nobis exemplo et intercessione beati Matthei, quem de publicano apostolum fecisti; ut te, relictis omnibus sequi, tibi firmiter adhærere, et te libera voce ac bonis operibus confiteri valeamus. Per Dominum.

In II. Nocturno.

Lectio V.

Ex libro Sancti Epiphanii episcopi adversus hæreses. hæres. 51.

Matthæus primus Evangelium scribere
adgressus est: ei quippe initio prædicandi
Evangelii munus est commissum idque
merito. Oportebat enim, ut ille, qui
ad salutem humani generis advenerat,
qui dixerat: non veni vocare justos,
sed peccatores ad pœnitentiam, ad ex-
emplum eorum, qui salvandi erant,
ei hominum potissimum prædicando
salutis munus iniungeret, qui a pec-
catis conversus et a telonio suscita-
tus fuerat: ut ab illo, quanta sibi
esset adventu Christi benignitas col-
lata, homines discerent. Nam post
remissionem peccatorum largius
est etiam ipsi suscitationem mor-
tuorum, et mundationem lepræ,
et viduitates sanationum, et fugatio-
nem dæmonum: ut non solum verbo
persuaderet auditoribus, sed facto
etiam Evangelia perditis hominibus
prædicaret, quod scilicet possent per
pœnitentiam recuperari.

Lectio VI.

Sermo sancti Petri Damiani Episcopi.

Serm. 30.

Quam dulcis, quam iucunda, quam
delectabilis est ista festivitas, fratres
mei! in qua scilicet ad amorem Dei
peccator accenditur, fides augetur, mens,
quæ diffidebat, erigitur, cordi spei gra-
tia cumulatur. Nam quod alibi ver-
bis instruitur, hic vivis operibus ex-
perimur. Legimus siquidem: agite

pœnitentiam, appropinquavit enim regnum cœlorum. Inter pœnitentiam scilicet regnumque cœlorum nihil est medium. Hoc autem præclara festivitas non modo dat pœnitentibus spem regni cœlorum, sed et pœnitenti narrat exhibitum cœlestis excellentiæ principatum. quis enim nesciat, beatum Matthæum telonearium extitisse, atque ideo peccatorem? quod certe ipse dominus non tacet, dum publicanum se aperit: ubi et humilitatis in se regulam teneat et nostras ad sperandum de peccatis veniam mentes accendat.

Lectio VII.

Provocat ergo nunc nos ad sperandam veniam verbo, sicut olim eos, qui aderant, meritavit exemplo. olim enim iste cum Domini discipulis interesset convivio, tam familiariter ad dominum peccatores audere non audebat. visi peccatorem contubernio Salvatoris inhærere conspicerent, quos scelerum anfabat enormitas, quos conscientia remordebat, appropinquare nullatenus præsumpsissent. sed cum iste sedulus in dominico diversatur obsequio, mixtusque et mensæ participatur, factus collega convivio, suos peccatores ad fontem pietatis cohortatur exemplo.

Lectio VIII.

Quanto per eum nunc ad sperandam misericordiam fiducialius provocamur, quem videlicet cernimus ad tanto sublimitatis culmen evectum? Multi enim mortalium hoc Deus omnipotens contulit, ut hoc duo præeminentium dignitatum fastigia in una simul persona concurrant, scilicet ut apostolus quis quam sit et evangelista,

nisi Matthæo et Joanni: quorum alter publicanus, alter est virgo. Et hoc profunda divini dispensatione consilii: nimirum, ut et ipse ad misericordiæ fontem peccatoribus se exhibeat previum, et illæ custodiis et innocentibus sit exemplum: qua lenus et lapsis quibusque peractis sceleris magnitudo non obviet, et mundos ac nullis criminibus obrutos potens ianua gratiæ cœlestis inviet.

In III. Nocturno de communi apostolorum.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. cap. 9.

In illo tempore: Vidit Jesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani et peccatores venientes, discumbebant cum Jesu et discipulis eius. Et videntes pharisæi, dicebant discipulis eius: quare cum publicanis et peccatoribus manducat Magister vester? At Jesus audiens ait: non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem discite quid est: misericordiam volo, et non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.

Ad Benedictus ant. Reliquis omnibus Levi secutus est Dominum: * et fecit ei convivium magnum in domo sua. Luc. 5.

In II. Vesp. ad Magnif. ant. Misericordiam volo, et non sacrificium: * non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Matth. 9. Luc. 5.

Et fit commemoratio sequentis.

Die XXII. Septembris.

Duplex ɔ. cat.

Oratio Paris.

Deus pro te certantium fortitudo, decorna per te vincentium: da nobis quæsumus, ut qui in beatorum Martyrum Mauritii et Sociorum passione virtutem tuam prædicamus; per eandem contra salutis hostes firma fide roboremur. Per Dominum.

Lectio II.

Ex epist. S. Eucherii episcop. Lugd. apud Ruinart.

Erat in exercitu Maximiani Imperatoris legio militum, quæ Thebæi appellabantur, viri in rebus bellicis strenui, nobiles virtute, sed nobiliores fide, evangelii præcepti etiam sub armis non immemores. Hanc cum hi, sicut et cæteri militum, per aras dæmonum iurare, et christianorum multitudinem protrahere inberentur, soli in Thebæi detrectare ausi sunt. Eo itaque cognito, Maximianus agmnum mittit, ubi ortano ab oppido duro milliari inter alpium iuga consederant, et decimum quemque ex legione ob neglecta imperia gladio feriri iubet, cæteros parere mandatis: quod semel iterumque factum est. Flagrabat autem in illis martyrii gloriosus ardor, suadente imprimis sancto Mauritio huic primicerio legionis, qui cum Exsuperio Campiductore et candido senatore militum, exhortabatur singulos, ut pro sacramento Christi animas ultro profunderent, sequerentur que conbubernales, qui iam in cælum properarent.

℟. Armavit singulos illorum non clypei et hastæ munitione, sed sermonibus optimis et exhortationibus: ✠ et admonens eos de lege, promptiores constituit eos. ℣. Emulatores

estote legis, et date animas vestras pro testamento patrum vestrorum. * et admoneus. 2. Mauh. 5. 1. Mauh. 2.

Lectio III.

Hæque hoc Maximiano mandata mittunt sicuti pia, ita et fortia: Milites sumus, imperator, tui: sed tamen servi, quod libere confitemur, Dei. Tibi militiam debemus, illi innocentiam. Sequi te imperatorem in hoc nequaquam possumus, ut auctorem negemus Deum, ubique auctorem nostrum, dominum, auctorem, velis nolis, etiamsi. Si non ad tam funesta compellimur, ut hunc offendamus; tibi, ut fecimus, sacramus, adhuc parebimus: sin aliter, tibi parebimus potius, quam tibi. Pugnavimus pro fide, quam quo pacto conservabimus tibi, si hanc Deo nostro non exhibemus? Juravimus primum deinde in sacramenta divina, juravimus deinde in sacramenta regia: nihil nobis de sanctis credas necesse est, si prima perrumpimus. Si quid in nos ultra statueris, si quid adhuc inferis, si quid admoveris, ignes, tormenta, ferrum subire parati sumus: Christianos nos fatemur. Cum hoc talia Maximianus audisset, obstinatosque in fide Christi cerneret animos eorum, desperans gloriosam eorum constantiam posse revocari, una sententia interfici omnes decrevit; atrem conficiendum fusis militum agminibus jubet.

℟. Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non suscipientes redemptionem, * ut melioremnt invenirent resurrectionem. ℣. Constantes effecti sunt, et pro legibus mori parati. * ut supra. ℣. Gloria. * ut supra. Hebr. ij. 2. Mauh. 8.

In vesperis commemoratio sequentis, et S. Thecle Virg. et Mart.

Die XXIII. Septembris.

S. Lini Papæ Martyris.
Semiduplex. s. lect.

Oratio Sacr. Gelas.

Beati Lini Sacerdotis et Martyris tui, Domine, annua festa recolentes, quæsumus: ut quæ tuorum nobis sunt instrumenta præsentium; fiant æternarum patrocinia gratiarum. Per Dominum.

De S. Thecla.

Oratio Paris.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut præclara virgo Thecla, sicut in muliebri sexu prima Dominicæ passionis imitatrix exstitit; ita fragilitati nostræ promptam se adjutricem exhibeat. Per Dominum.

Lectio III.

Ex Eusebii hist. eccles. l. 3. c. 2. et 12.

Post Pauli Petrique martyrium primus ecclesiæ Romanæ episcopatum suscepit Linus. Hujus mentionem facit Paulus in epistola, quam ab urbe Roma ad Timotheum scripsit, inter salutationes, quæ ad calcem epistolæ leguntur: Salutat te, inquit, Eubulus, Pudens, Linus et Claudia. Secundo sibi imperii anno ecclesiam Romanam jam cum duodecim annis administrasse Petrum Cleto: hic Anacleto: deinde regendam tradidit. Ejus memoriam inter martyres honorat ecclesia, nomenque ejus inde ab initio quotidie in actione sancti sacrificii ad aram recitatur.

℟. Beatus vir qui suffert tentationem; quoniam cum probatus fuerit, accipiet

coronam vitæ * quam repromisit Deus diligentibus se. V. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: reposita est mihi corona justitiæ. * quam. V. gloriæ. * quam. Jac. j. 2. Tim. 6.

In matutinis fit commemoratio S. Theclæ virg. et Mart.

Vespere de sequenti, commemoratio præcedentis.

Die XXIV. Septembris.

S. Ruperti Episcopi Confessoris
Duplex 3. lect.
Oratio Paris.

Deus, qui per beatum Rupertum confessorem tuum atque Pontificem infideles populos de tenebris ad lucem veritatis venire tribuisti: da nobis, ejus intercessione, in fide stabiles, et a spe evangelii, quam prædicavit, immobiles permanere. Per Dominum. Lectio III.

Ex vita per anonymum fere coævum scripta apud Mabillon.

Rupertus ex regia Francorum progenie ortus, in Wormatia civitate episcopus, catholicæ fidei et evangelicæ doctrinæ nobilissimus Doctor refloruit. In Baioariam a duce Theodone accersitus, ipsum et multos alios ejus gentis, nobiles atque ignobiles viros ad veram Christi fidem convertit et baptizavit. Inde perlustrato agro Laureacensi venit ad locum Juvavium, qui nunc Salisburgum dicitur, ubi ædificavit ecclesiam in honore sancti Petri, et claustra cum cæteris habitaculis clericorum seu monachorum, sedemque episcopalem fixit. Patriam inde repetens duodecim secum adduxit laboris evangelici socios. Ipse vero ipsius ducis

circuiens regionem, confirmans animas christianorum, admonens, ne in fide fortiter permanere, quod verbis docuit, operibus adimplerit mirificis. Prosecutus autem longe ante diem vocationis suæ, confirmatis discipulis, astantibus admonitione divina peracta fratribus, inter verba orationis reddidit spiritum in pace, die resurrectionis Domini, vigesima septima Martii. Cujus corpus hac ipsa die vigesima quarta Septembris in metropolitanam Salisburgensem ecclesiam solemni pompa translatum est.

℟. Permanete in fide fundati, et stabiles et immobiles a spe evangelii, quod audistis: * cujus factus sum ego minister secundum dispensationem Dei. ℣. Spes reposita est vobis in cœlis, quam audistis in verbo veritatis evangelii. * cujus. ℣. Gloria. * cujus. Colos. 1.

In vesperis fit commemoratio sequentis.

Die XXV. Septembris.

S. Gerardi Episcopi Martyris.

Duplex cl. 1ma.

Oratio Paris.

Quæsumus, omnipotens Deus: ut nos virtute sancti Spiritus et ad credendum faciles, et ad confidendum fortes efficias; qui beato Gerardo Pontificii propter verbum tuum et testimonium Jesu animam suam ponere tribuisti. Per eumdem Dom. in unitate ejusdem.

Lectio III.

Ex vita apud Surium et Mabillon.

Gerardus, dictus Hungarorum apostolus, Venetiis natus, Dei gratia illum præveniente

monastico religionis habitum adhuc puer ampsit. Dominici sepulcrum Jerosolymis invisurus in Bauoniam venit, ubi a sancto Stephano rege, cognita eius virtute, ad predicandum gentibus Evangelium retentus, septennio cum Mauro monacho ieiuniis et precibus solitario in loco vacabat. Domitis a rege barbaris ex eremo revocatus Gerardus, et pontificali insigne decoratus, ad predicandum populo destinatur. Crescente per eum fidelium numero ecclesias Deo per singulas urbes edificavit, et ad Morisenam urbem sedem episcopalem constituit. Erga Virginis cultor, erga ministeria ecclesiastica maximam curam ac sollicitudinem exhibuit. Etsi autem episcopali officio summa prudentia fungeretur, eremum tamen non reliquit: sed in locis, ubi concionaturus devenerat, cellulas sibi in sere dioribus silvis construxit, in quibus Deo in abscondito supplicabat. Morbo sancto Stephano, atque exorta populi seditione, lapidatus martyrio decoratus est circa annum salutis millesimum quadragesimum octavum.

℟. Non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboravi. ✠ Sed ✠ si immolor super sacrificium et obsequium fidei vestre, gaudeo. ℣. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione. ✠ si. ℟. gloria. ✠ si.

Philip. 2. 2. Cor. 7.

Explicit Pars estivalis.
Proprii de Sanctis.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg